MONUMENTA

SPECTANTIA

HISTORIAM SLAVORUM MERIDIONALIUM

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM ET ARTIUM SLAVORUM MERIDIONALIUM

VOLUMEN DECIMUM SEPTIMUM.

ZAGRABIAE 1886.

EX OFFICINA SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE.

LISTINE

O ODNOŠAJIH IZMEDJU JUŽNOGA SLAVENSTVA I MLETAČKE REPUBLIKE.

SKUPIO I UREDIO

SIME LJUBIĆ
PRAVI ČLAN JUGOSLAVENSKE AKADEMIJE ZNANOSTI I UMJETNOSTI ITD.

KNJIGA VIII
OD GODINE 1420 DO 1424.

NA SVIET IZDALA

JUGOSLAVENSKA AKADEMIJA ZNANOSTI I UMJETNOSTI.

U ZAGREBU 1886.

U KNJIŽARNICI JUG. AKADEMIJE L. HARTMANA (KUGLI I DEUTSCH)

Kazalo.

Strana

Strana

Strana

God. 1419. 24. svibnja, u Mletcih.

Miho Mudacio nudja se vieću desetorice, da će uz dobru nagradu smaknuti ugarskoga kralja Sigismunda.[1]

1419. 24. maii. Ser J. cobus Civrano, ser Franciscus Lauredano, capita de x. — Cum non solum ı ostro dominio sed toti mundo sit clarissima et manifesta mala voluntas et dispositio domini regis Hungarie, qui iam tanto tempore quesivit et querit cum totis suis spiritibus subversionem et ruinam status nostri et terrarum ac locorum nostrorum, propter quod non solum est bonum sed necessarium facere provisiones debitas contra ipsum dominum regem pro conservatione nostra et bono nostro, et sicut nunc lectum est, Michaletus Mudacio se offert suis expensis ire et tenere modum de faciendo ipsum mori; et si ipsum mori faciet, vult in casu quo ipse Michaletus redeat ad has partes, quod sibi demus et consignemus seu consignari faciamus in insula nostra Crethe tot possessiones et territ ria, quod ex ipsis ipse in vita sua habeat annuatim de reditu ducatos mille, et post mortem suam dicte possessiones et territoria rema-

---

[1] Ob ovom predmetu nalazi se u istih spisih još jedna starija listina, koja ovako glasi:

1415. 3. iulii. Dominus dux, ser Morbassanus Polani, ser I. Gradonicho miles, ser Marcus Miani, ser Laurentius Donato, ser Franciscus Barbadico consiliarii; ser Bertucius Quirino, ser Petrus Contareno, ser Petrus Venerio, capita. — Cum omnibus notum sit, quantum dominus rex Hungarię totis spiritibus et desiderio conatur et vigilat die noctuque ad damnum et destructionem status nostri ac ruinam et subversionem terrarum nostrarum, tractando hoc et cum rebellibus nostris et cum omnibus aliis quocumque modo et via, et si hanc pessimam et mortalem intentionem habet contra nostrum dominium, indicando illam, ut habeat effectum, cum omnibus donis et donationibus mundi, et ulterius infamiando nos ac faciendo omnia possibilia pro executione sue prave voluntatis, de qua nunquam videtur, quod debeat desistere, quousque habebit vitam et posse; ideo naturaliter nostro interesse et nobis est licitum providere ad salubre remedium status nostri, et extinguere vires illorum, qui presumunt talia perpetrare, maxime pro evitando tot et talia, que contra nos et nostrum statum diversimodo tractantur. Et denuo apparuerit quedam persona per medium ser Andree de Priolis a bancho, que non vult nominari, et se offert ab octavo mensis huius et infra spacium ıv mensium dare mortem seu tenere modum, quod rex Hungarie morietur; et ulterius, quod etiam Brunorus de la Scala morietur, in casu quo reperiat ambos in uno eodem loco, et offerat facere experientiam de uno, quicumque placebit dominio, qui sit reus mortis, aut de altero suprascriptorum duorum, sed vult pro-

neant et sint nostri dominii. Si vero ipse moriretur ante reditum suum ad partes istas morte naturali vel violenta, vult, quod dentur illi vel illis personis, cui vel quibus ipse per testamentum legaverit, ducatos v mille. Et si ipse non faciet eum mori morte violenta, non petit neque vult aliquid a nostro dominio. Vadit pars, consideratis omnibus suprascriptis et aliis, que possent considerari, quod auctoritate huius consilii exnunc sit captum, quod si dictus Michaletus Mudacio faciet mori dictum dominum regem videlicet imperatorem, et ipse Michaletus redibit vivus ad partes istas, debeant sibi consignari in insula nostra Crethe tot possessiones et bona, quod ex ipsis ipse in vita sua annuatim percipiat reditus ducatorum mille. Et si ipse Michaletus moriretur morte naturali vel violenta, antequam rediret ad istas partes, mortuo iam dicto domino imperatore per opera ipsius Michaleti, dari debeant illi vel illis personis, cui vel quibus ipse per testamentum reliquerit, ducati quinque millia de pecunia nostri communis; et ut hoc fieri valeat melius, debeat sibi dari tosicum, sicut ipse requirit. Verum ut habeatur tempus factiendi fieri et habendi dictum tosicum pro dando sibi, elongetur dicto Michalato salvus conductus sibi factus usque dies octo mensis iunii proximi, quia expirat per totum mensem presentem. De parte 10, de non 1, non sinceri 4.

Misti. Consilium X. 10. p. 5, u mlet. arkivu (V. Lamansky. Sec. d' et. de Venise).

---

promissionem et securitatem de pecunia, quam debet lucrari, videlicet de ducatis xxxv millia pro persona regis, et tamen si poterit facere de Brunoro, etiam faciet. Et hec sit tota salus nostra, evitatio infinitarum expensarum, ac erigere nos et statum nostrum ab angustiis continuis et cogitaminibus, que nunquam desinunt occasione sue instigationis diabolice. Vadit pars, quod exnunc captum sit, quod debeant promitti per ser Andream de Priolis ipsi ducati xxxv millia, in casu quo ipse teneat modum, quod rex moriatur ab octavo mense usque ad quatuor menses tunc sequentes; et si tenebit modum, quod Brunorus moriatur, habebimus causam habendi ipsum ferventius recommissum. Sed ex nunc captum sit, et debeat esse pactum firmum, quod illa persona, que se offert, debeat principiare a persona domini regis de dando executionem et finem facto suo ad terminum prefixum, et postea, si poterit, exequatur ad secundum actum

Et quia nobilis vir ser Andreas de Priolis a banco, qui ducit factum, et bono zelo et affectione patrie se obligat ad solutionem pecunie, vult esse certus de satisfactione sue obligationis, ex nunc captum sit, quod pro bono et salute status nostri et promittendo executioni tantum salutiferum opus, debeat, data executione facto predicto per illos, qui faciunt de imprestitis, debeat fieri de imprestitis ad cameram imprestitorum tantum, quantum sit sufficiens ad faciendum solutionem predictam, que post executionem facti sit obligata et solvatur ser Andree de Priolis pro satisfactione solutionis, quam facere deberet. De parte 13, de non 0, non synceri 3.

Misti. Consilium X. 9 p. 136.

God. 1419. 17. kolovoza, u Mletcih.

Republika mletačka zavojačuje Turke proti Balsi zetskomu gospodaru.

1419. die 17. augusti. Cum pridie captum fuerit in hoc consilio de mittendo ad partes Scutari ducatos quinquemille pro dando Teucris, qui venirent ad damna Balse inimici nostri, etiam non sit datus aliquis ordo rectoribus nostris Scutari, quid facere debeant de dictis denariis, in casu quo non expenderent in dictis Teucris; vadit pars, quod scribatur auctoritate istius consilii dictis nostris rectoribus, quod in casu quo non possent obtinere intentionem nostram, sicut per alias sibi dedimus in mandatis, quod Teucri veniant ad damna et destructionem dicti Balse, debeant de dictis ducatis quinquemille, quos sibi mittimus ob dictam causam, retinere ducatos tresmille pro subventionibus gentium nostrarum deinde et pro aliis opportunis, et alios ducatos duosmille mittere debeant per illam quam prestiorem viam poterunt rectoribus nostris Jadre, quibus committatur, quod de dictis denariis expendere debeant ducatos tres mille in laboreriis castri Jadre et alios in aliis expensis ibidem opportunis. Et ut dicti ducati quinque mille portentur prestissime et securiter Scutarum, scribatur rectoribus nostris Jadre, quod sine aliqua dilatione illos dare debeant capitaneo nostro generali culphi, cui committatur, quod presto et sine mora dicti ducati quinquemille mittere debeat rectoribus nostris Scutari per unum ex supracomitis nostris, qui supracomitus cum galea sibi commissa, in casu quo dictus noster capitaneus non dimisisset aliquam ex galeis nostris culphi in partibus Scutari, ibidem remanere et stare debeat ad damnum et exterminium inimicorum nostrorum, et ad obedientiam rectorum nostrorum Scutari; et etiam mandetur dicto capitaneo, quod Petrum Polini cum galeota sibi commissa, quam ponere debeat in ordine, mittere debeat ad partes Scutari sub obedientia illius supracomiti, qui ibidem remanebit.

De parte omnes alii, de non 2, non sinceri 3.

Secreta consilii rogatorum, lib. VII. c. 97, u mletačkom arkivu.

God. 1419. 9. rujna, u Mletcih.

Balsa, predobiv Drivast, nastoji o izmjeni sužnjeva. Mletčani pristaju na to rado.

1419. die 9 septembris Quod scribatur comiti et capitaneo ac provisori Scutari in hac forma. Recepimus literas vestras datas vigesimoquinto augusti elapsi, per quas nobis significastis captionem castri Drivasti, et captionem viri nobilis ser Jacobi Corario potestatis Drivasti, eius uxoris, et eius socii militis, que omnia cum maxima displicentia intelleximus. Sed quia nobis scribitis, quod Balsa vult cambire dictum ser Jacobum, eius uxorem et socium militem, ac virum nobilem ser Petrum Taiapetra et alios nostros, quos habet captivos pro Raicho Moneta et quodam Alexio ac pro quodam puero, quos deinde habetis detentos, volumus et fidelitati vestre scribimus et mandamus cum nostris consiliis rogatorum et additionis, quatenus debeatis cambire dictos Raichum, Alexium et

puerum, quos habetis detentos, pro predictis ser Jacobo Corario, eius uxore et socio milite et ser Petro Taiapetra et pro aliis nostris, quos idem Balsa habet captivos, circa hoc habendo bonam advertentiam, sic quod dicti nostri cives et fideles non decipiantur, sed quod a captivitate liberentur; et taliter providendo, quod aliquid mali eis non eveniat, sicut de prudentiis vestris bene confidimus. Verum si obtinere non possetis, quod omnes predicti relaxerentur, volumus, quod dante vobis Balsa dictos ser Jacobum, eius uxorem, socium militem et ser Petrum Taiapetra, et de aliis quam plures poteritis, dicto Balse dare debeatis dictos Raichum, Alexium et puerum in cambium dictorum nostrorum, habendo bonam advertentiam circa hoc, sicut superius diximus. De parte 89. (Missa 10 septembris.) Ser Andreas Gritti sapiens ordinum vult quod facta omni instantia possibili de obtinendo intentionem nostram predictam, quam si obtinere non poterunt, debeant procurare relaxationem solum dicti ser. Jacobi et uxoris sue. De parte 21, de non 0, non sinceri 1.

Secreta cons. rog. lib. VII c. 102, u mlet. arkivu.

God. 1419. 10. rujna, u Mletcih.

Produljuje se zakup otoka Liba još na deset godina na korist Tome Petrovića Zadranina.

Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Andree de suo mandato comiti et Paulo Corrario capitaneo Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Humiliter et cum instancia nostro dominio supplicavit spectabilis et nobilis fidelis civis noster Jadrensis Thomasius de Petrizo, quatenus cum habeat ad incantum quamdam insulam nostram vocatam Alluybum pro annis decem ad racionem librarum MCCCX in anno, et de tali eptione potius damnum quam utile consequatur, quia dicta insula a multis annis citra non fuit vendita tanto precio, et hoc propter illam monetam grossam, que tunc temporis currebat. Et in quantum vellet idem supplicans meliorare dictum incantum, opporteret facere in ipsa insula pastinari, quod dixit non posse fieri sine maximis difficultatibus et expensis, dignaremur sibi de gracia speciali predictam insulam confirmare pro aliis decem annis post terminum, quo tenere debet eandem insulam pro precio suprascripto cum conditione, quod idem supplicans possit facere, quod villici demorantes in dicta insula et quicumque alii plantent ibi vineas, ut inde aliquam utilitatem et emolumentum sequatur. Attendentes igitur integritatem fidei et perpetuam ac indefessam promptitudinem obsequendi ac opera laudabilia et fidelia per eum in honorem nostri dominii demonstrata, et volentes eidem in retributionem meritorum suorum nos reddere liberaliter graciosos, cum nostris consiliis minori de XL[ta.] et maiori in presentibus millesimo, indictione et die fecimus eidem graciam suprascriptam, sicut in supplicatione sua superius declarata requiritur, fidelitati vestre mandantes, quatenus suprascriptam graciam eidem observare debeatis, et facere, quantum ad vos spectat, inviolabiliter observari.

Date in nostro ducali palacio die decimo septembris, indictione XIII, MCCCCXVIIII.

Ducali e terminazioni, lib. 1. c. 27, u zadarskom arkivu.

God. 1419. 11 rujna, u Mletcih.

O čuvanju skadarske tvrdjave.

1419. die 11 septembris. Quod scribatur et mandetur comiti et capitaneo ac provisoribus Scutari, quod pro securitate civitatis nostre Scutari et castri unus eorum durantibus presentibus novitatibus continue remanere debeat in castro Scutari, ita quod quando aliquid provideri opportet, unus solus eorum sit extra castrum, ita quod continue unus ipsorum de die et de nocte sit in dicto castro.

De parte omnes alii, de non 0, non sinc. 3.

Secreta con. rogat. lib. VII. c. 103, u mlet. arkivu.

God. 1419. 11. rujna u Mletcih.

Mletčani nastoje o utvrdjenju Skadra, pošto se zima približuje.

1419. die 11. septembris. Quod scribatur nostris comiti et capitaneo ac provisori Scutari in hac forma. Habentes considerationem et respectum, quod presenti tempore, quo sumus prope yhems, pluribus diversis respectibus fieri nequeunt sufficientes provisiones in faciendo damnificari et molestari emulos nostri dominii illarum partium Albanie, et volentes congruis provisionibus locum vobis commissum de munitionibus necessariis et custodia sufficienti pro custodia dicti loci, ad statum et onorem nostrum debite regulare, vobis cum nostris (consiliis) rogatorum et additione scribimus et mandamus, quatenus per illas vias, que vobis videbuntur isto tempore, quo stabunt in illis partibus galee nostre, debeatis cum illis quinque mille ducatis vobis missis causa Turchorum, quos expectabatis venturos, et cum aliis mille ducatis, quos postea misimus, providere, non venientibus Turchis, de fulciendo locum illum Scutari de victualibus pro munitione et tenere de ballistariis et aliis gentibus illuc missis tam equestribus quam pedestribus illos, qui vobis videbuntur, cum illa quam minori expensa poteritis pro bona defensione et sufficienti custodia illius loci nostri Scutari, mittendo omnes reliquos, qui restabunt de dictis gentibus illuc destinatis, ad partem Dalmatie cum navigiis biscoti, que illuc mittimus, quam aliis, dando eis illam quam minorem subventionem poteritis, ut inde valeant se levare. Verum si dicti Turchi illuc venirent, debeatis exequi in faciendo damnificari inimicos nostros quantum plus poteritis. fulciendo locum predictum de victualibus cum illis mille ducatis, quos vobis misimus, et procurando etiam reperire ibi pro dictis victualibus pro munitione pecuniam, quam damus vobis libertatem possendi accipere ad cambium, et mittere ad solvendum huc usque ad quantitatem ducatorum duorum millium; providendo etiam, ut dictum est, retinere de gentibus illuc missis illos, qui vobis videbuntur pro custodia et bona defensione dicti loci Scutari.

Et ultra dictos denarios accipiendos ad cambium, eisdem mitti debeant alii ducati mille, ut possint se fulcire victualibus, et subvenire stipendiariis, prout erit necessarium. Insuper vobis mandamus, quatenus mittere debeatis Alexium octo ballistaria ex illis, quos licentiabitis. De parte 77.

Ser. Fantinus Viario consiliarius, ser. Rossus Marino, ser. Marinus Haravello procurator, sapientes consilii; ser. Sanctus Venerio miles sapiens guerre; ser. Lucas Donato, ser. Antonius de Canali, ser. Antonius Venerio, sapientes ordinum volunt, quod, ut melius possit ad omnia provideri respectu eorum, que scripserunt nostro dominio comes et capitaneus ac provisor nostri Scutari de Turchis, qui venturi dicuntur contra inimicum nostrum Balsam, supersedeatur pro nunc, donec sciemus a certo, si dicti Turchi venient aut non, quia tunc melius et lucidius poterit provideri, et hoc rationabiliter de brevi erit. De parte 31, de non 2, non sinceri 7.

Secreta cons. rogat. lib. VII. c. 104, u mlet. arkivu.

God. 1419. 14. prosinca, u Mletcih.

Njeki svećenik iz Piacence predlaže mlet. vieću desetorice, da će uz nagradu smaknuti dati ugarskoga kralja.

1419. 14. decembris. Ser Laurentius Capello, ser Nicolaus Georgio, consiliarii; ser Bartholomeus Mauro, caput. Quia est necessarium dare aliquam responsionem prudenti viro Belpetro collaterali in Verona ad ea, que ipse nobis exposuit parte nostrorum rectorum Verone de oblatione quam fecit ipsi Belpetro et subsequenter nostris rectoribus unus clericus Placentinus, olim prepositus unius ecclesie seu beneficii in Salodio, et nunc expulsus de dicto beneficio post novam adeptionem dominii dicti Salodii per dominum ducam Mediolani, qui olim prepositus se offert infra breve spatium temporis dare mortem seu tenere modum, quod dominus rex Hungarie electus Romanorum finiet vitam suam per modum indirectum. Vadit pars, considerato, quod per experientiam visum est et videtur dictum, quod dictus rex est atrocissimus inimicus nostri dominii, et quod non est modus possendi in vita dicti regis habere cum eo pacem, quod respondeatur dicto Belpetro, quod nos, non cognoscentes dominum prepositum nec conditionem ipsius, non sumus dispositi expendere nec abicere tali modo nostras pecunias, se si ipse prepositus est cum effectu dispositus mittere executioni, et mittet id, quod ipse promittit, nos exnunc sumus contenti et damus sibi libertatem, quod ipse promittat nomine nostri dominii dicto olim preposito, quod, data executione facto predicto, nos cum effectu procurabimus, quod in uno de locis nostri dominii ipse habebit unum beneficium, de quo annuatim percipiet ducatos duo millia et ultra; et mandetur dictis rectoribus, quod de predictis nullam scripturam fieri faciant dicto olim preposito. De parte 5. Iterum fuit posita dicta pars de ducatis mille et ultra annuatim, et fuerunt de parte 8—8, de non 8—9, non sinceri 1—0.

Misti. Consilium X. 10 p. 16 tergo, u mlet. arkivu (V. Lamansky. Sec. d' et. de Venise).

God. 1420. 2. veljače, u Kotoru.

Punomoć občine kotorske za svoga tajnika Antuna Pukcija, kojom ga ovlašćuje sklopiti pogodbu u njezino ime s republikom mletačkom po naputku, što je od nje primio.

Instrumentum sindicatus facti per comunitatem Catari in personam ser Antonii Puctii. — In christi nomine amen. Sub annis eiusdem nativitatis in millesimo quadringentesimo vigesimo, indictione XIII et die secundo februarii, Catari in cancellaria dicte civitatis iuxta lugiam et viam publicam predicte civitatis et alios fines veriores; presentibus dominis Nicolao de Bolliza, Johanne ser Triphonis de Buchia, iuratis iudicibus, et ser Paulo de Buchia iurato Catari auditore et me notario infrascripto. Ibidem ad sonum campane diversis diebus et oris nos comunitas Catarensis, comes, iudices, secretum consilium ac maius et generale, ultimate die, millesimo, mense et indictione predictis, congregati ad sonum campane more solito, fecimus, instituimus, ordinavimus, creavimus et constituimus omnibus modo, via, iuris forma et ordine, consuetudine omni, inclusive exceptione remota tam iuridica quam sofistica, et omnibus non specificatis iuribus, prudentem ac multiformis sapientem virum ser Antonium Puctii de Actis de sancto Genesio nostrum iuratum notarium, cancellarium et secretarium in nostrum sindicum, procuratorem, actorem, factorem et certum specialem nuntium sive negotiorum gestorem seu quibuscumque aliis nomine, vocabulo et iure dici, vocari et appellari posset, ibique presentem, sponte, matura, sana et iuridica deliberatione in se mandatum sindicatus et procurationis, sponte et expresse suscipientem, ad comparendum et se personaliter et non per interpositam personam coram ducale dominio Venetiarum presentandum cum litteris credentialibus parte nostre comunitatis, et ad narrandum, dicendum, exponendum iuxta commissiones sue capitulane, scripturas dandum et replicandum totiens quotiens opportunum fuerit tam vigore literarum credentialium quam commissionum, concludendumque prout et quando sibi sindico antedicto videbitur, capitulis respondendum ac capitula et scripturas fiendas inter dictum ducale dominium et ipsum sindicum parte nostre comunitatis, scribendum sive scribi faciendum, et in publicam formam reducere sive reduci faciendum totiens quotiens fuerit necesse et opportunum, et reductas in publicam ut predicitur formam scripturas, ratas, gratas, firmas et validas habendum, tenendum, roborandum et fortificandum, omnibus condictionibus seclusis, et generaliter ad omnia alia et singula dicendum, narrandum, faciendum ac finiendum, que in predictis et circha predicta faciendum, concludendum ac finiendum, et necessaria et oportuna ac debita ad taliaque ius postulat et requirit, ut nosmet constituentes dicere, narrare, concludere ac facere possemus, si personaliter essemus, dantes et concedentes liberum et generale mandatum cum libera, franca sive secura et generali administratione; promittentes nos comunitas et omnes supradicti mihi publico notario suprascripto ut publice persone stipulanti nomine illorum quibus interest sive interesse poterit in futurum, que gesta et operata erunt circa predicta per dictum ser Antonium sindicario nomine quo supra, tenere et habere ac teneri

et haberi facere per nos vel alios rata, grata et firma, omni dilatione temporum et contradictione facti remotis, sub obligatione omnium bonorum dicte comunitatis Relevantes nos comunitas antedicta, et predicti nomine dicte comunitatis, dictum ser Antonium sindicum prescriptum ab omni damno dicta de causa sibi interveniendo, non obstantibus aliquibus iuribus sive ordinibus in contrarium loquentibus. — Ego Paulus ser Vannis de Abrianis de Monte Elbaro publicus imperiali auctoritate notarius et ad presens iuratus notarius comunis Catari hiis omnibus et singulis presens interfui, et regatus scribere scripsi et in publicam formam de mandato ipsius comunitatis redegi, signumque meum consuetum apposui. — Ego Nicolaus de Boliza iuratus iudex me subscripsi. — Ego Johannes quondam ser Trifonis Buchia iuratus judex me subscripsi. — Ego Paulus quondam Bucha de Buchia iuratus auditor me ubscripsi.

Commemorialium XI. c. 31, u mletačkom arkivu.

God. 1420. 3. veljače, u Kotoru.

Kotorska občina piše duždu mletačkomu, neka vjeruje što mu rekao bude njezin poslanik Anton Pukcija u njeno ime.

Litera credulitatis in personam suprascripti ser Antonii Puctii. — Serenissimo principi et excellentissimo domino domino Thome Mocenigo divina gratia duci Venetiarum etc. domino nostro singularissimo. Serenissime princeps et excellentissime domine, domine noster singularissime humili et cordiali recomendatione. Ad pedes vestre serenitatis et dominii destinare curavimus prudentem ac discretum virum ser Antonium Puctii de Actis de sancto Genesio, latorem presentium nostrumque iuratum notarium, cancellarium et secretarium, de nostra intentione vestre dominationi et excellentie narraturum, a nobis plene informatum. Quare placeat vestre serenitati, ut in hiis, que coram vestro dominio nostri parte exponat, fidem credulam adhibere ut nobis met ipsis, et vestrum assensum non denegari, quum semper parati vestra mandata servari. — Comes, iudices, maius et secretum consilium Catari. Ubi (data) tertio februarii, xiii, indictione.

Commemorialium, XI. c. 31, u mletačkom arkivu.

God. 1420. 7. veljače, u Mletcih.

Uništuje se zaključak vieća desetorice od 24 svibnja glede ponude Miha Mudacia, da bi smaknuti dao ugarskog kralja uz dobru nagradu.

1419. 7. februarii. m. v. Cum capta fuerit in isto consilio quedam pars die vigesimo quarto mensis maii preteriti, per quam facte fuerunt alique promissiones Michaleto Mudatio, qui se obtulit facere mori per tosicum vel aliam mortem violentam dominum regem Hungarie, et per viam rectorum nostrorum Vincentie habitus sit certus pulvis et etiam una parva ampula aque pro factiendo factum predictum, et capita istius consilii voluerint videre experientiam dicti pulveris et similiter acque, sed non bene habuerint modum, quia dictus Michaletus dixit, quod necessa-

rium esset, quod ipse simul cum magistro, qui dictas res composuit, videret dictam experientiam. Et appareat, quod tam per requisitionem dicti Michaleti quam pro aliis rationabilibus causis dicta res fieri nequeat oculta, sed possit detegi et propalari cum onere et infamia nostri dominii, quod est cum omni studio evitandum. Propterea vadit pars, quod dicta pars capta suprascripto die xxiv maii revocetur et pro revocata habeatur in totum, ita quod nulius sit valoris. Et sic dici debeat dicto Michaleto Mudacio, et debeat licenciari. De parte 14 de non 0, non sinceri 0.

Misti. Consilium X. 10 p. 19, u mlet. arkivu (V. Lamansky. Sec. d' et. de Venise).

God. 1420. 19. veljače, u Mletcih.

O brodu, od Mikacija iz Trogira zarobljenu, opet osvojenu.

1419. die 22 februarii. Capta Cum per Michacium de Tragurio cum galea et galeota, que exiverunt de dicto loco eundo ad damna nostra, fuerit capta quedam nostra navis patronizata per providum virum Johannem Montello, que nostra navis postea fuit recuperata per nobilem virum ser Paulum Pasqualigo nostrum supracomitum culphi et missa Jadram: vadit pars, quod mandetur rectoribus nostris Jadre, quod dictam navem debeant consignare nuntio participum navis predicte, ut huc conducatur pro furniendo eam sartiis et aliis opportunis, sicut erit necesse. De parte 141, de non 2, non sinceri 0.

Senato. Misti 53, c. 30. u mletačkom arkivu.

God. 1420. 16. ožujka, u Mletcih.

Republika mletačka šalje svoga bilježnika u Kotor, da primi prisegu vjernosti one občine. Hvale se zasluge Draga Kotoranina. Gjorgju i Alešiju Juras obećaje se Budva, ako se za Mletčane izjave.

1420. 16. martii. Cum Antonius Puctii, cancellarius et sindicus Catari, quesivisset, quod mitteretur secum notarius noster „ad accipiendum et acceptandum ratificationem fiendam per illam comunitatem Catari de omnibus et singulis contentis in instrumento stipulato inter nostrum dominium et dictum sindicum nomine predicte comunitatis Catari, et quod sibi daretur unum vexillum beatissimi Marci Evangeliste protectoris nostri erigendum in dicta terra Catari, et etiam ut presto daretur principium habendi cum nostro dominio egregios Georgium et Alexium Iuras baronos Zente“; mittatur Catarum dictus notarius pro dicta ratificatione fienda et ad recipiendum „nomine nostro a dicta nostra comunitate Catari iuramentum observande fidelitatis secundum formam et modum debitum, et similibus observari consuetum“, et etiam vexillum s. Marci.

Edocti porro per Martinum de Drusto de meritis Dragi de Drago erga nos, notarius dicat eidem Drago, nos omnia scire, et quod nostra dominatio „tenet eum pro fidelissimo nostri dominii, habendo eum suis virtutibus stricte commendatum et pro carissimo suo“, exhortando eum ad prosequendas tractationes cum illis baronibus,

Notarius si reperiret illos barones Xente, nempe Georgium et Alexium fratres Iuras, inclinatos ad rumpendum contra Balsam, concludat pactum cum illis hac conditione, quod illi cum omnibus suis viribus debeant Venetos in guerra contra Balsam adjuvare, ita tamen, quod si castrum Budvae devenerit ad manus Venetorum, ipsis dabitur, retentis tantum salinis pro dominio veneto.

Secreta Consilii Rogatorum, VII. 140, u mlet. arkivu.

God. 1420. 16. ožujka, u Mletcih.

Naputak Marku Bembo, podkapetanu jadranskoga mora.

1420. die 16. marcii. Quod fiat commissio nobili viro ser Marco Bembo ituro vicecapitaneo culphi in hac forma. Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc., Committimus tibi nobili viro Marco Bembo, dilecto civi et fideli nostro, quod in bona gratia ire debeas vicecapitaneus noster culphi, et cum galea tibi commissa solicita presto ire Jadram, et posito in Jadra nobile viro Jeronimo Cavatorta cum denariis, quos per eum mittimus Jadram, studeas invenire nobilem virum Paulum Pasqualigo supracomitum nostrum culphi, et sumpta a dicto ser Paulo plena informatione omnium conditionum partium de inde, et de modis et viis, per quas melius damnificari possis inimicos nostros, eidem ser Paulo mandare debeas, quod quantum prestius potest venire debeat Venetias ad disarmandum, et sic eidem scribimus per literas nostras, quas sibi debeas consignare. Et tu cum galeota Jacobi Johannis et galeota de Jadra attendere et vigilare debeas ad bonam custodiam navigiorum et locorum nostrorum, et ad damna et oppressiones Tragurii et Spalati, donec ad dictas partes venerit capitaneus noster generalis culphi, ad cuius obedientiam et mandatum, cum venerit, esse debeas.

Insuper tibi committimus, quod licentiare debeas nobilem virum Laurentium Victuri, capitaneus duarum galeotarum iturarum Scutarum; quod cum galeotis sibi commissis ire debeat versus Scutarum ad sequendam formam sue commissionis, super quibus galeotis ascendere facias ambaxatorem comunitatis Catari et notarium nostrum, quos tecum conducis, quibus ambaxatori et notario, donec tecum erunt in galea, facere debeas expensas et famulis suis, et illas ponas ad computum nostri comunis; cui ser Laurentio consignare debeas literas nostras, quas tibi scribimus, ut sciat, quid exequi debeat in via sua eundo versus Catarum et Scutarum.

Fecimus tibi consignare ducatos quingentos, fidelitati tue mandantes, quatenus dictos quingentos ducatos debeas consignare comiti nostro Sibenici.

Insuper fecimus tibi consignare ducatos mille auri mittendos comiti et capitaneo nostro Scutari, quos denarios consignare debeas ser Laurentio Victuri suprascripto, ut illos secum conducat ad partes Scutari, dandos et consignandos comiti et capitaneo nostro Scutari predict·.

Volumus etiam, quod venientibus galeis nostris Crete ad partes Dalmatie, dicte galee esse debeant ad tuam obedientiam ad mandatum donec

capitaneus noster venerit ad partes predictas. De parte alii, de non 3, non sinceri 4.

Secreta consilii rogatorum lib. VII. c. 140, u mletačkom arkivu.

God 1420. 30. ožujka, u Mletcih.

Naputak vrhovnomu kapetanu u poslu predobića Trogira i Spljeta i zaposjednuća ondješnjih otoka.

1420. die 30. marcii. Nos Thomas Mocenigo, dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi nobili viro Petro Lauredano ituro in bona gratia capitaneo nostro generali culphi, quod in nomine iesu christi in recessu tuo de Venetiis cum galeis tibi commissis ire debeas Kersum et Auserum pro ortamine fidelium nostrorum dictorum locorum, et ibi cum comite nostro dare ordinem, quod illi fideles nostri, quod ordinavimus ibi preparari debere et esse in puncto, secundum quod dicto comiti scripsimus, pro veniendo tecum ad executionem mandatorum nostrorum, sint parati et in ordine, dando ordinem eorum recessui pro veniendo ad partes Sibenici, in quo loco volumus exercitum nostrum maritimum debere se congregare. Et dato ordine necessario in Kerso et Ausero, volumus, quod vadas Arbum et Pagum ad solicitandum et ordinandum de recessu fidelium nostrorum dictorum locorum et veniendum Sibinicum, providendo, quod dicti fideles nostri locorum suprascriptorum veniant cum suis armis et instrumentis necessariis ad dandum guasta, sicut fuerit opportunum, et habeant capita, que eos gubernent et regulant.

Expeditus autem de locis predictis, volumus, quod vadas Jadram, et esse debeas cum comite et capitaneo nostro Jadre, cum quibus conferre debeas de omnibus tibi commissis per presentem commissionem nostram, audendo parere et oppiniones eorum, et accipiendo cum consilio eorum de fidelibus nostris deinde duos vel tres illos, qui eis et tibi videbuntur apti et sufficientes et bene informati de locis Tragurii et Spalati, et quos terminabitis esse fidos nostro dominio, et illos tecum conduces, ut in casibus occurentibus possis eos operari sicut fuerit opportunum, quibus facere debeas expensas oris ad expensas nostri comunis, donec eos retinebis. Cum quibus rectoribus nostris similiter dabis ordinem, ut fideles nostri, quos ordinavimus in Jadra cohadunari debere et sequi nostrum exercitum, sint in ordine, et se reducant Sibinicum secundum ordinem et ad terminum per te statuendum, dando ordinem cum rectoribus Jadre predictis, quod omnia navigia nostra ad dictam terram declinantia cum munitionibus et peditibus vadant et se reducant Sibenicum.

Dato autem ordine necessario in Jadra, ire debeas Sibenicum, et esse debeas cum comite nostro dicti loci, eidem similiter declarando causam tui accessus ad partes Dalmatie, et deliberationem per nos factam, quod omnia nostra navigia cum munitionibus et rebus necessariis, et cum peditibus forensibus, quos ad dictas partes mittimus, et similiter fideles nostri Jadre, Kersi, Auseri, Arbi et Pagi se reducant Sibenicum, quo volumus, quod exercitus noster maritimus se uniat et sit paratus ad eundum et sequendum, prout ordinabis; dando ordine cum dicto nostro

comite Sibenici, quod ponat in ordine de fidelibus nostris Sibenici, prout tu et ipse terminabitis fore necesse, qui simul cum exercitu nostro veniant, quando per te fuerit ordinatum; dando ordinem de pane fiendo et victualibus conducendis de Sibenico ad exercitum nostrum, sicut fuerit necessarium.

Posito autem ordine necessario in Sebenico de navigiis et gentibus nostris ad dictum locum Sibenici se reducendi et expectandi ordinem tuum, volumus, quod cum galeis tibi commissis ire debeas versus partes Tragurii, et dimissis ad custodiam Tragurii illis galeis et galeotis, que tibi videbuntur necessarie ad obviandum, quod per illos de Tragurio non inferrantur damna nostris gentibus et navigiis se reducentibus in Sibinicum, debeas cum residuo galearum nostrarum ire versns Curzolam, Liesnam, Brazam et Faram, et alias insulas dictarum partium, et illas accipere debeas sub potestate nostra. prout se obtulerunt ponere per suum ambassatorem, promittens hominibus insularum predictarum quod sumus contenti habere illos sub nostro dominio et gubernatione, contribuentes nostro dominio illum censum, quem dabant et solvebant regi Hungarie, et quod possint eligere comites dictorum locorum ad libitum suum, eligendo illos ex terris et locis nostris. In quibus insulis appones ordinem necessarium, quot homines pro qualibet dictarum insularum venire debeant ad nostrum exercitum, providendo, quod etiam de dictis insulis ad nostrum exercitum conducantur vina et victualia et alia refrescamenta pro comodo et ubertate nostri exercitus.

Obtentis autem insulis predictis, et posito ordine necessario in insulis predictis de gentibus veniendis et victualibus conducendis ad exercitum nostrum, volumus, quod in bona gratia ponas campum et firmas exercitum nostrum contra Tragurium, et intentionis nostre est, et sic servare debeas, primo habito consilio omnium nostrorum supracomitorum tecum existentium, Quarantaotto et aliorum fidelium, qui tecum erunt, quod una ex bastitis nostris primo firmetur super insula in illo loco dicte insule, qui tibi melior et securior videbitur, et aliam ponere facias in terra in illa parte, que tibi melior apparebit pro nostra intentione obtinenda, et faciendo firmare bombardas in illis locis insule, que tibi videbuntur et alibi sicut videbis opportunum et necessarium fore. Et firmatis bastitis et lombardis, debeas contra dictam terram Tragurii viriliter facere quicquid tibi possibile fuerit per omnes vias et modos possibiles, pro habendo in manibus et potestate nostra terram predictam. Qua obtenta, sequi debeas ad obtinendum terram Spalati cum illis modis et ordinibus, qui tibi meliores et utiliores videbuntur, pro possendo celeriter dictam terram habere in manibus et potestate nostra.

Et quia sumus informati, quod ambe dicte terre Tragurii et Spaleti multum timent habere guasta, volumus, quod quando tibi videbitur, facias publicari, quod si non se submittent nostro dominio, eisdem dari facies guasta. Et relinquimus in liber ate tua dictis terris faciendi dare guasta, si et quando tibi tempus videbitur.

Et si occurreret, quod Tragurini essent contenti velle se submittere nostro dominio pacifice, ut de intentione nostra sis informatus, sumus contenti, quod illos acceptare possis cum illis pactis et conditionibus, cum

quibus acceptavimus terram Sibinici, quorum copiam tibi dari fecimus pro tua informatione.

Et similiter si illi de Spalato vellent pacifice et quiete se submittere nostro dominio, sumus contenti, quod dictam terram accipere debeas cum illis pactis et conditionibus, cum quibus accepimus terram nostram Sibenici. Et si vellet promissionem, quod non fiat castrum in dicta terra, et quod extiticii non possint reverti in dictam terram, sumus contenti, quando aliter facere non posses, quod dictam promissionem eis facere possis, ut dictam terram pocius cum pace quam per viam belli obtineamus.

Verum si tibi videretur, antequam firmes exercitum nostrum contra Tragurium, de faciendo temptari cum verbis illos de Spalato, si volunt se submittere nostro dominio et venire ad obedientiam nostram, relinquimus in libertate tua hoc faciendi, sicut tibi videbitur, et venientibus vel non venientibus, firmes exercitum nostrum contra Tragurium, sicut tibi superius committimus.

Insuper tibi denotamus, licet de hoc habeas informationem, quod mittimus pedites octingentos forenses, quorum constituimus caput Quarantaotto, quem Quarantaotto volumus quod esse debeat ad tuam obedientiam et mandatum. Dictum autem Quarantaotto et pedites predictos pones et operabis cum dictis peditibus vel parte eorum in illa parte et loco, que tibi videbitur, ut melius possis hanc nostram intentionem obtinere.

Et quia habemus in civitate nostra Jadre multas gentes equestres, et occurrere posset, quod dicti equi essent necessarii ad obtinendum terram Tragurii. relinquimus in libertate tua mittendi pro dictis gentibus equestribus vel parte eorum, sicut tibi videbitur. Nam dedimus in mandatis rectorum nostrorum Jadre, quod ad omnem tuam requisitionem illos tibi mittant.

Volumus etiam, quod super galeis tibi commissis levare debeas venerabilem virum . . . presbiterum . . . ambaxatorem comunitatis Fare et Braze, et quendam archipresbiterum Spalati, qui sunt de factis Tragurii et Spalati informati, et illos tecum conducere debeas, a quibus plenam informationem de locis predictis habebis, quibus facere debeas expensas oris ad expensas nostri comunis.

Mandamus etiam tibi, quod sis solicitus omnia occurentia de tempore in tempus nostro dominio denotare, et si aliqua erunt necessaria ultra ea, que ad partes Sibenici misimus, nobis significare, ut ad omnia opportuna debite providere possimus. De parte 84, de non 2, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum. Vol. 7., u mlet. arkivu.

God. 1420. 29. travnja, u Mletcih.

Šalje se bilježnik u Kotor, i upućuje se, kako da odgovori od strane vlade na njeke molbe Kotorana, i što da reče Kotoraninu Dragonu, koj je nastojao o tom, da Gjuru i Aleksa Jurasa predobije za Mletčane.

1420. die 29. aprilis. Quod scribatur circunspecto viro Johanni de Lusia notario nostro apud Catarum in hac forma. — Johannes. Recepimus literas tuas, quibus distincte et ordinate nostrum dominium infor-

masti de his, que fecisti in executione nostrorum mandatorum tibi commissorum cum illa nostra devota et fideli comunitate Catari, et de grata et conformi responsione dicte comunitatis tibi exhibita ad contenta et conclusa per instrumentum stipulatum cum suo sindico et ambassiatore destinato ad presentiam nostram, de oblatione sua et acceptatione nostra facta per nos de terra, castro et comunitate Catari ad obedientiam nostram etc., pro quibus fidelem obedientiam et solicitudinem tuam merito commendamus, mandantes tibi, quatenus, receptis presentibus, debeas comparere coram egregiis et spectabilibus comite, iudicibus, consilio et deputatis pro dicta comunitate Catari, et eos cum verbis pertinentibus nostri parte hortari et dicere, quod ad ea, que eorum parte nostro dominio denotasti, habuisti nostram responsionem sibi fienda per te ut intra. Et primo debeas respondere, quod intellecta prima parte eorum supplicationis, dominatio nostra, que sincere optat comoda et quietem dicte comunitatis, est contenta ob respectus naratos per comunitatem predictam, quod differrant et suspendant erigere et elevare insignia beati Marci, donec recolligent vinum et bladum. Et ad id, quod dixerunt, quod a die dicte responsionis sue tibi date se nostro dominio supposuerunt, prout optarunt, dicere debeas, quod dictam eorum devotam et fidelem obedientiam acceptavimus et acceptamus, habentes et tenentes eos pro nostris fidelibus et dilectis subditis. Ad partem autem supplicationis sue, per quam porrigunt, quod si quo tempore dominatio nostra cum rege Hungarie vel alio quovis domino vel dominio ad aliquod concordium deveniret, a nostra dominatione civitatem et castrum Catari nullatenus removeamus; et si dictam civitatem et districtum sub gubernatione nostri dominii retinere nolemus, reducamus dictam civitatem et districtum in eadem libertate, cum qua se dominio nostro sumiserunt, debeas respondere, quod huic supplicationi sue, considerata sinceritate nostri dominii erga dictam fidelem comunitatem, non esset necessaria responsio, quia eos acceptavimus, et deo duce tenere volemus pro nostris perpetuis fidelibus et dilectis subditis, sicut humiliter supplicarunt, ut est dictum. Tamen dominatio nostra pro contentamento eorum respondet, fore contenta facere sicut petunt. Ad ultimam etiam partem eorum supplicationis, per quam faciunt mentionem, fuisse ommissum referi nostro dominio per sindicum suum, scilicet in solutione debiti dicte comunitatis de ducatis sex millibus solvendis de introitibus Catari per tempus, videlicet, quod ubi debeat dici debitum predictum in ducatis decemmillibus consistere, facta fuit mentio tamen de sex millibus, debeas respondere, quod dominatio nostra sequens eius solitam consuetudinem est contenta eorum supplicationi annuere, et sibi concedere, quod dictum debitum usque ad quantitatem de ducatis decemmillibus solvatur ad tempus et per modum concessum per dictum instrumentum acceptationis, circa solutionem ducatorum sexmillium, prout peti et postulari fecerunt. Intellectis his, que nobis scripsisti circa id, quod fecisti iuxta mandata nostra cum illo devoto nostri dominii ser Dragone de Dragonibus, et grata sua responsione tibi exhibita, et maxime super pratica, quam facere habet cum egregiis viris Georgio et Alexio Juras baronibus Zente, volumus et tibi mandamus, quatenus dicto ser Dragoni debeas de eius bona dispositione ad honorem

et statum nostrum regratiari nostri parte, et dicere, quod eum habemus apud nostrum dominium stricte recommissum, solicitando eundem ad inducendum dictos barones Zente ad faciendum, ut tibi commissimus, et sequendo mandata nostra, que habes superinde; et debeas de omnibus, que feceris et habueris, tuis literis de tempore in tempus nostrum dominium continue informare.

Secreta consilii rogatorum. Vol. 7., u mlet. arkivu.

God. 1420. 9. svibnja, u Mletcih.

O utvrdjenju grada Zadra i njegove tvrdje.

1420. die 9. maii. Conzo sia che per quello se ha vezudo per lo tempo passado, e per quello se ve al presente, el faza per lo stado nostro metter la citade nostra de Zara in tal forteza e segurtade, che da quella non se habia a dubitar, e che per la dita forteza e segurtade el se possa proveder de cresier l intrada de quella citade, e per simele scansar de la spexa de quella, la qual al presente e excessiva et importabele; l andara parte, che de i ducati x milla, che se die haver de la comunitade de Cividal de Bellun, se diebia spender ducati vi milla per i fati de Zara per lo muodo sotoscrito, e como de tempo i se schodra, se diebia de i diti ducati x milla per i nostri camerlengi de comun depositar i diti ducati vi milla apresso i nostri procuratori de la gliexia de san Marco, i qual deneri se diebia mandar a Zara a i nostri rettori de la de tempo in tempo, e pagar de qua quelle cosse, che se mandasse a Zara per caxon di diti lavorieri da far la per caxon de la dita forteza e segurtade. E non se possa spender i diti deneri ni parte d essi in alguna altra caxon, ni tuorli ad imprestedo in tuti ni parte d essi, ni la presente parte suspender ni revocar in tuto over in parte in pena de ducati v cento doro de boni denari a chi metesse o consentisse parte in contrario, la qual pena schuoda da i contrafazando i nostri avogadori de comun, habiando parte chomo de le altre de so offitio. E de la dita pena non se possa far gratia a i contrafazando soto la dita pena de ducati v cento de boni denari. E de fin damo sia ordenado a i nostri rectori de Zara, che de i diti deneri, i sera mandadi, i diebia complir tuto quello i resta a far per fortificar el castello de Zara, debia meter la porta da terra in forteza chon barbachani, fossi e ponti levadori si da la parte dentro de la terra chomo da la parte de fuora, per muodo che ala dita porta non se possa andar ni dentro ni de fuora de la terra, se non per i diti ponti levadori e barbachani. Diebiase meter anchora in forteza la citadella fata su el chanton de la dita terra da la banda de levante, la che la tore de le bebe, chavar le fosse, e far adopiar el muro de la terra de la dita citadella fin la porta de la terra de piera e de legname, per quel muodo, che parera al collegio sotoscripto. E fati e complidi i diti lavorieri, se de i diti ducati vi mille lavanzasse danari quelli se diebia spender in fortificar la dita terra, per quel muodo, che parera al collegio de miser conseieri, cavi de xl, savii del conseio, savii da i ordeni, savii de la guerra se i ne sera, o la maor parte d essi.

E non possa i diti rectori ni algun de lor spender i diti denari, i qual i sera mandadi per le dite caxon, ni algun de quelli in alguna altra cosa, ni de queli altramente tuor, ni altro far per algun muodo soto la dita pena de ducati v cento doro de boni denari per cadaun contrafazando, la qual schuoda i nostri avogadori de comun per lo muodo dito de sora. E de la dita pena non se possa far gratia a i contrafazando soto la dita pena, como e ditto de sora. e i altri IIII. mille ducati de i diti x mille diebia esser dadi a i provededori de le blave sotto le streture soprascritte. De parte 90, de non 31, non sinceri 6.

Secreta consilii rogatorum, vol. 7., u mlet. arkivu.

God. 1420. 14. svibnja, u Mletcih.

Odgovara se na molbe poslanika bosanskog vojvode Pavla.

1420. die 14. maii. Capta. Quod respondeatur ad capitula presentata nostro dominio per egregios ambassatores magnifici vaivode Pauli, et primo:

Ad primum, per quod dictus magnificus vaivoda Paulus, faciendo refferri suam laudabilem dispositionem erga nostrum dominium, asserit optare esse servitorem nostre dominationis, respondeatur, quod regratiamur magnificentie sue de predicta eius optima dispositione ad voluntatem nostri dominii, et dicimus, quod eum reputamus et habemus in benivolum et bonum ac carum amicum nostri dominii.

Ad secundum, per quod petit castrum Lisse et illas insulas Liesne et aliorum locorum, que modo nuper venerunt ad obedientiam nostram in partibus Dalmatie, respondeatur: quod dicta loca et insule erant in manibus et potentia inimicorum nostrorum, ad que loca Tragurini et alii emuli nostri dominii se reducebant et habebant ibidem introitum et receptum, et alia prout volebant, et dicta loca et insulas acquisivimus de bona guerra, et accipi fecimus de manibus inimicis, ut dictum est, et promisimus fidelibus nostris dictorum locorum et insularum, quod dictos fideles nostros, ipsa loca et insulas conservabimus et tenebimus sub gubernatione et protectione nostri dominii, et sic exequi et facere volumus et intendimus.

Ad tertium, per quod offert se paratum cum persona, gentibus et amicis suis ad mandata nostri dominii, et esse amicus amicorum et inimicus inimicorum nostri dominii, respondeatur, quod de optima dispositione dicti M. domini regratiamur eidem, et dictam suam amicabilem et benivolam oblationem acceptantes dicimus, quod si in agendis, que occurrerent nostro dominio, appareret nostre dominationi indigere et habere necesse de promissis nobis per dictum dominum, requireremus eundem cum fiducia ut benivolum et bonum amicum nostri dominii.

Ad quartum, per quod petitur, quod si per aliquas gentes inimicas nostri dominii dictus magnificus dominus sic opprimeretur, quod nequiret eius castra et bona defendere, dominatio nostra illum et loca sua accipiat in protectione sua et cet; respondeatur, quod dictus magnificus dominus est sapientissimus, et habet bonum et sanum consilium, et gratia dei statum eius et honorem suum conservabit et optime gubernabit, et

eundem magnificum dominum, ut premittitur, habemus et habere disponimus et intendimus et benivolum et bonum ac carum amicum nostri dominii.

Ad quintum, per quod requiritur, quod dominatio nostra dignetur dictum magnificum vaivodam Paulum acceptare in nobilem civem venetum et de nostro maiori consilio, respondeatur, quod considerato, quod talis actus fit cum observatione quam plurium ordinum nostrorum, in quibus ponitur dilatio magni spatii temporis, non videmus ob nimiam tarditatem et dilationem occurrentem superinde pro observatione nostrorum ordinum predictorum posse sibi prebere responsum faciendi requisitionem suam predictam.

Ad sextum, per quod petitur, quod dominatio nostra teneat et reputet dictum magnificum dominum in servitorem nostrum, suscipiendo eum et sua servitia grata et accepta et cet, respondeatur, quod ob singularem amorem, quem habemus erga dictum magnificum dominum, dominatio nostra, ut dictum est, habet et tenet eundem dominum in benivolum et amicum nostrum, et eius servitia suscipiet occurrente casu continue grata et accepta. De parte alii, de non 22, non sinceri 2.

Senato. Misti. Vol. 53. c. 45. tergo, u mlet. arkivu.

God. 1420. 23. svibnja, u Mletcih.

Kralj napuljski Jakov kao posriednik mira medju Mletčani i Balsom.

1420. 23. maii. Cum venerit et comparuerit ad presentiam nostri dominii quidam pro parte illustris domini regis Jacobi Hungarie, Jerusalemi et Sicilie, et porrectis primo congruis et pertinentibus salutationibus nostro dominio pro parte dicti domini regis, exposuerit, qualiter dictus dominus rex, qui semper gessit et gerit nostro dominio magnam affectionem et amorem, habita informatione de guerra existente inter nostrum dominium et Balsam Balse ac Stefanum Balse, quos idem dominus rex asserit habere etiam pro suis devotis et fidelibus amicis et servitoribus, deliberavit eum mittere ad presentiam nostram pro pace tractanda et concordia inter nostrum dominium et dictos Balsam et Stefanum, qui tractatus est in effectu, quod nobis proponitur ex videre dicti domini regis, quod demus Scutarum predictis Balse et Stefano, promittentibus illis facere mercatoribus nostris conversantibus in locis suis, et quos conversari contingerit pro suis mercationibus et bonis, omnem franchisiam et exemptionem detractis et de omni alia solutione de datiis et passagiis et de omnia gabella, que posset imponi, et ultra predicta velle teneri dare dictas tractas; et quodsi dominatio nostra vellet facere dictam pacem, recusando reddere Scutarum, facit nos advisari dictus dominus rex, quod predicti Balsa et Stefanus contentantur, tenente qualibet parte id, quod tenet et habet. De quibus promissionibus observandis et fiendis per predictos Balsam et Stefanum idem illustris dominus rex offert pro predictis facere fideiussionem nostro dominio et cet., vadit pars, quod respondeatur dicto nuntio, quod auditis et intellectis his, que nostro dominio exposuit et retulit parte dicti domini regis, cognoscentes sinceram dispo-

sitionem regalis maiestatis sue, de optima intentione prefani domini regis, quam semper tenuimus habuisse et habere erga nostrum dominium, eidem domino regi regratiamur abunde, offerentes nostrum dominium in possibilibus ad quelibet grata et accepta regali maiestati sue, cuius beneplacitis fuimus semper et sumus, ut clare novit, sincere dispositi. Et quia propter temporis brevitatem ad presens non posset tractari pax, sumus contenti, tenentibus et habentibus nobis loca, que habemus, cum territoriis, jurisdictionibus et pertinentiis omnibus dictorum locorum et territoriorum, et tenentibus illis Balsa et Stefano loca, que habent cum pertinentiis et iurisdictionibus suis omnibus, ob regalem contemplationem venire et firmare, interveniente medio sue maiestatis, cum predictis bonam treuguam, duraturam per illud tempus, de quo remanebimus in concordio.

Secreta consilii rogatorum VII. c. 157, u mlet. arkivu.

God. 1420. 25. svibnja, u Mletcih.

Mletčani opunovlašćuju svoga kreza u Skadru, da sklopi primirje sa Balsom.

1420. 25. maii. Cum data fuerit responsio illi nuncio illustris domini regis Jacobi Hungarie, Jerusalemi et Sicilie, qualiter sumus contenti, tenentibus et habentibus nobis loca, que habemus cum territoriis, iurisdictionibus et pertinentiis omnibus locorum et territoriorum partium Scutari, et tenentibus Balsa et Stefano Balse loca, que habent cum pertinentiis et iurisdictionibus suis omnibus, ob regalem contemplacionem venire et firmare, interveniente medio sue maiestatis, cum predictis bonam treuguam iuxta continentiam partis capte, et dictus nuntius dixerit habere in mandatis ab illustri domino suo rege eundi ad dictos Balsam et Stefanum, et quesiverit, quod sit in illis partibus persona nomine nostri dominii, ut contentantibus illis firmetur dicta tregua; vadit pars, quod mittatur comiti et capitaneo nostro Scuttari pars pridie capta in hoc consilio, cui auctoritate huius consilii detur libertas firmandi dictam treuguam per unum annum; et veniendo ad dictam treuguam debeat dictus comes et capitaneus Scutari procurare de habendo satisfactionem bonorum mercatorum nostrorum danizatorum. Et si facta omni experientia, illam habere non posset, debeat poni facere, quod reserventur mercatoribus nostris iura sua contra predictum Balsam, ut per eius litteras scripsit, prout est iustum. Et mittatur ipsi nostro comiti et capitaneo Scutari sindicatus opportunus in forma sufficienti.

Secreta consilii rogatorum, VII. c. 157., u mlet. arkivu.

God. 1420. 19. lipnja, u Mletcih.

Nadalje o naputku za kneza skadarskoga u poslu primirja sa Balsom.

1420, die 19. iunii. Quod scribatur nobili viro ser Petro Lauredano capitaneo nostro generali culphi in hac forma: Recepimus quam plures literas vestras, quibus et contentis in illis plene et distincte auditis et intellectis, informati m nemus ordinate ad plenum de quibuscumque quo-

modolibet occursis et de parere et requisitionibus vestris et per vos factis et ultimate per illas de quarto, quinto et sexto mensis instantis, pro quibus omnibus diligentiam, bonum et virile animum et solicitudinem vestram digne et merito commendantes, cum nostris consiliis rogatorum et additione vobis scribimus et mandamus, viso et examinato eo quod scribitis de facto positionis bastite a parte terre, quatenus esse debeatis cum sex supracomitis nostris, Quarantaotto et domino Simone de Detricho fideli nostro Jadrensi, et per vos novem bene videre et examinare, quid vobis videbitur de ponendo dictam bastitam; debeatis si videbitis posse facere illam poni et firmari sine magno periculo gentium nostrarum in bona gratia dictam bastitam a parte terre poni et firmari facere, ubi et sicut per vos, ut prefertur, servato ordine supradicto fuerit terminatum. Et ut habeatis necessaria pro dicta bastita fabricanda, mittimus vobis tabulas, tolpos, clavos et alia lignamina opportuna ad sufficientiam, et etiam pro aloziamentis necessariis pro gentibus nostris, et pro camatari et castellari faciendo unam ex illis duabus galeis, prout scripsistis. Destinamus insuper vobis quatuor bombardas magnas cum suis zochis et de lapidibus pro bombardis et de pulvere ad sufficientiam, missuri in futurum continue de rebus omnibus opportunis et necessariis ut fuerit opportunum, et copiose ut semper possitis facere viriliter et fieri facere honorem nostrum, prout de vobis late speramus. Deliberavimus insuper ultra pedites illuc destinatos mittere etiam alios pedites quadringentos, et iam incipimus de illis destinare, et mittemus reliquos de tempore in tempus subito sicut applicabunt, ut de illis disponere et ordinare possitis, prout honori nostro et intentioni nostri dominii cognoveritis fore utile ad obtentionem nostre intentionis et damna emulorum nostri dominii.

Et ut habeantur denarii opportuni pro dictis penitibus quadrigentis mittendis ad nostrum capitaneum generalem culphi ex nunc ordinetur et captum sit, quod denarii, qui exigentur de tribus et duabus pro centenario de mercationibus galearum viagii Flandrie, que redierunt; et denarii, qui exigentur de refusuris auctorum ad faciendum de imprestitis, sint, et deputentur pro solutione dictorum peditum, quousque dicta solutio facta fuerit. Ordinetur insuper et captum sit, quod precipiatur nostris extraordinariis, quod de pecunia sui officii debeant mutare pro dictis peditibus mittendis, ut presto habeantur, denarii ducati duomillia, quorum restitutionem accipiant et faciant sibi ipsis predicti extraordinarii de dictis denariis, quos exigent de tribus et duabus pro centenario mercationum galearum predictarum viagii Flandrie, et de denariis similiter, quos exigent pro mercationibus aliorum navigiorum de tribus et duabus pro centenario. De parte 124, de non 5, non sinceri 9.

Secreta con. rogat. VII. c. 159, tergo, u mlet. arkivu.

God. 1420. 27. lipnja, u Mletcih.

O predobiću Trogira i Spljeta i o nastojanju, kako da se sklopi mir sa Balsom.

1420 die XXVII. iunii. Quia sicut notum est, per gratiam creatoris nostri et beati Marci Evangeliste obtinuimus civitatem Tragurii, et spe-

randum sit, secundum ea que retulit nobilis vir ser Lucas Truno supracomitus noster culphi, et secundum ea que scripsit capitaneus noster generalis culphi, quod idem capitaneus habuerit civitatem Spalati, et necessarium sit declarare dicto capitaneo nostram intentionem, et quid habeat agere cum exercitu nostro; vadit pars, quod dicto nostro capitaneo mandetur et scribatur in hac forma:

Per nobilem virum ser Lucam Truno, supracomitum nostrum culphi, quem ad nostram presentiam destinastis, et per literas, quas nobis scripsistis, fuimus plenissime informati de obtentione civitatis Tragurii, et de modis servatis in aquirendo civitatem predictam; pro quibus omnibus humiles gratias altissimo referrentes, sapientiam et virilitatem vestram et supracomitorum nostrorum et aliorum nostrorum fidelium digne et merito recomendamus, sperantes in domino, quod ante receptionem presentium obtinueritis etiam civitatem Spalati. Et ut de intentione nostra sitis informatus, et sciatis quid cum exercitu nostro sequi debeatis, fidelitati vestre cum ñostris consiliis rogatorum et addictionis scribimus et mandamus, quatenus obtenta civitate Spalati, debeatis civitatem nostram Tragurii dimittere in illa securitate, que vobis videbitur necessaria, et similiter dimissa civitate Spalati in securitate necessaria, licet putemus, quod ad custodiam dicte terre Spalati pauce gentes erunt necessarie, debeatis convocare omnes illos fideles nostro dalmatinos, qui venerunt ad exercitum nostrum, et eos cum illis bonis verbis et modis, qui vestre sapientie videbuntur, ostendentes quantum habuimus gratum et acceptum servitium suum, eosdem licentiare debeatis, ut revertant ad domos suas; quibus licentiatis, debeatis in bona gratia cum galeis vobis commissis et peditibus restantibus, conducendo vobiscum pro capite eorum fidelem nostrum Quarantaotto, in casu quo sit in bona convalescentia persone sue, ire versus Scutarum; sed primo volumus, quod ire debeatis Catarum, ubi invenietis providum virum Johannem de Lusia nuntium nostrum, a quo habebitis plenariam informationem de promissionibus factis per dictam comunitatem nostro dominio, et pro vestra informatione vobis mittimus presentibus introclusam commissionem, quam fecimus Johanni predicto, et habito etiam coloquio cum dicta comunitate Catari de modis servandis contra Balsam, debeatis dare ordinem insimul, ut congregent gentes suas, et illas habeant paratas ad exeundum contra Balsam, subditos et loca sua ad tempus per vos statuendum; et dato ordine necessario cum comunitate predicta, ire debeatis Scutarum, ducendo vobiscum illas duas galeas grossas oneratas victualibus, biscoto et aliis rebus necessariis, et accipiendo illud frumentum, quod est in Sibenico, et data subventione necessaria dicto loco Scutari de his, que vobis erunt possibilia, debeatis accipere a comite et a capitaneo nostro Scutari omnem informationem, quam poteritis, de conditionibus illarum partium et de terminis, in quibus se reperit cum Balsa, dicendo dicto comiti et capitaneo Scutari, quod si non conclusisset treuguam cum dicto Balsa, illam nullo modo concludat. Et si illam iam conclusisset, volumus, quod ipsam nullo modo servare debeatis. Et habita informatione omnium necessariorum a comite et capitaneo Scutari, et differendo in flumine Boione quam minus poteritis pro sanitate vestra et zurmarum nostrarum, debeatis, intelligendo vos cum

comunitate Catari, attendere et vigilare ad damna, oppressiones et ruinam dicti Balse, terrarum, locorum et subditorum suorum per omnes modos et vias vobis possibiles; relinquentes in libertatem vestram, habito consilio et parere omnium supracomitorum nostrorum et aliorum vobiscum existentium, qui vobis videbuntur, principiandi ab illis locis dicti Balse, que vobis videbuntur posse facilius debelari et capi, et sequendo de loco ad locum, prout vobis melius videbitur, pro ruina et destructione status dicti Balse, subdit rum et locorum suorum, sicut superius tangimus.

Verum si eundo versus Scutarum haberetis modum possendi damnificare loca Balse predicti, relinquimus in libertate vestra hoc faciendi, prout vobis melius videbitur, non obstante, quod non habuissetis colloquium cum comite nostro Scutari, habendo advertentiam de accipiendo, si erit possibile, illam galeotam, quam intelleximus esse Dulcigno.

Verum si dictus Balsa vellet venire ad pacem nobiscum et restituire Drivastum et totum, quod occupasset et teneret in territoriis nostris, damus vobis libertatem possendi secum ad pacem condescendere per modum predictum, in qua pace includere debeatis comunitatem Catari, tamquam subditos nostros.

Et quia vobis misimus bombardas, pulverem, lignamina et alias res per vos requisitas, relinquimus in libertate vestra conducendi vobiscum illas bombardas et alias res, que vobis videbuntur opportune; et alias bombardas et res, que vobis non forent necessarie, Venetias mittere debeatis cum illo navigio, cum quo conducte sunt, vel cum aliis sicut melius poteritis, mittendo etiam Venetias illos marangonos, quos de Venetiis misimus.

Ceterum quia in commissione data Johanni de Lusia continetur, quod si Alexius et Georgius Juras barones Xei te, vellent esse cum omnibus gentibus suis contra Balsam, ipse Johannes possit promittere dictis Georgio et Alexio Juras castrum Budue, cum conditione, quod saline remaneant nostro comuni. Volumus et sic vobis committimus, quod si dictus Georgius et Alexius Juras fuerint in concordio cum dicto nuntio nostro. et si non fuissent in concordio, et vellent ad dictum concordium venire, et suas gentes mittent contra Balsam predictum, terras et loca ac subditos suos, sumus contenti, quod veniente dicto castro Bude ad manus nostri dominii, illud dictis Georgio et Alexio Juras consignare debeatis, remanentibus salinis nostro dominio, et habentibus Catarinis possessiones suas, quas habent in dicto districtu Bude.

Insuper volumus. quod ante recessum vestrum galeam et galeotam de Tragurio, quas patronizabat Michatius Victuri, cum omnibus fulcimentis suis mittere debeatis Jadram, mittendo illas cum omnibus Jadre, qui de inde sunt. Et si ipsas ante recessum vestrum mittere non possetis, detis et apponatis ordinem, quod presto Jadram mittantur post recessum vestrum.

Et quia in vestris literis tetigitis, quid facere habeatis cum comite Johanne de Citines, vobis declaramus, quod si deveniretis ad aliquod colloquium cum dicto comite vel cum suis, debeatis vos cum eo gravare de modis per eum servatis contra gentes nostras, considerato, quod sui predecessores semper fuerunt boni amici nostri dominii. Sed non obstantibus predictis, in casu quo pro ipso non deficiat, erimus contenti ipsum

in bonum amicum habere et tenere. Et damus vobis libertatem veniendi ad treuguas cum dicto comite Johanne pro terris et locis nostris, quas habemus et tenemus in Dalmatia, per illud longius tempus, quo poteritis. Et si dictus comes Johannes vellet aliquem ex suis ad presentiam nostram mittere, poteritis sibi respondere, quod potest ad omnem beneplacitum suum mittere, quia semper inveniet nostrum dominium optime dispositum erga comitem predictum. Et si peteret salvum conductum pro nuntiis suis predictis, faciatis, faciendo mentionem in dicto salvo conductu de requisitione per eum facta de mittendo nuntios suos ad presentiam nostram. De parte 84, de non 24, non sinceri 9.

Secreta cons. rog. VII. c. 163, u mlet. arkivu.

God. 1420. 27. lipnja, u Mletcih.

Naloženo, da se povrate brodovi od Mikacija zarobljeni njihovim vlastnikom.

1420. die XXVII. iunii. Capta. Cum per Michacium et alios de Tragurio capta fuerint in preterito aliqua navigia et barche nostrorum civium et subditorum, quorum aliqui iam coram nostro dominio comparuerunt, requirentes, quod superinde dignemur debite providere, et hoc dignum et iustum sit; vadit pars, quod auctoritate huius consilii fieri debeant nostre litere preceptorie capitaneo nostro generali culfi et omnibus aliis, quibus necesse fuerit, quod debeant restitui facere dictis nostris civibus et subditis navigia et barchas suas cum corredis et carricis, que reperirentur non esse distributis. De parte omnes.

Senato. Misti Vol. 53 c. 58, u mlet. arkivu.

God. 1420. 8. srpnja, u Mletcih.

Odgovara se poslanikom Spljetskim, da se prima njihov grad u mlet. vlasti, i da će se potvrditi povlastice, koje jim vrhovni kapetan podjelio.

1420. die octavo iulii. Cum hodie comparuerint ad presentiam nostram pro parte consilii et iudicum civitatis Spalati quatuor ambassiatores, videlicet ser Cresolus Mathey de Papalibus, ser Nicolaus Petri de Comis, ser Marcus Petri et ser Nicolaus Jancii, nobiles Spalati, et facta humili recommendatione ex parte predictorum consilii et iudicum et comunitatis Spalati, nostro dominio porexerunt certa capitula et responsiones ad dicta capitula factas per nobilem virum ser Petrum Lauredano, capitaneum nostrum generalem culphi, prout lectum est isti consilio, et cum magna reverentia supplicaverunt, ut dignemur eisdem responsiones per dictum nostrum capitaneum factas ad capitula sua predicta per nostrum ducale privilegium, bulla nostra aurea bullatum, ratificare et approbare. Et considerantes continentiam dictorum capitulorum et responsionibus per dictum capitaneum nostrum factis, in quibus continetur, quod dictus capitaneus promittit cum sacramento, quod responsiones sue dictis capitulis factas, confirmabuntur per nostrum dominium; vadit pars, quod dictis ambassia-

toribus civitatis Spalati respodeatur: quod audivimus et intelleximus requisitionem, quam fecerunt nostro dominio, et respondemus, quod auditis his, que nobis scripsit capitaneus noster generalis culphi, et audita bona intentione et dispositione sua, quam per elapsum et inpresenti cognovimus eos habere erga nostrum dominium, et tenemus firmiter, quod erunt boni et perpetui fideles nostri, intendimus dictam comunitatem habere recommissam, tanquam bonos subditos et fideles servitores nostros. Et ut videant et cognoscant benignitatem et optimam dispositionem nostram erga dictam comunitatem nostram Spalati, sumus contenti acceptare sub gubernatione et protectione nostra dictam comunitatem Spalati, et eidem ratificare, approbare et confirmare responsiones capitulis suis factas per nostrum capitaneum, prout petierunt. Et de predictis omnibus eisdem faciemus nostrum privilegium, sicut devote supplicaverunt. + 117 — 2 — 2.

Die VIII. iulii. Sapientes consilii. Cum sit necessarium providere de regimine civitatis nostre Spalati, ut capitaneus noster generalis culphi possit ire ad exequendum alia mandata nostra; vadit pars, quod eligi debeat unus provisor noster pro eundo Spalatum. qui eligatur per sex menses, et eligi debeat per scruptinium in isto consilio, et possit accipi de omni loco et offitio et de judicatu petitionum et de auditoribus sententiarum, et teneatur statim respondere vel cras ad tertias, et teneatur recedere usque ad dies octo postquam acceptaverit, et habeat pro istis sex mensibus ducatos quadringentos, et teneatur ducere suis salario et expensis unum socium cavalerium et quatuor famulos. De commissione autem sua ante suum recessum providebitur, sicut videbitur isti consilio. Habeat ante suum recessum ducatos centum, et alios trecentos recipiat deinde de introitibus Spalati a comunitate Spalati. Terminus autem sex mesium incipiat die, qua applicuerit Spalatum. De parte 40.

Volunt quod dictus pr visor fiat per quatuor manus electionum in isto consilio, cum allis condictionibus contentis in parte sapientum consilii. + 82 — 2 — 1.

Electus provisor Spalati ser Victor Bragadino maior. Plerius ser Za. de Rippa miles.

Secreta consilii rogatorum vol. 7. 166, u mletačkom arkivu.

God 1420. 8. srpnja, u Mletcih.

Upućuje se vrhovni kapetan o poslovih Spljeta.

1420. die 8. iulii. Quod scribatur capitaneo nostro generali culphi in hac forma. Per nobilem virum ser Marcum Bembo, supracomitum nostrum culphi, quem ad presentiam nostram destinastis, fuimus oretenus et per literas vestras datas primo et secundo presentis distincte et ordinate informati de omnibus sequutis per vos in habendo et nostro dominio submittendo civitatem nostram Spalati, de cuius aquisitione gratias quas valemus nostro creatori referimus, qui dignatus est nostram rempublicam tanta gratia exaltare, et virilitatem et sapientiam vestram ac modos per vos servatos, et laudabile portamentum supracomitorum nostrorum, Qua-

rantaotto, et domini Simonis de Trico et aliorum comestabilium et fidelium nostrorum digne et merito laudantes, ac intendentes vos et eos habere recommissos, fidelitati vestre denotamus, quod fuerunt ad presentiam nostram ambassiatores comunitatis nostre, quibus dedimus expeditionem secundum responsiones vestras capitulis suis factas, prout videre poteritis per nostrum privilegium dicte nostre comunitati concessum. Verum quia in literis vestris scripsistis, dimisisse in Spalato pedites trecentos, vobis respondemus: quod considerata bona intentione et dispositione fidelium nostrorum Spalatinorum, sicut per vestras literas scripsistis, nobis videtur, quod pedites centum pro custodia dicte civitatis sint sufficientes. Et propterea fidelitati vestre cum nostris consiliis rogatorum et additionis scribimus et mandamus, quatenus dictos pedites centum ad custodiam dicte civitatis dimittere debeatis, et ad custodiam Tragurii pedites trecentum, et cum reliquis peditibus et exercitu nostro maritimo ire debeatis contra Balsam et terras suas, secundum quod vobis per alias nostras literas dedimus in mandatis. De parte 102, de non 1, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum lib. VII. c. 166.

God. 1420. 8. srpnja, u Mletcih.

O opatu sv. Stjepana u Spljetu.

1420. die 8. iulii. Capta. Quod scribatur capitaneo nostro culfi, quod cum vacet ad presens abbatia sancti Stefani de Pino extra muros Spalati propter mortem domini Johannis Laurentii de Grisoganis ultimi abbatis dicte abbatie ordinis sancti Benedicti, debeat in possessionem dicte abbatie ponere venerabilem virum Deodatum archipresbiterum Spalatensem sive procuratores suos; et possint scribi litere tam domino pape quam dominis cardinalibus in favorem dicti Deodati, sicut fuerit opportunum.

Senato Misti. Vol. 53. c. 59. retro u mlet. arkivu.

God. 1420. 9. srpnja, u Mletcih.

Povelja gradu Spljetu.

Privilegium Spalati. — Thomas Mocenigo, dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam presentibus quam futuris nostrum privilegium inspecturis. Facimus manifestum, quod comparentes ad presentiam nostram ambasiatores consilii et iudicum civitatis nostre Spalati, videlicet ser Cresolus Mathei de Papalibus, ser Nicolaus Petri de Comis, ser Marcus Petri et ser Nicolaus Jerrecii, nobiles Spalatini, post humilem et devotam recommendationem factam nostro dominio de nobilibus et comunitate Spalati, nobis porrexerunt certa capitula et responsiones per nobilem virum ser Petrum Lauredano capitaneum nostrum generalem culphi, ad dicta capitula factas, antequam habuisset tenutam civitatis Spalati predicte, et humiliter et cum maxima reverentia supplicaverunt, ut dignaremur responsiones capitanei nostri predicti ad eorum capitula factas per

nostrum privilegium acceptare et confirmare secundum promissionem eis factam per capitaneum nostrum predictum. Nos vero cognoscentes bonam intentionem et dispositionem sinceram comunitatis Spalati nostre predicte, quam per elapsum et in presenti vidimus eos habere erga nostrum dominium, et tenentes firmiter, quod erunt boni et perpetui subditi et fideles nostri. Et intendentes dictam comunitatem favoribus gratiosis habere recommissam, ac volentes eisdem humanitatem et benignitatem ostendere, dictam comunitatem nostram Spalati acceptavimus sub gubernatione et protectione nostra, et eidem comunitati tenere presentis nostri privilegii ratificamus, approbamus et confirmamus, responsiones per dictum nostrum capitaneum factas ad capitula sua predicta. Tenor dictorum capitulorum talis, videlicet.

1. Et primo, dignetur nos in nostris libertatibus, nobis per divos reges Hungarie concessis perpetuis temporis conservare, et nobiles civitatis in suo statu et officiorum dignitatibus conservare, ita quod simul cum comite civitatis, per ducale dominium in comitem civitatis destinando, regere et iudicare debeant, et cum eorum filiis legiptimis esse debeant in consiliis et de numero consiliariorum civitatis, et facere et regere simul cum dicto comite, prout faciunt de presenti. Cui comiti comunitas solvere debet annuatim pro salario sui comitatus ducatos quadringentos auri.

2. Item si quis nobilis in aliquo delinqueret vel excederet, non repudietur a civitate, sed puniatur pro excessu secundum formam statutorum civitatis.

3. Item quod nullus de popularibus civitatis fiat consiliarius et nobilis civitatis, et seu aggreghetur numero consiliariorum dicte civitatis.

4. Item quod dominus Duymus archiepiscopus Spalati per ducale dominium conservetur in suo archiepiscopatu, honore et dignitate sua.

5 Item quod ducale dominium nullo unquam tempore fieri faciat in civitate Spalati, et seu prope civitatem castrum aliquod vel fortilicium.

6. Item quod confinia, iura et possessiones civitatis et specialium personarum sunt per circavicinos istis temporibus occupata, per ducale dominium ea debent recuperare et recipropriare comunitati et specialibus personis ius habentibus in eisdem.

7. Item quod bona stabilia et mobilia civitatis tam presentia quam futura sint semper et esse debeant in communitate Spalati pro solvendo comiti civitatis, medicis, cancellario, notario comunis et aliis officialibus eligendis et confirmandis per consilium civitatis, et pro ambaxiatoribus destinandis ad ducale dominium et pro aliis expensis necessariis occurrentibus.

8. Item quod nullus de exbannitis civitatis et de ipsorum sequacibus, qui sua sponte fugendo civitatem exiverunt, et signanter dominus Deodatus Stoiani, ullo unquam tempore remittantur in civitatem Spalati, nec eis concedatur tempore aliquo reintrare. Imo sententie late contra ipsos et quemlibet ipsorum eo modo per dominum comitem civitatis mandetur executioni, prout in ipsis sententiis continetur. Et hoc pro statu pacifico civitatis

9. Item quod confiscatio hactenus facta in comuni de bonis exbanitorum et etiam venditiones aut donationes, que facte essent de ipsis bonis

et seu parte ipsorum bonorum alicui persone, firme sint et rate in perpetuum.

10. Item quod de omnibus et singulis creditoribus comunis habentibus cetulas seu bullas, vel alio modo legiptime mostrantibus aliquid habere debentibus a comuni, solvatur sibi per comune Spalati.

11. Item quod quilibet nobilis Spalati tractetur et tractari debeat tam in civitate Venetiarum, quam extra, tanquam civis Venetiarum.

12. Item quod forenses, qui sunt in civitate mercatores, et seu habitatores, sint securi standi, habitandi et mercandi, prout modo stant et faciunt, vel recedendi cum eorum bonis et rebus.

13. Item quod nullus civis cogatur, ut non possit tenere et penes se habere arma sua, que reperiretur habere.

14. Item quod si quis vellet recedere a civitate et alio ire ad habitandum, sit securus et liber cum familia et rebus suis recedere et ire quo voluerit cum omnibus bonis suis.

15. Item super facto ser Antonii Cipriani occaxione promissionis sibi facte per dominum Ladislavum de ducatis sexaginta annuatim sibi dandis de camera trigesime, uti patet privilegio eiusdem, dicetis et operabimini, quod fiat iuxta tenorem dicti privilegii.

Item quia nostrum statutum vult, quod executio appellationum fiat infra mensem, dignetur dominatio providere, quod appellationes, que ab aliqua sententia interponentur ad ducale dominium seu ad auditores sententiarum infra mensem, postquam Venetiis fuerint presentate, recognoscantur.

Responsiones autem facte per nostrum capitaneum culphi et confirmate per nostram dominationem sunt infrascripte, videlicet:

1. Primo, super capitulo primo, quod incipit: Primo dignetur nos in nostris libertatibus per divos reges Hungariae etc. Respondemus, quoniam in dicto privilegio continetur, quod electio comitis fiat per vos cum modis, qui continentur in dicto privilegio, concedendo, esset cum onere nostre dominationis, volumus, quod dictus comes fiat per dominationem nostram et per consilia nostra, et sicut fit in aliis nostris locis Dalmacie.

Insuper in dicto capitulo, ubi dicit: et nobiles civitatis in suo statu et officiorum dignitatibus conservare, ita quod simul cum comite civitatis per ducale dominium in comitatem civitatis destinando, regere et iudicare debeant, et cum eorum filiis legiptimis esse debeant in consiliis et de numero consiliariorum civitatis, et facere et regere simul cum comite, prout faciunt de presenti, cui comiti comunitas solvere debeat annuatim pro salario sui comitatus ducatos sexcentos auri. — Respondemus, quod sumus contenti, quod per vestra consilia fiant officiales vestri, vestrique filii legiptimi sint de vestris consiliis, et de numero illorum de consilio, habendo tempus secundum ordines vestros. Et sic comes habeat sexcentos ducatos de salario.

Item super parte illa, ubi dicitis, ad regendum et iudicandum cum comite nostro, diximus, quod criminale solummodo sit in iudicio comitis nostri, faciendo ius et iusticiam secundum statuta et ordines vestros, essendo secundum deum et honorem dominationis nostre. Et dictus comes

iudicare debeat in civilibus secundum formam statutorum et consuetudinum civitatis Spalati. Et hoc ad complacentiam nobilium dicte civitatis.

2. Item super particula illa, que incipit: si quis nobilis delinqueret vel excederet, non repudietur a civitate, sed puniatur pro excessu secundum formam statutorum civitatis, — respondemus, quod contentamur, quod sic fiat, dummodo dicta statuta sint secundum deum et honorem dominationis nostre.

3. Item super capitulo, quod incipit: quod nullus de popularibus civitatis fiat consiliarius et nobilis civitatis, et seu aggregetur numero consiliariorum dicte civitatis; respondemus, quod contentamur de dicto capitulo.

4. Item super capitulo domini archiepiscopi etc., respondemus, quod cum ad nos non spectet ad impediendum de clericis, ideo hoc relinquimus sanctissimo pape.

5. Item super capitulo, quod castrum non fiat, nollumus castrum fieri ullo modo, respondemus, quod sumus contenti, quod dictum castrum (non) fiat, cum castrum vestrum erit fidelitas bona, quam habebitis nostre dominationi.

6. Item super capitulo, quod incipit: quod confinia et possessiones comunis et specialium etc. Quod ducale dominium ad expensas comunitatis recuperet ea, et que sunt comunis restituantur comuni, et que sunt specialium personarum restituantur eisdem; — respondemus quod sumus contenti de dicto capitulo ita et taliter, quod comunitas Spalati faciat dictas expensas.

7. Item super capitulo, quod incipit, quod bona stabilia et mobilia comunitatis tam presentia quam futura, sint semper et esse debeant in comunitate Spalati etc., respondemus, quod dicta bona mobilia et stabilia sint dicte comunitatis, ex quibus bonis solvatur salarium comitis, cancellarii, medicorum, notarii et officialium, et fiant alie expense necessarie pro securitate et beneficio civitatis excepto trecentesimo et camera salis, que sint nostre dominationis.

Item super capitulo quod incipit: quod bona stabilia comunis etc., quod dicta bona sint per manus comitis et iudicum pro expensis comunitatis necessariis, et quod solummodo introitus trigesime et salis sint ducalis dominii; — respondemus, quod sumus contenti de dicto capitulo, et quod gabela musti, prout antiquitus non fuit facta, non fiat, et quod de novo nullum datium fiat vel gabella; — respondemus, quod contentamur, quod dicta gabella musti non sit neque exigatur, promittentes, quod datium aliquod vel gabella non fiet in dicta civitate Spalati.

8. Item super capitulo quod incipit: quod nullus de exbannitis vel sententiatis civitatis et de ipsorum sequacibus, qui sua sponte fugiendo civitatem exiverunt, et signanter dominus Deodatus Stoiani, ullo unquam tempore remittantur in civitatem Spalati, nec eis concedatur ullo unquam tempore reintrare, imo sententie late contra ipsos et quemlibet ipsorum eo modo per dominum comitem civitatis mandentur executioni, prout in ipsis sententiis continetur, et hoc pro statu pacifico civitatis; — respondemus, quod dictus dominus Deodatus archipresbiter non sit nec intelligatur esse in numero istorum exbannitorum, imo quod ipse libere

possit repatriare et stare in civitate Spalati, quia multum se exercuit pro factis dominationis nostre et cum omni honestate. De aliis vero, qui sunt in pecuniis condemnati, dicimus, quod solutis per eos suis condemnationibus, possint repatriare et stare, et de aliis exbannitis ultra istos prefatos fiat, ut continetur in capitulo vestro ad libitum voluntatis vestre.

9. Item quod confiscatio hactenus facta in comuni de bonis exbannitorum et sententiatorum, et etiam venditiones aut donationes, que facte essent de ipsis bonis et seu parte ipsorum bonorum alicui persone firme sint et rate in perpetuum. — Fiat vobis, ut petitur in ipso capitulo.

10. Item super capitulo: quod creditoribus solvatur etc. Quod quia tam cito quantitas videri non potest, propterea specificari non potest, sed credita, que legiptime mostrabuntur esse specialium personarum, solvantur creditoribus de introitibus comunis, quando habiliter solvi poterit; — respondemus, quod contenti sumus, quod dicta debita solvantur predictis creditoribus secundum formam dicti capituli; de denariis tamen, qui superhabundabunt, soluto comite primo, medicis, cancellario, notario et aliis officialibus, et solutis expensis necessariis pro securitate et beneficio civitatis.

11. Item super capitulo, quod incipit, quod quilibet nobilis Spalati tractetur et tractari debeat tam in civitate Venetiarum quam extra tanquam civis Venetus etc.; respondemus, quod fiat vobis, sicut factum est illis de Jadra et de Sibenico.

12. Item super capitulo, quod incipit: quod forenses, qui sunt in civitate mercatores et seu habitatores, sint securi etc.; — respondemus, quod sumus contenti, quod quilibet stet et sint securi, dummodo non sint rebelles nostre dominationis. Et si quis ex ipsis esset ibi, debeat inde recedere a die nostri introitus in civitatem predictam cum rebus suis libere usque ad dies XVI proxime subsecuturos.

13. Item super capitulo, quod incipit: quod nullus civis cogatur, ut non possit tenere et penes se habere arma sua, que reperiretur habere etc.; — respondemus, quod sumus contenti, quod omnes penes se sua arma retineant, ut continetur in dicto capitulo.

14. Item super capitulo, quod incipit: si quis vellet recedere a civitate et alio ire etc.; — respondemus, quod sumus contenti, quod quilibet sit in libertate sua recedendi cum omnibus rebus suis.

15. Item super capitulo, quod loquitur super facta ser Antonii Cipriani etc.; — respondemus quod viso per nos privilegio, in quo non specificatur, quod aliquid habere debeat, sed debeat esse officialis trenteximi, et non habito dicto trentesimo unquam a nobis, non videtur nobis, quod aliquid inde debeat habere

Ad requisitionem autem factam oretenus per ambaxiatores dicte comunitatis Spalati continentem, quod si occurreret, quod per aliqua tempora dominatio nostra dimitteret dominium civitatis Spalati, primo quod civitas sit data alicui alteri, debeat restitui nobilibus civitatis Spalati; — respondemus, quod cum gratia altissimi intendimus dictam civitatem perpetuo sub nostro dominio conservare. Sed occurrente casu, quod absit, quod dictum civitatem dimitteremus, illam primo in manibus nobilium dicte civitatis restitui faciemus.

Ad capitulum autem appellationum respondemus, quod volumus, quod appellationes sue audiantur per nostros auditores novos sententiarum, prout audiunt appelationes et aliorum fidelium nostrorum Dalmacie, et ordinabimus, quod expediantur per nostros auditores infra unum mensem, postquam fuerint intromisse, in quantum sit possibile.

Item sumus contenti, quod electio archiepiscopi Spalati fiat per clerum et nobiles dicte civitatis.

In quorum fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri mandavimus, et bulla nostra plumbea pendenti muniri.

Datum in nostro ducali palatio die nono iulii, indictione XIII. M. CCCC. XX.

Commemorialium XI. car. 41, u mlet. arkiru.

God. 1420. 9. srpnja, u Mletcih.

Odbijen predlog, da knez i viećnici svojom prisegom zajamče obdržavanje povelje Spljetu podieljene.

1420. Die 9. iulii. Cum facta responsione ambassiatoribus comunitatis nostre Spalati, secundum quod deliberatum fuit in isto consilio, et dato sacramento dictis ambassiatoribus de fidelitate observanda, dicti ambassiatores requisiverunt, ut dignaretur serenissimus dominus dux et consiliarii iurare promissiones dicte comunitati factas, asserentes sic eis promissum fuisse per capitaneum nostrum predictum, et nobilis vir ser Marcus Bembo asserit similiter, dictam promissionem eis factam fuisse per capitaneum nostrum predictum; vadit pars, ut dicti ambassiatores recedant bene contenti, quod serenissimus dominus dux et consiliarii iurare debeant promissiones et responsiones factas ambassiatoribus comunitatis nostre predicte. De parte 27, de non 60, non sinceri 13.

Secreta consilii rogatorum, lib. VII. c. 167, retro u mlet. arkiru.

God. 1420. 13. srpnja u Mletcih.

Viktor Bragadin knez spljetski, i Andrija Delfin knez creski. O opatu sv. Krševana u Zadru.

1420. die 13. iulii. Victor Bragadino, electus capitaneus Spalati, discedat cum galeis Romaniae die 17. iulii.

Scribatur domino papae, ut tollat abbatiam sancti Grisogoni fratri Grisogono et det ipsam Petro de Cressana monaco eiusdem monasterii, sicuti alias suppliatum fuit. Ita factum, ut ex parte 17 iunii 1421.

Tunc erat comes Chersi Andreas Delfin.

Misti. LIII., u mletačkom arkiru.

God. 1420. 29. srpnja, u Mletcih.

Odgovor na molbe senatu podnesene od poslanika trogirskih.

1420. die XXVIIII. iulii. Quod ad capitula nostro dominio porrecta per ambassiatores comunitatis Tragurii respondeatur ut infra:

Et primo ad primum capitulum continentie huius. Primo, quod omnes nobiles et populares tam ecclesiastici quam seculares, ac quilibet eorum suo permaneant in gradu, suisque rebus tam mobilibus quam stabilibus possidendo gaudeat aliqua sine molestia et turbatione, secundum libertates, statuta et consuetudines alias per serenissimum vestrum dominium eis concessa, approbata et ratificata, quorum originalia hic habemus. — Respondemus, quod sumus contenti et placet nobis, quod omnes nobiles et populares tam ecclesiastici quam seculares et quilibet eorum permaneant in suo gradu, et gaudeant suis rebus tam mobilibus quam stabilibus sine aliqua contradictione. Non intelligendo episcopum Tragurii, quem nolumus in civitate nec districtu Tragurii stare debere, nec redditus episcopatus habere, nec alios rebelles nostros.

Ad secundum continens, item quod comune Tragurii sit in libertate seu balia nobilium tragurensium, hoc semper fuit, cuius valor est circa II mille ducatorum, de quo salarium comitis solvitur, medicis, cancellario, magistro scolarum, aromatariis, suprastantibus, barbitonsoribus, rivariis, et aliis officiis, de quo et si modicum remanebit, illud in necessariis dicti comitis operetur. — Respondemus, quod de introitibus comunis Tragurii solvi mandabimus salarium comitis per nos illuc destinandi, medicorum, cancellariorum, magistri scolarum, aromatariorum, suprastantium, barbitonsorum, rivariorum et aliorum officialium. Et si aliquid superhabundabit, de eo disponemus sicut nostro dominio videbitur.

Ad tertium huius tenoris. Item quod eligamus comitem de consilio maiori serenitatis vestre ad salarium comunis nostri, tantum ad salarium quantum nunc disponet vestra serenitas, qui comes habeat solus libertatem in criminalibus secundum statuta; in civilibus vero una cum iudicibus secundum statuta. — Respondemus, quod eligemus comitem nostrum mittendum Tragurium, prout eligimus alios nostros comites Jadre et Sibenici, cui comiti committemus, ut rationem et iustitiam faciat, et dictam civitatem et homines ipsius et districtus regere debeat in civilibus cum tribus iudicibus nobilibus dicte terre secundum statuta et consuetudines suas. Et quicquid per maiorem partem eorum, que maior pars intelligatur esse illa, in qua erit comes noster, terminatum fuerit, sit firmum, prout fit et servatur in civitatibus nostris Jadre et Sibenici. Qui iudices eligi debeant de tribus in tres menses. In criminalibus autem solus comes noster iudicare debeat secundum formam statutorum civitatis nostre Tragurii.

Ad quartum huius continentie. Item quod diva dominatio vestra non ponat in civitate vel districtu aliquod novum datium, gabellam seu tributum, nec faciat fieri novum fortilicium seu castrum, cum totum spacium civitatis sit parvum, et castra costruendo civitas desolabitur. — Respondemus, quod volumus facere in civitate nostra Tragurii illa fortilicia, que nobis videbuntur pro bono et securitate civitatis nostre predicte. Ad factum autem datiorum dicimus, quod reddimur certi, quod ita fideliter se gerent erga nostrum dominium, quod eos habebimus in futurum gratione recommissos.

Ad quintum continens. Item quod omnibus tam nobilibus quam popularibus, qui tempore nunc instantis guerre aliquid abstulerunt tam per

terram quam per mare, vestre gratia serenitatis, eis parcere condescendant, taliter quod propter hoc ab aliquo non possint conveniri nec constringi ad restitutionem. — Respondemus, quod fiat.

Ad sextum sequens. Item quod nobiles, qui nunc in isto tempore reperti fuerunt extra civitatem, ut est Donatus de Casotis, Nicolaus Petri cum filio, filius domini Blaschi Andree, filius Nicolai dicti Bufal, possint ad propria cum gratia vestre serenitatis remeare. — Respondemus, quod volumus, quod dicti quatuor contenti in dicto capitulo et etiam Jacobus Testa, per eos oretenus nominato, possint ad libitum suum redire, dummodo non sint rebelles aut banniti de terra predicta. Sed volumus, quod illi, qui iverunt in Hungariam, primo veniant Venetias ad presentandum se nostro dominio, et habeant terminum mensium sex.

Ad septimum huius tenoris. Item petunt de gratia speciali, quod vinum traguriense solvat Venetiis ducatum unum cum dimidio pro anphora, et quod proprii tragurienses non solvant rippam sicut alias fuit. — Respondemus, quod sumus contenti, quod de vino suo, quod ipsi Tragurienses conducent vel mittent Venetias, quod vinum sit natum et extractum in territorio Tragurri, solvant illud datium, quod solvunt et solvent fideles nostri Sibenici. Rippam autem solvere debeant, prout solvunt alii vina Venetia *(portantes)*, quia ista solutio spectat specialibus personis. De parte 71.

Volunt suprascriptas responsiones, excepto super facto introitus, quod volunt, quod respondeatur, quod introitus civitatis nostre Tragurii veniant in nostrum comune, de quibus faciemus fieri illas expensas, que nobis videbuntur necessarie. De parte 12, de non 2, non sinceri 2.

Secreta cons. rogat. lib. VII., 180, u mlet. arkivu.

God. 1420. 1. kolovoza u Mletcih.

Naputak za sindike i providure odredjene da razgledaju i prosude javnu upravu po iztoku, po Albaniji i po Dalmaciji.

1420. die primo augusti. Cum dominatio nostra pro bono et hortamine fidelium nostrorum partium levantis a longo tempore citra consueverit mittere suos solemnes sindicos et provisores de quatuor in quatuor vel quinque annos ad partes ipsas, quod cessit et cedit ad honorem et famam nostri dominii et ad commodum et utilitatem nostrorum fidelium predictorum, et nunc tempus instet, quod tales provisores et sindici ad partes predictas destinentur, quia sunt anni septem elapsi, quod non fuerunt missi, vadit pars, quod in bona gratia ad dictas partes videlicet Crete, Nigropontis, Coroni et Mothoni, Corhpoy, Neapolis Romanie, Durachii et aliorum locorum partium Albanie, Dalmatie et Istrie, sicut in eorum commissione latius continebitur, mitti debeant duo solemnes sindici et provisores, qui eligi debeant in hoc consilio per scruptinium, et possint accipi de omni loco et officio et de iudicatu petitionum et de auditoribus sententiarum, et respondeant infra dies quatuor. Et ut habeantur persone sufficientes, dicti sindici et provisores habere debeant de salario ducatos auri quadringentos pro quolibet, videlicet hic in Veneciis

ducatos ducentos et alios ducatos ducentos a camera nostra Crete pro primis sex mensibus, et abinde in antea ducatos triginta in mense pro quolibet, et de toto eo, quod intromittent et condemnationem et sententiam facient, habere debeant partem sicut advocatores et officiales rationum pro illis rebus, que spectarent suis officiis; ducendo secum duos famulos pro quolibet, unum notarium cum uno famulo et unum cochum, possendo expendere ducatos duos auri in die, non computatis nabulis navigiorum et agociis equorum. Et non possit aliquis, qui fuerit rector, capitaneus vel officialis in aliquo dictorum locorum ab annis decem citra elligi ad dictum sindicatum. Et debeant dicti sindici recedere de Veneciis cum galeis nostris Alexandrie anni presentis, et ire primo in Candidam et per totam insulam, et postea expediti de his, que sibi committentur, quod facere debeant et exequi in Creta, sicut inferius declarabitur, debeant ire ad partes Nigropontis et ad alia loca suprascripta, sicut eis dabitur in commissione. Sed ex nunc declaretur, quod dicti sindici, postquam rediverint Venetias, non possint usque ad decemocto menses eligi ad aliquod regimen, officium vel beneficium intus et extra nisi expediverint intromissiones et alia, que agere habebunt vigore dicti sindicatus. Sed si ante dictos XVIII. menses expedivissent predicta, tunc et eo casu possint eligi ad dicta regimina et officia et beneficia; declarando, quod si post dictos XVIII menses aliqua restarent expedienda, tunc ea committantur advocatoribus communis, ut illa debeant expedire. Et possit quilibet dictorum sindicorum inquirere et intromittere rectores et officiales locorum predictorum, sicut si essent omnes duo in concordio. Et ut dicti sindici, quando redierint Venetias, possint dare finalem expeditionem ipsis factis, deputentur et dentur sibi dies, consilia et collegia per eum modum et ordinem, sicut data fuerunt aliis sindicis ultimo missis, sicut in partibus eo tempore captis latius continetur. De commissione autem sua providebitur per hoc consilium ante suum recessum.

Et quia necessarium est providere super aggrevatis debitis insule nostre Crete ne relinquant dictam insulam, et pridie captum et provisum fuerit per hoc consilium superfugitivis debitoribus christianorum, qui debent concordari per rectores nostros Crete secundum ordinem unius partis capte in 1419 die 18 iulii, ita quod dicti sindici poterunt melius attendere ad concordandum debitores iudeorum, et citius se expedire ab insula nostra Crete; et necessarium sit pro bono dicte insule providere per illos modos iustos et rationabiles, quod debitores iudeorum concordentur, et nulla sit melior provisio quam committere dictis sindicis hoc factum, ex nunc ordinetur et captum sit, quod committatur dictis sindicis, quod quando erunt Candide, debeant in simul cum capitaneo nostro Crete, ponentes deum ante oculos, diligenter videre, investigare et examinare condictiones et familias omnium debitorum iudeorum totius insule Crete et quantitatem, naturam et originem debiti ac redditus et facultates eorum debitorum et omnia alia, que sibi videbuntur inquirenda et examinanda. Quibus sic peractis, debeant per eos tres concordare dictos debitores cum suis creditoribus iudeis per illos terminos, qui sibi videbuntur iusti et rationabiles, sic quod ipsi iudei merito et iuste habeant debitum suum, et quod ipsi debitores non consumentur nec cogantur ob

eorum debita insulam Crete deserere. Et si essent in aliquo differentes, intrare debeat ducha noster Crete, et per eos sive maiorem partem eorum debeat terminari super huiusmodi concordiis, ubi esset differentia. Et si in opinione non possent se concordare, quia maior pars eorum non esset in una opinione, tunc intrare debeat unus consiliarius Crete per texeram, et deliberare per eos seu eorum maiorem partem in premissis quicquid sibi iustum et rationabile videbitur, ut dictum est; et quicquid terminatum et deliberatum fuerit, sit ita firmum, sicut si fuisset captum per hoc consilium Et pro expediendis dictis debitoribus debeant dicti sindici cum dicto capitaneo sedere in mane et post prandium, nichilominus ipsis sindicis attendentibus ad sindicatum tam in Candida quam in aliis locis totius insule nostre Crete, inveniendo tempus congruum sicut melius facere poterunt pro presta expeditione sua. Et debeant dicti sindici stare in partibus Crete usque per totum mensem aprilis, et postea ire ad partes Nigropontis cum una galea Crete, que exibit ad culfum, et deinde ad alia loca, sicut sibi committetur per suam commissionem. De parte 13.

Ser Johannes Navaierio, ser Rugerius Ruzini consiliarii. — Volunt, quod dicti sindici eligantur per quatuor manus electionum in maiori consilio cum salario, familia, expensis et aliis condictionibus contentis in parte ser Leonardi Caravello consiliarii quantum ad sindicatum et provisoriam, declarando, quod provideant omnino se expedire de insula Crete tali tempore, quod cum prima galea de Creta, que exibit ad culfum, possint cum ea ire Nigropontem, et ibi exercere sindicatum et provisoriam, et deinde ad alia loca, sicut sibi committetur. Super facto autem debitorum iudeorum, una alia vice venietur ad istud consilium, et providebitur, sicut huic consilio videbitur. De parte 77, de non 3, non sinceri 3.

Die quarto augusti. Electi sindici in maiori consilio ser Zacharias Trivisano quondam ser Leonardi, ser Paulus Aurio maior.

Senato Misti. Vol. 53 c. 65, u mlet. arkivu.

God. 1420. 1. kolovoza, u Mletcih.

O upravi dohodaka biskupije trogirske, pošto je biskup bio prognan.

1420. die primo augusti. Cum captum fuerit in isto consilio, quod nolebamus episcopum Tragurii debere intrare in Tragurio nec eius territorio, et quod non habeat redditus episcopatus; et bonum sit de redditibus dicti episcopatus providere; vadit pars, quod committatur domino Simoni de Detrico, quod deputare debeat ex fidelibus nostris Tragurii bonis et sufficientibus, qui exigant omnes redditus et proventus spectantes et pertinentes episcopatu predicto, et de illis teneat computum ordinate, de quibus redditibus aptare facere debeant ecclesiam et celebrare divina officia; et illud, quod restaret, consignare debeant rectori nostro. Et quia unus ex ambassiatoribus hic existens asserit habere debere a domino episcopo ducatos centum et septuaginta, committatur dicto domino Simoni, quod videre debeat iura dicti ambassiatoris, et si videbit et cognoscet, dictum ambassiatorem habere debere dictos denarios a domino episcopo

predicto, illos eidem faciat dare de redditibus episcopatus predicti. Et similiter facere debeat, si alii comparent, ostendentes clare habere debere ab episcopo predicto. De parte omnes alii, de non 6, non sinceri 4.

Secreta consilii rogatorum, Vol. VII., u mlet. arkivu.

God. 1420. u Trogiru.

Ociena dobara iznevjerenika Mikacija prije trogirskoga kneza.

Copia extimationis bonorum stabillium comitis olim Michacii rebellis.

Primo una terra de Svizaza . . .	vreteni	20	ducati . . .
Item terra a San Zulian	»	10	»
Item terra a i molini	»	20	»
Item terra a Dimilgle fora la vya .	»	20	»
Item terra a Dimilglie soto la vya	»	20	»
Item terra Abille.	»	30	»
Item terra a Riziza	»	6	»
Item terra a Riziza	»	40	»
Item terra a Riziza	»	24	»[1]
Item terra a Domalphine	»	10	»
Item terra a Collante	»	28	»
Item terra a Cernich	»	12	»
Item terra a Rudine	»	40	»
Item terra a Luchovine	»	50	»
Item terra a San Piero	»	16	»
Item terra a San Piero	»	24	»
Item terra a Boischia	»	7	»
Item terra a Pociovnich	»	20	»
Item cavo de Vignie	»	16	»
	Vreteni	389	ducati. . . .

Item caxa grande posta in Tragura.
Item caxeta pizolla.
Item caxa da do sollari de soto e d altrii.
Item torcholo da vin.
Item cassa a San Piero.
Item caxa apresso San Stefano.
Item caxa dredo la chiexia mazore.
Item luogi a livelli 8 a san Piero.
Item caneva, tien gabelloto.
Item orto posto a Sancta Barbara.
Item orto a Balanzane.
Item orti 4 a san Francisco.

Summa ducati 3567.

Izvornik na papiru u arkivu mletačkom medju listinami br. 1333.

---

[1] Ova je stavka druge ruke, kao kašnje unesena, te iznos bez nje bio bi točan.

God. 1420. 7. kolovoza, u Mletcih.

O tvrdjavi, koja se je imala sagraditi u Trogiru.

1420. die 7. augusti. Quod scribatur comiti et capitaneo Jadre et provisori nostro Spalati in ista forma.

Volentes ad fortificationem et securitatem civitatis nostre Tragurii providere, fidelitati vestre denotamus, quod cum nostris consiliis rogatorum et additionis deliberavimus et terminavimus, quod vos ser Paulus capitaneus noster Jadre, ire debeatis Tragurium, ad quem locum similiter deliberavimus venire debere nobilem virum ser Victorem Bragadino provisorem nostrum Spalati, et propterea cum dictis nostris consiliis vobis ser Paulo scribimus et mandamus, quatenus recepto presenti nostro mandato, intelligendo vos cum dicto nostro provisore Spalati de die, quo ad dictum locum Tragurii insimul convenire debebitis, debeatis quantum celerius esse potest ire Tragurium, ducendo vobiscum egregium virum Thomasium de Petrice civem et fidelem nostrum Jadre. Et cum applicueritis ad dictum locum Tragurii, vos ser Paulus, ser Viktor Bragadino et dictus ser Thomas de Petrice esse debeatis insimul, et videre et examinare locum examinatum alias per capitanum nostrum culphi et ser Marcum Miani et magistrum Pinzinum, in quo terminabant fortilicium fieri debere. Et quia dictus noster capitaneus culphi ser Marcus Miani et magister Pinzinus fuerunt differentes de modo, per quem fieri debebat fortilicium predictum, sicut scripsit nostro dominio capitaneus culphi, quorum oppiniones vobis in scriptis mittimus presentibus introclusas, ut de illis informationem habeatis, debeatis vos, habito parere et oppinione tam stipendiariorum, qui deinde sint, in hoc expertorum, quam aliorum, qui vobis viderentur de talibus instructi, et examinata opinione dicti capitanei culphi ser Marci Miani et magistri Pinzini, terminare et deliberare debeatis per vos tres, silicet vos provisorem nostrum Spalati et dictum ser Thomam de Petrice vel maiorem partem vestrum, si dictum fortilicium fieri debet, vel secundum opinionem ser Marci Miani vel secundum opinionem magistri Pinzini vel per alium modum, qui vobis tribus vel maiori parti vestrum videretur securior et utilior pro statu nostro. Et quicquid per vos tres vel maiorem partem vestrum terminatum fuerit, mitti debeat executioni. Committendo domino Simoni de Detrico, quod terminatio nem, quam feceritis, exequi debeat et mittere executioni et dare principium laboreriis fiendis, expendendo de danariis introituum civitatis nostre Tragurii. Facta autem dicta terminatione, debeatis reverti Jadram ad regimen vestrum, committendo magistro Pinzino ingeniario nostro, quod inde non recedat sine nostro mandato; scribendo nobis distincte et ordinate terminationem, quam feceritis, de fortilicio predicto pro nostra informatiône.

Similiter scriptum fuit ser Victori Bragadino, provisori Spalati, mutatis mutandis. De parte 72, de non 13, non sinceri 0.

Secreta consilii rogatorum lib. VII. c. 173, u mlet. arkivu.

*

God. 1420. 13. kolovoza u Mletcih.

Piše se pomorskomu kapetanu, neka, ako pridobije Budvu, izruči taj grad braći Juras, ako se izjave proti Balsi.

1420. die 13. augusti. Quod scribatur capitaneo nostro generali culphi in hac forma. Literas vestras datas vigesimosexto iulii nuper preteriti in portu Bude, recepimus et intelleximus, et de contentis in illis ad plenum informati manemus, pro quibus diligentiam et solicitudinem vestram digne et merito commendamus; et volentes de nostra intentione, ut petitis, vos informare circa illam partem, de qua, quia cum egregiis viris Georgio et Alexio Juras, baronibus Xente, nulla est facta conclusio, sive per eos non est firmatum, quod sint contra Balsam, petitis declarari, si locus Budue habitus et adeptus fuerit sub nostro dominio sine auxilio dictorum baronum, quid volumus fieri de dicto loco Budue. Cum nostris consiliis rogatorum et additionis vobis rescribimus et mandamus, quatenus si habebitis, quod dicti barones sint contenti promittere et in effectu esse cum eorum posse et omnibus gentibus suis contra Balsam, et hoc firmare debite per publicum et validum instrumentum cum solemnitatibus opportunis, et in inst'umentis huiusmodi consuetis apponi possitis, in dicto casu, promittentibus dictis baronibus, et existentibus cum effectu cum eorum gentibus et posse contra Balsam, et iurantibus per sacramentum ita observare et exequi, promittere eis, quod dominatio nostra sibi dabit castrum Budue, remanentibus salinis nostrae dominationi, et possessionibus nostrorum fidelium Catari dictis nostris fidelibus Catarinis, quod castrum, firmatis solemniter per validum instrumentum omnibus predictis, ut dictum est, debeatis modo predicto dictis fratribus consignare. De parte 98, de non 3, non sinceri 1.

Secreta cons. rogat. lib. VII., c. 173 retro, u mlet. arkivu.

God. 1420. 19. kolovoza, u Mletcih.

Riešeno, da se imenuje knez Kotorski, te mu odredjena i plaća.

1420. die 19. augusti. Capta. Cum sit necessarium providere de uno comite pro terra nostra Catari, vadit pars, quod eligi debeat per quatuor manus electionum in maiori consilio unus comes Catari per duos annos, qui habeat de salario in anno et ratione anni ducatos sexcentos, recipiendo dictum salarium de introitibus terre predicte in principio quorumlibet sex mensium Et tenere debeat suis salario et expensis tres domicellos, duos ragacios et quatuor equos, unum notarium, cui dare debeat libras centum parvorum in anno ultra expensas oris, et unum socium, cui dare debeat libras centum quinquaginta parvorum in anno et ratione anni et libras quinquaginta pro expensis. Et teneatur recedere ad longius usque ad unum mensem, postquam acceptaverit, et teneatur respondere pro ista vice infra terciam diem. De parte omnes.

Senato Misti. LIII. 70, u mlet. arkivu.

God. 1420. 2. rujna, u Mletcih.

Naputak odlazećim sindikom u iztok, Albaniju i Dalmaciju.

1420. die 2. mensis septembris. Quod fiat commissio sindicis ituris ad partes levantis et ad alias partes in hac forma. Nos Thomas Mocenigo, dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus vobis viris nobilibus Zacharie Trivisano, et Paulo Aurio dilectis civibus et fidelibus nostris, quod pro bono hortamine, salute et conservatione locorum nostrorum insule Crete, Nigropontis, Neapolis Romanie, Coroni et Mothoni, Corphoy, Albanie, Dalmatie et Istrie, et ut fideles et subditi nostri dictarum partium sentiant dulcedinem et benignitatem nostram in nolendo aut promittendo, quod aliquis eorum oblique vel indirecte tractetur et contra debitum rationis, de nostro mandato ire debeatis in nostros solemnes provisores et sindicos ad partes antedictas, eundo primo in Cretam, et postea cum prima galea Crete, que exibit ad culfum, ire Nigropontem, et sic successive ad alia loca nostra partium suprascriptarum, sicut melius et prestius vobis videbitur, et in quolibet dictorum locorum conferre debeatis cum rectoribus nostris deinde, cum quibus habita collatione insimul, quando vobis utile apparebit, faciatis publice proclamari, quod omnes volentes conqueri et gravare se de extorsionibus, gravaminibus, violenciis vel aliis insolenciis seu malis, que quomodolibet recepissent a rectoribus vel officialibus nostris, qui in partibus illis extitissent a dècem annis citra, debeant comparere coram vobis ad deponendum querelas suas ordinate, et ad dandum et producendum testificationes, probationes et oppositiones suas, assignando eis illum terminum vel terminos super hoc, quos videbitis competentes. Et volumus et sic vobis mandamus, quod provideatis omnino tali tempore vos expedire de insula Crete, quod cum prima galea, que exibit ad culphum, possitis cum ea ire Nigroponte, sicut superius est expressum, et cum applicueritis Nigropontem, licentiare debeatis dictam galeam.

Omnes autem querelas cuiuscumque conditionis existant, testificationes et probationes per modum predictum, quas conquerentes volent producere, faciatis ordinate poni in scriptis, si vobis videbitur, observando modum in requisitionibus et querelis, que faciunt et observant nostri advocatores comunis in Venetiis. Et omnia, que examinaveritis et feceritis, tenemini ordinate in reditu vestro Venetias portare, et cum applicueritis Venetiis, tenemini omnino infra menses decemocto expedivisse et placitasse in nostris consiliis ordinatis cum illa libertate, utilitate et auctoritate, sicut habent et faciunt et facere possunt nostri advocatores comunis, omnia intromissa per vos, que consilia debent vobis dari secundum formam creationis vestre. Et teneantur esse consiliarii in dictis consiliis sub pena sacramenti. Et ut rectores et officiales, quos reppererietis in culpa, qui forent in illis partibus, non possint se excusare, tenemini dictis rectoribus et officialibus vestris literis significare et committere ac sibi imponere penam et penas, quod debeant mittere Venetias suum procuratorem legitimum ad deffendendum iura sua, aut directe venire Venetias, alioquin procedetis contra eos, sua absentia non obstante. Et non possit dictis rectoribus et officialibus ultra terminum primo per

vos sibi datum amplius elongari, nisi propter licitas causas sicut dominio nostro videbitur in probando quid vellent ad sui deffensionem, denotando eis capitula, super quibus debent fieri procurationes et commissiones ad respondendum.

Et non possitis usque ad dictos decemocto menses eligi ad aliquid regimen, officium vel beneficium, inter et extra, nisi expediveritis intromissiones et alia, que agere habebitis vigore dicti sindicatus; sed si ante dictos decemocto menses expedivissetis predicta, tunc et eo casu possitis eligi ad dicta regimina et offficia et beneficia; declarando, quod si post dictos decemocto menses aliqua restarent expedienda, tunc ea committatur advocatoribus comunis, ut illa debeant expedire.

Insuper quia per ultimos sindicos et provisores nostros destinatos ad dictas partes Levantis fuerunt aliqui processus formati et accepte nonnulle testificationes, quas omnes assignarunt nostris advocatoribus comunis, et sic remanent suspense, et utile sit quod omnes tractentur equaliter, committimus vobis, quod accipere debeatis a dictis nostris advocatoribus comunis omnes scripturas eis presentatas per ipsos sindicos, et ipsas portare vobiscum, ut si vobis videbitur super ipsis de novo accipere alias testificationes et formare alios actus, possitis facere, ut potestis de aliis vobis commissis. Et sic teneantur dicti advocatores comunis eas vobis dare et assignare.

Insuper quia in locis nostris Crete, Coroni et Mothoni et aliorum locorum nostrorum predictorum a bono tempore citra alique rationes frumenti ac aliorum bladorum et quamplurium aliarum rerum et diversarum nostri comunis non fuerunt vise et examinate, et sit bonum et utile pro bono et utilitate nostri comunis, quod generaliter omnes rationes nostri comunis per vos videantur et examinentur, committimus vobis, quod debeatis diligenter videre et examinare omnes rationes frumenti et aliorum bladorum ac omnium aliarum rerum spectantium nostro comuni, cuiuscunque conditionis existant et de quocumque tempore, ut vobis videbitur fore necessarium, habendo super hoc illammet libertatem, quam habetis de aliis vobis commissis.

Insuper debetis inquirere, si damna, fraudes et extorsiones facte sunt per dictos rectores et officiales ac alias personas contra nostrum comune, cum illa libertate modisque omnibus, quos habetis de aliis vobis commissis.

Verum si quis rector, officialis vel alius commisisset tale quid, et sic enorme, quod suspicaremini, quod non veniret Venetias iuxta preceptum sibi factum per vos propter gravitatem delicti, tunc in isto casu vos sindici et provisores et rector loci, exeunte ipso rectore de hac opinione vobiscum, possitis ipsum officialem vel alium personaliter facere detineri, et mitti Venetias, sicut vestre discretioni videbitur, considerata eius culpa. Verum si aliquis vestrum non posset se impedire propter parentelam vel aliam causam, tunc et eo casu alter vestrum simul cum rectore ipsius loci, si erit in opinione, possitis intromittere huiusmodi officiales et rectores, et illos personaliter facere detineri, ut supra dictum est.

Insuper quia fertur, quod in insula Crete, Nigropontis et omnibus aliis locis facta sunt et fit mala administratio bonorum et pecunie nostri co-

munis, vos duo et quilibet vestrum habeatis libertatem plenariam inquirendi, examinandi et diligenter investigandi tam per viam inquisitionis quam per testificationes, querelas et scripturas contra omnes, qui vobis viderentur suspecti et male administrasse vel occupasse bona et pecucuniam nostri comunis; et omnes tales, quos culpabiles inveneritis, condamnare et compellere possitis ad restituendum totum illud, quod cognoveritis illos indebite administrasse et male accepisse et occupasse per illum modum et cum illa libertate, quam habent et observant officiales nostri rationum in Venetiis contra male administrantes bona et havere comunis, ita quod in isto casu sitis officiales rationum, habendo decem soldos pro libra a contrafacientibus, sicut habent officiales deputati ad videndum rationes Crete, sic quod capitale sit et remaneat semper in nostro comuni. Verum possitis illos, in casu quo vobis videretur esse enorme quid, placitare pro parte furantium, habendo partem ut habent advocatores. Et scribatis et mandetis regiminibus Crete et aliorum dictorum locorum, quod dare debeant vobis auxilium et favorum tam de notariis, quam de omnibus aliis, quotiens ab eis requisiveritis pro dicta executione contra quoslibet per vos et quemlibet vestrum condamnatos facienda; quam executionem si complere non poteritis ante discessum vestrum de partibus, in quibus fueritis, committere debeatis illam faciendam rectoribus locorum, ubi illam complere non poteritis, quibus rectoribus commisimus et efficaciter mandamus, ut, (quod) sibi comiseritis, debeant observare. Verum si condamnati per vos de condamnationibus, quas feceritis per sententiam contra eos, conqueri voluerint, habeant libertatem recurrendi ad nostrum ducale dominium, vel ad alia loca, ad que recurrere possunt illi, qui conqueri volunt de officialibus rationum, et prosequi ius suum contra vos provisores et sindicos. Et si fueritis convicti male condamnasse et a condamnatis exegisse, debeatis totum, quod exeqeritis et habueritis, restituere et quartum plus pro pena.

Verum quia in locis nostris Crete, Nigropontis et aliis locis superius specificatis sunt multi debitores nostri comunis a 1416 retro, qui sunt veri debitores nostri comunis sine ulla contradictione, vobis committimus, quod quando eritis in ipsis locis, et essent similes debitores, debeatis facere fieri proclamationes, quod debeant infra illum terminum, qui vobis videbitur secundum moram vestram in dictis locis, persolvisse capitale sine pena; et si non solvent ad ipsum terminum, tunc exigere debeatis capitale et soldos duo pro libra pro pena, que pena sit vestra.

Insuper licet per suprascripta capitula sit vobis data libertas contra omnes generaliter, qui fuissent in partibus et locis supranominatis a decem annis citra, tamen vos advisamus, quod non potestis vos impedire de illis processibus, qui iam forent abinati et intromissi per nostros advocatores comunis, qui advocatores tenentur dictos tales processus et intromissiones dare vobis in scriptis, ut sciatis, quid debeatis observare. Intelligendo, quod potestis sindicare omnes rectores et officiales, qui habuissent et haberent regimina et officia per gratiam.

Insuper tenemini et debetis pro possendo melius habere informationem et veritatem rerum, que non forent bene facte per officiales et rectores nostros illarum partium, convocare et interrogare separatim de nostris

fidelibus dictorum locorum usque ad numerum duodecim ad numerum pro quolibet locorum tam grecis quam latinis, et plures si vobis videbuntur, et illas personas, que vobis videbuntur, et dare eis et cuilibet eorum sacramentum, quod dicent et propalabunt omnia, que sciverint vel audiverint esse acta per aliquem rectorem vel officialem loci unde erunt contra honorem nostrum et contra ius et iustitiam, vel in damnum nostri comunis vel alicuius persone indebite et iniuste, ut vos clarius possitis procedere, et facere officium vestrum secundum formam vestre commissionis. Et simile sacramentum detis, si scietis per aliquem, bona nostri comunis fuisse male administrata seu occupata. Insuper possitis facere fieri omnes alias proclamationes solitas fieri pro inveniendo furta, que ibi committuntur, ut veritatem de omnibus habere possitis.

Item sciatis, quod de aliqua condamnatione vel sententia, que fiet per placitare vestrum vel alicuius vestrum, non potest fieri aliqua gratia, donum, remissio et recompensatio, termini elongatio, nec aliqua declaratio nisi per sex consiliarios, tria capita de xl., xxvi. de xl. et tres partes maioris consilii.

Insuper pro transitu vestro de uno loco ad alium scribimus per nostras literas baiulo et capitaneo Nigropontis et consiliariis suis, quod ad omnem vestram requisitionem, existentibus vobis in Nigroponte, nostram galeam deinde existentem armatam vel aliud sufficiens navigium et tutum vobis consignare faciant. Et insuper mandavimus omnibus rectoribus insule Crete, Nigropontis et omnium aliorum suprascriptorum locorum, quod vobis subvenire debeant de pecuniis necessariis pro expensis vestris et familie vestre, sicut duxeritis requirendum.

Et similiter scribimus capitaneo et supracomitis nostris culphi et aliis capitaneis nostrorum navigiorum armatorum, quod in casu quo se repperirent in illis partibus insule Crete vel Romanie, vel aliis locis ibi prope, et fuerint requisiti a vobis tam oretenus quam per literas, debeant vos levare et conducere, prout duxeritis ordinandum, pro celeri expeditione agendorum vobis commissorum, dummodo non essent aliis nostris maioribus occupati, et tunc quando non possetis per dictum modum habere passagium, vos providere debeatis de transitu vestro, prout vobis melius videbitur, et cum quam minori expensa poteritis nostri comunis.

Insuper scribimus potestati et capitaneo nostro Neapolis Romanie, quatenus pro passagio vestro de Neapoli Mothonum, vel alio, ubi esset expediens, debeat providere pro celeri expeditione vestra et agendorum vobis commissorum de navigiis sufficientibus seu de galea sibi commissa, ita quod possitis venire secure et sequi mandata nostra vobis commissa. Et similiter scribimus regimini Tinarum et Michonarum, quod debeat observare predicta.

Item observabitis partem alias captam in rogatis videlicet: cum sint multa loca, territoria et possessiones nostri comunis, que debent incantari et deliberari in insula Crete et Nigropontis et aliis locis nostris, de quibus est utile providere, ita quod non decipiatur nostrum comune, capta fuit pars, quod stringatur et prohibeatur, quod cancellarii, scribe vel notarii camerariorum Crete vel aliorum locorum vel alii pro eis vel eorum nomine non possint de cetero accipere ad incantum ullo modo de terri-

toriis illis et locis vel possessionibus nostri comunis sub pena perdendi totum, quod acciperent. Et sic scriptum fuit duche et consiliariis Crete et aliorum locorum, et sic iniunctum fuit in suis commissionibus, quod sic teneantur et debeant observare.

Item ordinetur, quod supracomiti galee Nigropontis presentes et futuri et filii sui non possint accipere ad incantum de illis territoriis, locis et possessionibus nostri comunis sub omnibus penis et stricturis contentis in capitulo suprascripto. Et sic mandavimus regimini Nigropontis, quod debeat observare.

Quia per suprascriptam partem de inquirendo contra illos, qui male administrassent pecuniam comunis, non videtur vos provisores et sindicos habere libertatem in aliquo casu inquirendi contra aliquam specialem personam, et sicut fertur publice aliqui cives et habitatores ipsorum locorum Crete, Romanie et aliorum locorum suprascriptorum pro necessitatibus arduis et magnis nostri comunis in partibus illis mutuaverint multam pecunie quantitatem rectoribus nostris nomine nostri comunis pro furniendo et solvendo ubi extiterit opportunum, quam pecuniam non valentes rehabere aliquo modo in totum vel in partem, fecerunt venditionem de dicta pecunia vel denariis forte pro medietate vel minori quantitate aliquibus ementibus, quibus emptoribus statim solutum fuit de bonis denariis integraliter pro tota quantitate dictorum denariorum seu pecunie nostro comuni mutuate, quod fuit cum onere maximo nostri comunis, quia dicti emptores nihil de bursa sua solverunt nec aliquid mutuaverint, et tamen lucrati fuerunt medietatem, propter quod solvi non potuit nec dari, ubi magis necessarium erat dari et solvi, sicut erant soldati, qui compleverant pagas suas per longum tempus, et alie res multum opportune cum maximo periculo status nostri. Ex nunc vobis committimus, quod quando eritis in partibus Crete, Romanie et aliorum locorum suprascriptorum, debeatis diligenter inquirere et examinare contra omnem personam, quam senseritis talia fecisse mercata per modum predictum, et quos noveritis emisse de talibus denariis et pecunia, ac lucratos fuisse, ut supradicitur, faciatis totum illud lucrum, quod exinde percepissent, restitui et poni in nostrum comune. Verum ut vos provisores et sindici sitis magis soliciti ad inquirendum de predictis mercatis et lucris, habere debeatis de toto eo, quod inveneritis et poni feceritis in comune, soldos duos pro libra. Et si vobis sindicis et provisoribus constiterit, aliquem rectorem vel officialem nostrum fuisse participem emptionis vel lucri, debeatis procedere contra eos vel eum, sicut in parte de male administrantibus pecuniam plenius continetur, vobis commissa in illa parte videlicet, que tetigisset illum rectorem vel officialem de dicta emptione vel lucro solum. Et si de predictis vel aliquo predictorum fuerit accusator, per quem veritas habeatur, habere debeat soldos duos pro libra de parte tangente comuni, et teneatur de credentia.

Item ponantur partes in presenti commissione de furantibus de bonis et havere comunis etc.

Item ponatur pars de eundo vel mittendo infra unum mensem, postquam applicuerit Venetias ad officiales rationum ad faciendum rationem cum eis etc.

Insuper quia bonum est declarare libertatem quam habetis super factis, pro quibus facti estis provisores, vobis committimus, quod quando eritis in locis nostris Crete, Nigropontis, Coroni, Mothoni, Neapolis Romanie, Corphoy, et aliorum locorum superius specificatorum, debeatis esse et conferre cum rectoribus ipsorum locorum, et secum inquirere et diligenter examinare de omnibus, que vobis videbuntur esse utilia et necessaria pro comodo et conservatione ipsorum. Et facta diligenti examinatione, debeatis requirere ipsos rectores, quod poni faciant suas opiniones et consilium in scriptis, quas suas literas inclusas debeatis Venetias apportare et nobis presentare. Verum sit licitum vobis et cuilibet vestrum venire postea ad consilium rogatorum et additionis infra sex menses post adventum vestrum Venetias, et consulere et ponere partem super omnibus, que videbuntur vobis vel alicui vestrum comoda et necessaria pro bono et conservatione et utilitate locorum predictorum. Et si eritis de consilio, possitis ponere ballotam. Et ultra predictam generalem libertatem si placebit dominio nostro aliquid vobis specificare, super quo debeatis habere advertentiam et examinationem, non derogando propterea, quod ultra illa, que specialiter vobis commissa fuerint, possitis generaliter examinare et providere, ut superius dictum est.

Debeatis insuper, postquam applicueritis Venetiis, sub pena librarum mille pro quolibet vestrum, que sit nostrorum advocatorum comunis, presentare ipsis nostris advocatoribus unam copiam omnium et singularum intromissionum, querelarum, testificationum, capitulorum ac omnium aliorum actuum et scripturarum per vos factarum et factorum, similem illi, quam penes vos retinebitis. Et teneatur notarius vester dictam copiam presentare et dare ipsis nostris advocatoribus, si vos sindici illam dare nolletis, et similiter manifestare ipsis advocatoribus, si per vos non fuerit integraliter data copia omnium scripturarum et aliorum ut supra sub pena privationis cancellerie et notariatus Venetiarum, si non esset ad cancellariam. Sed veniatis ad consilium de xl. vel collegium, in quo lectis scripturis, possitis ponere partem, quod sint expediti a vobis. Et ulterius teneamini in quolibet locorum suprascriptorum, ubi iudicaveritis, dimittere in manibus rectorum nostrum quorumlibet ipsorum locorum unam copiam scripturarum, querelarum et testificationum ac quorumlibet aliorum actuum acceptorum et factorum in quolibet locorum prefatorum, bullatam vestra bulla, et rectores nostri dictorum locorum teneantur post recessum vestrum de dictis locis dictam copiam mittere Venetias ad manus domini ducis per primum navigium Venetum accedens, quam quidem copiam idem dominus dux debeat penes se conservare.

Ordinetur etiam, sicut debitum est et iustum, quod si aliquis vestrum intromiserit aliquem, et postmodum non fuerit ad placitandum illum a dconsilia, ille talis vestrum, qui non fuerit illum ad placitandum, non debeat habere partem penarum, ad quas ille placitatus fuisset condamnatus. Sed sint dicte pene solummodo illius, qui placitabit, habendo illas, sicut superius continetur, salvo semper iusto impedimento, quod cognoscatur per nostrum dominium.

Et teneamini infra duos menses post reditum vestrum Venetias dedisse eo copiam capitulorum omnibus intromissis per vos et quemlibet vestrum,

et illam similiter copiam mittere dictis, qui forent extra Venetiis in regimine vel aliter infra dictos duos menses, ut illi, quibus dicta capitula fuerint missa, valeant respondere, et ad terminum suprascriptum possit finis imponi.

Et non possit terminus mensium decemocto in superioribus capitulis specificatus, infra quem debetis omnia placitasse et expedivisse, per aliquem prorogari, nec condemnationes, ut superius dictum est, vobis aliter dari, sub pena ducatorum mille cuilibet ponenti partem in contrarium, de qua pena non possit fieri aliqua gratia etc. sub dicta pena; et sic procedatur de pena in penam usque in infinitum.

Verum ordinetur quod si vos vel quilibet vestrum venire volueritis ad aliquod consilium seu collegium pro expediendo a vobis aliquem ex capitulatis per vos, debeat tunc et in isto casu dominium mittere ad accipiendum scripturas illius cause, que erunt in manibus nostrorum advocatorum comunis, et illas facere abscultari cum aliis scripturis, quas vos pro dicta causa legi facietis, ut omnia magis ordinate procedant.

Habere debetis de salario ducatos quadringentos auri pro quolibet, videlicet hic in Venetiis ducatos ducentos, et alios ducatos ducentos a camera nostra Crete pro primis sex mensibus, et abinde in antea ducatos triginta in mense pro quolibet, et debeatis ducere vobiscum duos famulos pro quolibet, unum notarium cum uno famulo, et unum cochum, possendo expendere ducatos duos auri in die non computatis nabulis navigiorum et agociis equorum.

Item vobis committimus, quod dare debeatis circumspecto viro Jeronimo di Nichola notario nostro vobiscum veniente ducatos triginta de pecunia nostri comunis, sicut per elapsum est solitum aliis dari, ultra alias utilitates, quas sibi dabitis. De parte 67, de non 1, non sinceri 2.

Senato Misti, lib. 53, c. 73, u mlet. arkivu.

God. 1420. 6. rujna u Mletcih.

Upućuje se pomorski kapetan, kako da se ponaša u poslu Balse Zetskoga, i neka razgleda njeke gradove.

1420. die 6. septembris. Quod capitaneo nostro culphi respondeatur in ista forma. Per nobilem virum Laurentium Victuri, quem Venetias destinastis cum galeota sibi commissa, recepimus quam plures literas vestras, et inter alias ultimas datas quintodecimo et sextodecimo mensis elapsi, per quas distincte et ordinate nostro dominio scripsistis omnia, que secuta sunt et fecistis in partibus Scutari usque dictum diem xvi. augusti elapsi, pro quibus omnibus solicitudinem et diligentiam vestram ac modos per vos servatos merito recommendantes, vobis denotamus, quod diligenter notavimus praticas per vos et comitem nostrum Scutari habitas cum illis dominis deinde, qui videntur esse dispositi velle servire nostro dominio contra Balsam et Coiam, quorum aliqui, sicut scribitis, iam sunt concordati. Et respondemus, quod modus per vos servatus cum deliberatione comitis nostri Scutari et supracomitorum nostrorum, ut scribitis, in reducendo dictos dominos ad voluntatem nostram contra dictos Balsam et Coiam, nobis placuit et placet. Et ut sitis de voluntate et intentione

nostra informatus, et ut valeatis melius adimplere intentionem nostram contra dictum Balsam et Coiam, relinquimus in libertate vestra et comitis nostri Scutari et supracomitorum nostrorum vel maiorem partem vestrum, reducendi dictos dominos ad voluntatem nostri dominii, et specialiter Juanum Castriotti, cum quo scripsistis esse debere in coloquio. Et damus vobis libertatem, in casu quo videatis cum dominis predictis posse sequi ad ruinam et destructionem Balse, dividere inter dominos predictos illam provisionem, quam dabamus annuatim dicto Balse, dando unicuique eorum illud, quod vobis videbitur, secundum conditionem suam, et promittendo dictas provisiones solvere de introitibus nostris Scutari.

Si vero vobis videretur, quod tam si daretur provisio dominis predictis quam non, necessarium foret, consideratis conditionibus partium deinde, venire ad pacem cum dicto Balsa, ut de intentione nostra sitis informatus, vobis declaramus, quod intentionis nostre foret, si possibile est, videre totalem ruinam et destructionem dicti Balse cum favore et subsidio dominorum circumstantium, quos reduxeritis sive reducetis ad voluntatem et intentionem nostram. Et si videretis, hanc nostram intentionem posse habere effectum, quia multa possunt occurrisse, postquam nobis scripsistis, placet nobis, quod ad hoc vigiletis et solicitetis. Et si videretur vobis fore necessarium post receptionem presentis nostri mandati differre deinde a decem usque quindecim dies, placet nobis, quod differratis, ut omnino sequi possit destructio dicti Balse. Quando autem aliter facere non possetis, quia iudicaretis utilius fore pro nostro dominio ad pacem condescendere cum Balsa predicto quam stare in istis terminis, damus vobis libertatem condescendendi ad pacem cum eo in hac forma, videlicet: Quod restituat nostro dominio civitatem Drivasti cum pertinentiis suis et illud, quod tenet comitatus Scutari, et quod remaneat nostro dominio castrum Bude cum salinis et contrata Lostize, et quod cum terra nostra Catari et Catarinis nullo modo debeat se impedire, nec ab eis aliquid petere, et quod nullam provisionem habeat a nostro dominio. Si vero dictus Balsa sine provisione sua solita ad pacem condescendere nolet, sumus contenti, quod dictam provisionem eidem promittatis non obstantibus provisionibus per vos promissis aliis dominis circumstantibus, quas volumus esse firmas. Si vero reduxissetis dominos circumstantes ad voluntatem et intentionem nostri dominii aut cum provisione aut sine, quia multum placet nobis, quod in omnem eventum tam sequente pace cum dicto Balsa quam non, dicti domini sint amici nostri, et videretis ad pacem cum dicto Balsa venire non posse, et etiam si dictos dominos non potuissetis reducere ad obedientiam et voluntatem nostram, nec cum dicto Balsa venire ad pacem, et etiam videretis intentionem nostram contra dictum Balsam non posse habere effectum, ut sciatis, quid agere habeatis cum galeis et gentibus nostris vobis commissis, volumus, quod procuretis fulcire terram nostram Scutari frumento et aliis victualibus necessariis, et quod ad defensionem et custodiam civitatis predicte dimittatis illas gentes tam equestres quam pedestres, tam de primis, que ibi erant, quam de aliis per vos illuc conductis, que vobis videbuntur necessarie et sufficientes usque ad tempus novum pro conservatione dicti loci cum quam minori expensa poteritis, quia adveniente tempore novo, ad omnia neces-

saria pro consumptione et destructione Balse et pro defensione et recuperatione Drivasti et aliorum locorum nostrorum deinde opportune providemus. Et ut possit fieri subventio gentibus, que de inde remanebunt, mittimus per presentem galeotam ad manus comitis nostri Scutari ducatos duos mille, quos volumus dispensari tam in stipendiariis castri quam in gentibus, que de inde remanebunt, et in victualibus, si vobis videbitur. Et ut nostra intentio adimpleatur, mittere debeatis unum ex nostris supracomitis Scutarum, qui simul cum dicto comite videat monstras dictarum gentium, et illis, que remanebunt, tam novis quam veteribus faciant subventionem, ut superius continetur; et dictas monstras, que facte fuerunt Venetias, portare debeatis, ut videantur et aptentur rationes nostre. Posita autem terra nostra Scutari in bona custodia, ut superius continetur, debeatis dimittere ad custodiam Scutari et ad assecurandum navigia nostra, euntia ad partes Alexii et Durachii et alio nobilem virum Laurentium Victuri cum duabus galeotis sibi commissis, eidem committendo, quod vigilet et attendat ad bonam custodiam partium de inde et navigiorum nostrorum inde transeuntium, et ad obstandum galeotis et barchis de Dulcigno, ne possint damnificari navigia nostra. Et vos cum galeis nostris vobis commissis et galeis grossis et gentibus restantibus debeatis venire Catarum ad visitationem dicti loci, et de inde venire Spalatum, et examinata conditione dicte terre simul cum provisore nostro ibi existente, si vobis videbitur, quod pedites ibi existentes non sint sufficientes ad custodiam dicte terre, debeatis supplere cum illis, qui ibi sunt, usque ad numerum peditum centum et usque centum et viginti, sicut vobis videbitur.

Expeditus de Spalato, debeatis venire Tragurium, et cum ibi eritis, si invenietis, quod per capitaneum nostrum Jadre, provisorem nostrum Spalati et ser Thomasium de Petrice sit facta aliqua terminatio de aliquo fortilicio fiendo in terra Tragurii, quia eis commisimus, ut irent Tragurium et terminarent de fortilicio fiendo in dicto loco, et videbitis per executionem terminationis facte per predictos pro bono operis per eos ordinati fore necessarium, quod ibi stetis per octo vel quindecim dies, placet nobis, quod ibi stetis, ut mediante presentia vestra et favore hominum galearum nostrarum laboreria terminata ad bonum terminum reduci cum celeritate possint, mittendo galeas grossas cum peditibus Venetias et bombardas nostras et illam bombardam, que est Spalati. Si vero dictus capitaneus Jadre, provisor Spalati et ser Thomasius de Petrice non ivissent Tragurium, et nullam deliberationem de laboreriis fiendis fecissent, quia remittimus Tragurium magistrum Pizinum, qui de inde certam examinationem fecit pro fortificatione dicte terre Tragurii ultra primam examinationem nobiscum factam, que videretur dicto magistro Pizino fieri debere, que non esset maioris expense quam prima per vos examinata, volumus, quod vos supracomiti nostri et dominus Simon de Detrico esse debeatis simul, et examinatis omnibus examinandis et oppinione dicti magistri Pizini, et aliis opinionibus, que vobis meliores viderentur, debeatis deliberare et terminare super fortificationem dicte terre illud, quod vobis vel maiori parti vestrum videbitur, non determinando de ruinando muros dicte terre a marina sine nostro mandato, et provi-

dendo de dando principium ante recessum vestrum de inde laboreriis per vos terminatis. Et ut hoc fieri possit, damus vobis libertatem remanendi et standi in Tragurio ob istam causam diebus duodecim usque quindecim, sicut vobis melius videbitur. Et expeditus de Tragurio venire debeatis Sibenicum ad visitationem dicti loci, et de inde Jadram. Et dimissis ad custodiam terrarum et locorum nostrorum Dalmatie nobili viro Marco Bembo vicecapitaneo cum duabus galeis Crete, vos cum alia galea nostra de Venetiis venire debeatis Venetias ad disarmandum. De parte 63.

Sed Georgius Cornario sapiens guerre: vult partem suprascriptam in totum, salvo quod vult, quod pro fortificatione Tragurii, quia magister Pizinus fecit certam examinationem ultra primam examinationem vobiscum facta, que videretur dicto magistro Pizino fieri debere, que non esset maioris expense quam prima per vos examinata, addi debeant ista verba, videlicet: que fortificatio nobis placeret nisi aliud videremus et audiremus, cum omnibus aliis conditionibus suprascriptis. De parte 35, de non 3, non sinceri 3.

Senato. Secr. cons. rog. lib. VII. C. 175 tergo, u mlet. arkivu.

God. 1420. 12. rujna, u Mletcih.

Republika mletačka podieljuje njeke povlastice Korčulanskoj občini.

1420. 12 septembris. Privilegium comunitatis Curzole.

Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus presens privilegium inspecturis. Pateat evidenter, quod comparentes ad presentiam nostram prudentes viri Chiriacus quondam Luxe et Johannes Petri nuncii et ambassiatores fidelis nostre comunitatis Curzole, pro parte ipsius comunitatis nostre, quindecim capitula porrexerunt supplicantes, ut illa confirmare dignaremur. Nos vero visis et examinatis dictis capitulis, ad ea responsiones nostras exhibuimus, sicut hic inferius continetur.

Et primo ad primum capitulum, per quod recommendant comunitatem et homines dicte insule Curzole nostro dominio. — Respondemus, quod quia sumus certissimi, quod ipsa comunitas semper erit fidelissima erga honorem e statum nostrum, illam semper habebimus gratiosius recommissam, sicut alios nostros subditos et fideles dalmatinos.

Ad secundum, per quod petunt confirmationem libertatum, statutorum, reformationum et consuetudinum suarum per eos antiquitus et usque modo usitatorum, et similiter de censu comitis, qui est librarum VII. centum parvorum. — Respondemus, quod volentes ostendere nostram humanitatem et clementiam erga dictam comunitatem, ut eius fidelitatis appetitus de bono in melius augeat, sumus contenti et placet nobis confirmare, sicut in dicto capitulo continetur.

Ad tercium capitulum, per quod petunt unum comitem de nobilibus Venetiarum posse eligere secundum antiquam consuetudinem cum solario librarum VII. centum de sua moneta, et habeat introitus possessionum, vinearum et terrarum de sominando per insulam, secundum consuetudinem. — Respondemus, quod sumus contenti et placet nobis, quod possint

eligere unum comitem de nobilibus nostris Venetiarum de duobus in duos annos cum conditione, quod ille, qui fuerit duobus annis comes dicti loci, non possit eligi usque ad quatuor annos comes dicti loci, et debeat esse dictus comes annorum viginti quinque et abinde supra, qui etiam placere debeat nostro dominio.

Ad quartum capitulum, per quod petunt, ut vina sua, portanda Venetias, non solvant maius datium, quam solvunt Sibenicenses. — Respondemus, quod sumus contenti, quod solvant illud datium, quod solvunt vel solvent Sibinicenses et Spalatini.

Ad sextum, per quod petunt, quod in civitatibus et locis nostris ipsi de Curzola tractentur sicut tractantur alii fideles nostri, et specialiter in emendo, vendendo et mercando. — Respondemus, quod sperantes et firme tenentes, quod erunt semper fidelissimi nostro dominio, sumus contenti et placet nobis ipsos tractare sicut tractamus alios subditos et fideles nostros Dalmatinos.

Ad septimum capitulum, per quod petunt, ut dignemur sibi concedere, quod a navigantibus et venientibus Curzolam cum blada, si sibi esset magna necessitas, possint exonerare usque ad staria ducenta frumenti. — Respondemus, quod sumus contenti de suprascripto capitulo, facientibus ipsis id, quod petunt, solum semel in anno, et existentibus ipsis in concordio cum mercatoribus, quorum erit dictum frumentum.

Super octavo, per quod petunt, quod ordinetur facta domus Chiriaci, pro qua sunt obligati, ut patet publico instrumento, ita qued damnum non sequatur, cum ipse locus semper fuerit desertus, immundus et inutilis, qui locus semper nominatus est comunis. — Respondemus, quod confirmamus dicto Chiriaco dictam domum, que sibi fuit data per comune Curzole, sicut ambaxatores dicte comunitatis nobis supplicaverunt.

Ad nonum ut pro utilitate Raphaelis Angeli et uxoris sue in recuperatione bonorum paternorum et maternorum sibi pertinentium et dotuum et specialiter super domibus occupatis per unum commissarium et procuratorem matris uxoris dicti Raphaelis. — Respondeatur, quod scribemus in eorum favorem comiti nostro Spaleti, sicut nobis videbitur, ut ministret sibi iuris e' justicie debitum complementum.

Ad decimum, quod confirmetur magistro Joanni barbitonsori locus Racische cum iuribus et pertinentiis suis, prout sibi datus fuit per consilium Curzule, et unus alius plavus pro hedificando unam domum, que loca fuerunt sibi data pro solutione sui salarii tam presentis quam futuri. — Respondimus, quod confirmamus eidem magistro Johanni dicta loca, sicut in eodem capitulo continetur.

Ad undecimum, per quod petunt, quod pro augmentatione et habitatione loci Curzole valeant debitores vicinorum suorum habitare in Curzola sine gravamine creditorum eorum de Ragusio secundum tenorem statuti sui superinde expressi. — Respondemus, quod sumus contenti, sicut in eo capitulo continetur. Intelligendo solum de debitoribus Raguseorum.

Ad duodecimum, per quod exposuerunt, quod per comitem suum ex commissione capitanei generalis culphi agravantur officiales trigesimi pro aliqua quantitata satis, posita in civitate Curzole, antequam dictus locus perveniret ad manus nostri dominii, pro quo sale petebat ducatos viginti

pro centenario. — Respondemus, quod mandabimus comiti nostro Curzole, quod debeat sibi observare pacta et conventiones in facto dicti salis, que sibi promissa fuerunt, quando dictus locus venit ad manus nostras.

Ad terciumdecimum, quod confirmemus certas salinas Angelo et Johanni fratribus sibi concessas per comune Curzole cum conditione, quod reddere teneantur decimum comunis.

Et ad quartumdecimum, per quod petunt, quod quilibet Curzolanus possit facere salinas etc. — Respondeatur, quod audivimus omnia, que continentur in dictis duobus capitulis, sed quia non habemus aliquam informationem, per quam possumus sibi conclusive respondere de intentione nostra, deliberavimus scribere comiti nostro Curzole, quod ad plenum informet nostrum dominium super omnibus contentis in dictis duobus capitulis, quia habita sua informatione ad plenum, providebimus circa ea capitula, sicut noverimus opus esse.

Ad quintumdecimum, per quod petunt, ut possint se appellare in causis suis, sicut alii fideles et subditi nostri — Respondemus, quod sumus contenti et placet nobis, quod possint venire Venetias, et appellare se in causis suis ad illa officia, sicut faciunt alii subditi et fideles nostri Dalmatini.

In quorum fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri mandavimus, et bulla nostra plumbea pendente muniri.

Datum in nostro ducali palatio die xii⁰. mensis septembris, indictione quartadecima, m⁰. cccc⁰. xx⁰.

Commemorialium lib. XIV. c. 41, u mlet. arkivu.

God. 1420. u Mletcih.

Odgovori mletačke republike na molbe podnesene joj po poslanicih korčulanske obćine.

Quod ad capitula porrecta per ambassiatores comunitatis Curzole respondeatur in hac forma. Et primo ad primum.

Serenissimo principo et excellentissimo signor nostro singularissimo, e ala illustrissima dogal signoria con el so gracioso conseio expone devotissimamente i ambassiadori de la vostra comunita di Curzola:

Primo et ante omnia conte e li zudexi, conselieri e tuta universita el povolo de Curzola con ogni humilima e subiecta reverentia recommandanose ala vostra excelsa signoria. — Respondeatur, quod habuimus dictam comunitatem Curzole ac iudices et consiliarios semper recommissos, et ita in futurum habebimus.

Secundo, supplicano i diti de Curzola, che la vostra excelsa e gratiosa signoria a nui concieda segondo la continentia delo privilegio nostro, per lo nostro conte per doi anni proximi che venerano, il qual conte ch habia commission de lo vostro mandato, che ni devessi rezerne segondo li statuti, reformatione e le consuetudine nostri segondo che se contien nelo nostro privilegio con salario de lire 700 e con le intrade de le possessione de terre e de vigne. — Respondeatur, quod fiat, uti petitur.

Tercio. Reducimo ala memoria de lo serenissimo dominio vostro la continentia de la letera, la qual nui scrivissimo questo anno presente ala

fazando asunare sal de Valona e de santa Maura e conducendola a Narenta, dove recurino tuti Bosnexi a Vlachi con lor arzenti, cere, pelame e altre merchadantie, e toleno la sale e pani, e le vostre chamare ano perso i primo guadagni, e de questo poreve evitar lizirmente la vostra signoria con fusto de vinti banchi. — Respondeatur, quod mittemus provisores nostros in Dalmatiam, et erit provisum superinde per ipsos vel per alium modum.

Quarto, supplicano i diti vostri fedeli subditi devotissimamente, che ne concedati el XXXmo de Curzola, de tre o de doj anni per reconzar la stancia de lo contado, perche nela guerra passata fo arse e destructe, e la comunita e poverissima, non a de che aconzar, e lo conte vostro con soa fameglia non a asiosa stancia, el trentesimo e di valor da quaranta in cinquanta ducati al anno, e questo supplicamo de gratia speciali. Respondeatur quod propter magnas et arduas expensas, quas habemus in Dalmatia, non possumus dicte comunitati Curzole complacere.

Quinto, super facto ser Raphaelis et eius consortis, supplicate con solicitudene ala vostra excelsa signoria, che li concedese le dote dela mare, de sua dona, che fo moglier de ser Marcule de Slove; reducendo ala memoria de la prefata excelsa signoria, como questo anno presente del mese de septenbre abi una letera dogale al conte de Spalato, che fazesse zusticia summarie senza dilatione, e steti dicto Rafael presentando quella letera a Spalato XL. zorni, non poti aver nigona raxione ni negune scripture de cancellaria, le quale pertiniano a lui, ne instromento dotale, ne testamento de predicto Marcole; e pero la vostra comunita e vostri subditi de Curzola suplicano humele e devotamente la vostra excellentia, che voi date tal modo, chel nostro fradelo e vostro servidor fedel possa aver el suo dovere de le dite dote, perche ne libelo de la soa petitione nel protesto de agravamento de inzustixia a lui fata in Spalato niente li volseno acceptare, ne anche dele casse dotale, le quale sono poste e stimade in numero e suma de ducati doi milia, ni sono vendute ni impedite de alguna persona, e non mi volseno dar posesso; e pero serenissimo principo e la vostra graciosa dogal signoria piaqua de farli dar posesso de le dite casse dotale, e lo avanzo de la predicta suma far extraher de li beni de Doymo de Slove, segondo apar esser obligadi in cancelaria de Spalato; e che alo predicto Raphael fossi concesso per lo vostro commaudamento de darli tute quele scripture de cancellaria de Spalato, che apartenono a lui e ala suo dona Margarita over alo suo procorator. — Respondeatur, quod scribemus comiti nostro Spalati efficaciter, quod eis fiat ius, quia aliter facere non possumus, dummodo non sit contra promissiones nostras ipsis de Spalato factaș.

Sexto supra requisition de conte de Spalato, como domanda la pena certa quantita de denari, per la qual pena signor Vladislao cavalier de re de Ongaria incarcero doplices ambassiatores nostros; excelso principo e la vostra dogal signoria, la quale e soma e vera zustixia in tuta christianitade, non volati concieder a distruzer quela povera isola di vostri vassali in essa per questa inzusta e indebita pena, per che la colpa e la caxione non e nostra, como de questo po testificar miser Nicolo Capello e miser Marco Miani, che cando fo capetanio in colfo, e noi man-

dando e portando lo debito de cavedal alo termene per non cazer in pena la soa magnificentia in aque de Spalato trovo i nostri portando et dito debito, e non li permissi andar a Spalato, anzi li imposi pena de anegarli, si li trova che sono andati, e cosi dapoi termene abino da noi intriego capitale, e mo cercano pena; per la quale umele e devotissimamente suplicano i vostri vasali e subditi, che ne fazati liberi de questo inzusto oltrazo, segondo che speramo. — Respondeatur, quod habito a ser Nicolao Capello et ser Marco Miani, quod non permiserunt illos denarios portare illis de Spalato, sumus contenti, quod non solvant dictam penam; et ita scribemus nostro comiti Spaleti et eius successoribus.

Septima supplica la vostra comunitade de Curzola humilime e devotissimamente ala vostra excelsa, benigna e gratiosa signoria de concieder e confermar lo brevelezo, e zo che se contien in esso, fato per serenissimo re Lanzislao de Pulia a ser Luca de Simon de Curzola, e alo suo heriede Chiriaco de certe possessione poste in destreto de Curzola, che el dito Chiriaco, et quale successor de suo padre Luca fedelissimo vostro sempre stato et tuta soa casa, como e manifesto, che in asedio de Padoa ali vostri servisii a perso fradelo molto valente. Altramente no suplicamo se no como aviti concesso et possesso ali altri dalmatini fedeli vostri. Item de uno instrumento publico de debito contra uno Spalatino, zoe ser Fermin de Piero per certa quantita de dineri de una comessaria in Spalato de una nostra zentildona de Curzola per nome d. Nicoleta. — Respondeatur, quod informabimus nos super dicta causa, et deinde providebimus, ut nobis videbitur.

Octava, i diti vostri servidori suplicano devotissimamente, che voi concedati a queli che voliseno far saline in alcun loco in destreto de Curzola, che li possano fare, dando ogno anno al vostro dominio el docimo, e de avanzo fossino liberi a extraer de fuora, non fazando alcun contrabando. — Respondeatur, quod mittemus provisores nostros in Dalmatiam, et committemus supra dictis salinis, et postea providebimus.

Nono, informati el nostro gracioso et excelso dominio sopra la conventione fata in fra officiali de lo XXXmo de camera de Curzola, e ser Francesco de Prato, el qual possi in cita de Curzola de sale in anti che la vostra signoria abi a far alguna cosa in Curzola. Et etiamdio Spinelo de Adimari de Florenza, el qual per simele extrasi sale da poi la vegnota de miser lo capetanio vostro, miser Piero Loredam, lo qual Spinelo abi conventione con officiali, ut supra, ducati tre per centenara, e lo vostro conte dimanda ducati XX. per centenaro. E da poi el dito nostro conte feci comandamento alo official del XXXmo zoe a ser Marino de Zuane in pena ducati XXV, che non se debia piu impazar per la camera, ne per la sale, ni anche per pagamento di conventione de li diti forestieri, e vignando a cavo de compimento de anno de quela compra de XXXmo, el conte nostro si li feci commandamento adi XXII. de marzo, in pena de un soldo per ogni livra de pizoli per ogni zorno, che li devesse pagar integramente de un anno per lo dito XXXmo, zoe ducati 50, non abiando dio in conscientia de lui. E pero vuj excelso principo e la vostra dogal signoria proveda a questo fato per mesi oto manco zorni sie da poi che fossimo occupati in fina che sconpli termene de quel anno

sil e condecente, che pagano integri mesi dodese zoe ducati 50, e non potendo scoder de li debitori, e specialmente da questa conventione, non potero el dicto official donde a pagar, e li convigneria vender soa poverta per rifar questo. E pero concedere dignetur serenitas vestra, che abiati per tanto tempo, per quanto vi apartien de rason, e che il dito official possa rescuoder i deneri de la dita conventione de sopra e de altri debitori, e che el dito nostro zentilomo official non possa esser oltrazato per pena fin che proveditì sopra questo fato, e che la excelsa dogal signoria confirmase li pati fati con li sopraditi de sopra fina che avesemo commandamento da miser Piero Loredam, quando passo in Albania, zoe a XXV. de luio passato. — Respondeatur, quod ipsum Spinellum expedivimus, et per consequens si super facto salis predicti alii coram nobis comparebunt, illos etiam alacriter expediemus.

Decimo supplicano devotissimamente, che Anzelo, Zuane fradeli e fioli de Obrade nostri citadini possano usar quello poco de saline con la vostra confirmatione, sempre dando al vostro dominio de tuta sale, che sera, decima parte, e la parte loro possano libera portare. non fazando algum contrabando ala camera vostra, secondo che questo anno presente fo porreta supplicatione, e voi avesti information de nostro conte, como sie vera nostra domanda, e lo predicto conte domanda quarta parte de sal e si la tolse per forza contra debito de rasione, per che el e su lo terren de comun, e devea render decimo. In tuto fo de sal questo anno presente mozi XXXVIII, de li quali tolse nostro conte Gabriel mozi XIIII. al quarto; e pero signor non volati, che li abandonano anno lavorar, abiati misericordia de lor sudor e fatige. — Respondeatur, quod in missione nostrorum provisorum in Dalmatia providebitur ad plenum.

Undecimo supplicano i vostri vasali de Curzola con grave lamento, che neguna rason non podemo haver da li visini nostri Ragusei ni supra debitori ni sopra lari, manifestamente davanti loro officiali comprobati cosi animali como de ligname, lo qual tolano e per forza e per furto, e dignetur serenitas vestra super inde providere de remedio opportuno. — Respondeatur, quod scribemus Raguseis, quod de dictis damnis faciant sibi ius in bona forma, et quod abstineant inferendi damna aliqua decetero, quoniam non possemus hoc tollerare.

Duodecimo supplicano i diti vostri subditi devotissimamente a non far permetter runper la nostra antiga usanza continuo usitata fina alo presente tempo, che mai negun corzolan non na pagato de le sue intrate infra de nui zo che non fosse venduto ali forestieri, ne di vaselo de vin, ne de altro de nostre intrade. E miser lo conte nostro si ne constrenze da pagar el XXXmo, e vo e la vostra dogal signoria sini abi confermato tute le usanze usitate fina quel zorno. — Respondeatur, quod faciant et observent consuetudines suas antiquas secundum formam sui privilegii.

Terciadecima, serenissimo principe, la comunita vostra de Curzola priega la vostra serenitade humele e devotamente, che una nostra zentildona, la qual fo maritata per uno zentilomo de Spalato per nome Mathio de Pero, lo qual si e al presente fora de Spalato, con queli altri in siti vostri fedeli servitori, ala qual dona sono tolti tuti soi beni, i quali porto de lo suo padre per la soa promessa e dote segondo la usanza de lo mondo,

*

la qual dona credemo che nn e colpevole a nigun ni a queli de Spalato. Anche serenissimo principo no e sta niguna mencion in li pati ni in brivilezo de li Spalatini, e pero piaqua ala vostra serenitade e al vostro dominio cometer e mandar, che ala dita dona fosse tornada e restituita la soa dota, la qual dona si e in Curzola con soa famela in grande neccessita. — Respondeatur, quod scribemus comiti Spalati, quod faciat sibi ius, dummodo non sit contra pacta et promissiones per nostrum dominium illis de Spalato factas.

Quartadecima, recordano como conte nostro prohibuit nobis fenum nostrum, el qual sempre a principio Curzule fuit comune inter nutrientes equos; e però excelso principo piaqua ala vostra dogal signoria cometer et ordenar ali conti cosi presenti come futuri, che non impazasi per nostro fen, ben che a lui parte, che lo pora tochar, liberissimi daremo segondo che averano de cavali. — Respondeatur, quod observent eorum consuetudines secundum formam sui privilegii.

Quintodecimo, narrate serenissimo dominio nostro, quomodo occurrit diferentia inter comitem nostrum et nos, cum ipse petit XXXum totius anni, videlicet ducatos L. auri, et nobis videtur, quod non teneamur nisi ab illa die, cum errectum fuit gloriosissimum vexillum dominii nostri, considerato etiam, quod dominus Vladislaus Ungarus portavit a nobis multos ducatos ultra debitum juris. Quare supplicantes supplicant celsitudini vestre secundum deum et iustitiam superinde dare expeditionem. — Respondeatur, quod scribemus comiti Curzole, quod incipiat annum solutionis ipsius trentesimi illa die, qua dominio nostro illa comunitas se submisit.

Sextodecimo, supplicano i vostri subditi per la charachia de Zuane da Curzola, vostro fedel, la qual condusi un cargo de formento a Zara, e poi ando a cargar le legname a Bucari per condurli a Zara, e lo conte d Arbi fecila pilar e scargar per contrabando. Per la qual cosa el patro non sapi, che nigun navilio de vostri subditi questa via fazando fosse contrabando.; e pero pregano devotamente la vostra excelsa signoria, che voi proveditì a questo, che la dita carachia con li marineri non perdano tanto tempo in vano. — Respondeatur, quod scribemus comiti nostro Pagi, quod nos informet de causa predicta, qua informatione habita, postea providebimus, quid nobis apparebit superinde. Sed bene faciemus differere rem, donec erit determinata.

Commemoriali XI. 58, u mlet. arhivu.

God. 1420. 12. rujna, u Mletcih.

O utvrdjenju grada Trogirskoga.

1420. die 12. septembris. Quod scribatur capitaneo generali culphi in ista forma: Per alias nostras literas vobis mandavimus, ut ire deberetis Tragurium, et si inveniretis aliquas terminationes fore factas per capitaneum nostrum Jadre, provisorem Spalati, et ser Thomasium de Petrice, quibus commiseramus examinationem dictorum laboreriorum, solicitaretis, quod executioni mitterentur etc. sicut in dictis nostris literis continetur etc. Nunc autem quia dictus noster capitaneus Jadre, provisor Spalati et ser

Thomas de Petrice fuerunt Tragurii, et certas terminationes fecerunt super fortificationibus ibi fiendis, quas de inde in scriptis videbitis, que, ut sumus informati, magnam expensam requirunt tam in palis quam maderiis et aliis multis expensis, volumus, et sic cum nostris consiliis rogatorum et addictionis scribimus et mandamus, quatenus in executionem dictarum terminationum nichil facere debeatis, salvo quia habent, quod porta a parte terre fortificari debeat pro bono et securitate dicte terre, et quod turris cathene fortificetur, placet nobis, quod provideatur ad fortificationem dicte porte secundum terminationem factam per suprascriptos capitaneum Jadre et socios, et ad fortificationem turris cathene, prout vobis melius videbitur, faciendo incipere sive a porta terre, sive a turri cathene prout videbitis utilius fore, et comittere ser Simoni de Detrico, quod dicta laboreria porte et turris exequi debeat. Verum volumus, quod ante recessum vestrum de inde examinare debeatis omnes terminationes factas per predictos capitaneum Jadre et socios et similiter examinare omnem fortificationem, que vobis videretur fienda ad securitatem civitatis predicte, et de omnibus venire Venetiis plene informati, ut habita etiam informatione vestra, postea possimus ad omnia debite providere. De parte omnes alii, de non 4, non sinceri 0.

Secreta consilii rogatorum VII. 178, u mlet. arkivu.

God. 1420. 12. rujna, u Mletcih.

Nalaže se knezu Trogirskomu, neka utjera dugove, koji onoj občini pripadaju samo od god. 1400 i dalje.

1420, die 12. septembris. Quod scribatur ser Simoni de Detrico comiti Tragurii in hac forma: Recepimus literas vestras una cum tribus quaternetis, in quibus notati sunt debitores comunis Tragurii, pro quibus vestram diligentiam commendamus. Verum quia diligenter examinavimus quaternetos predictos, deliberavimus superinde providere in hunc modum, videlicet: quod sumus contenti et volumus, quod debeatis facere publice proclamari in locis solitis, quod dominium nostrum ex benignitate sua remittit et absolvit omnes condemnatos in pecunia de tempore preterito, usque ad diem acquisitionis civitatis Tragurii libere et sine ullo impedimento. Item quod sumus contenti et volumus, quod omnes debitores in pecunia Michacii, libere et absque ulla contradicione sint exempti et libere absoluti. Item volumus, quod debitores comunis silicet massarii, qui administraverunt pecunias comunis, et alii debitores, qui habuerunt et exegerunt pecunias comunis, vel tenerentur dare pro datiis et similibus rebus a MCCCC citra, debeant solvere debitum suum nostro comuni. Vos autem debeatis esse solicitus et attentus ad exigendum a predictis debitoribus quamhabilius et melius poteritis, sicut de vestra fidelitate confidimus. Insuper placet nobis et volumus, quod omnis introitus et bona episcopatus Tragurii vos, et non alius, exigatis, faciendo teneri bonum computum, ita quod rationes omnium possint clare videri. Nam volumus, quod de dictis introitibus et bonis simul cum aliis introitibus nostri comunis deinde fiat et edificetur fortilicium ordinatum fieri in

Tragurio. Sumus enim certissimi, quod circa hanc nostram intentionem servandam taliter operabimini, sicut estis facere consuetus, quod poteritis apud nos dignissime commendari. Insuper mittimus vobis per nobilem virum ser Laurentium Victuri capitaneum nostrarum galearum ducatos mille auri pro subventione stipendiariorum nostrorum existentium in Tragurio, de quorum receptione scribatis. De parte 68, de non 1, non sinceri 1.

Senato. Misti. lib. 53 c. 76 retro, u mlet. arkivu.

God. 1420. 22. listopada, u Mletcih.

Povlastice, koje je mletačka republica bračkoj občini podjelila.

Privilegium Braze.

Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam presentibus quam futuris, ad quos presentes advenerint, patent evidenter, quod comparentibus ad presentiam nostram prudentibus et circumspectis viris Michaele Cranchovich et Cipriano Carini oratoribus comendabilium et spectabilium fidelium nostrorum comitis, iudicum, consilii et universitatis insule nostre Braze, quedam eorum capitula reverenter nostro dominio porrigendo et presentando, que acceptari et concedi per dominationem nostram humiliter supplicabant. Nos dispositi erga eos benignitatem nostram ostendere gratiose, habita debita consideratione superinde, respondimus ad ista capitula, prout ad quodlibet eorum infra declaratur et continetur distincte.

Et primo ad primum capitulum, cuius effectus talis est, videlicet: che se degna la vostra signoria de mantegnir nui e la isola vostra nelo stado nelo qual nostri aviti trova, senza farne alguna novita. — Respondimus, quod fiat, sicut in dicto capitulo continetur.

Item ad capitulum huius continentie: che vi dignisci de confermarni e aprovar li nostri statuti e le reformation e consuetudine e usanze; — concessimus prout petitur.

Ad capitulum autem huius effectus: che vi dignisci de conciederne e far gratia, che possiamo elezer lo conte con salario usado, uno ho da Veniesia ho de altri luogi suttoposti al vostro dominio de li vostri fedeli; — concessimus, quod fiat, ut in dicto capitulo continetur ad beneplacitum nostri dominii.

Ad capitulum vero: che vi digna de conciederni e far gratia, che siamo tractadi dintro in Veniesia e fuor de Veniesia in laltre vostre terre e luogi in modo, como son tractadi laltri dalmatini suttoposti alo vostro dominio in acto de marchantie, e fuori de marchantie in altre cose. — Responsionem dedimus, quod fiat sicut petunt.

Similiter etiam ad capitulum huius substantie: che ve degne de conciederni, si alguno domesticho over forestiero havesse algun mobele over stabele, il qual dicesse, che de rasion pertien a lui, che prima che la lite de quello non sia finida per la corte overo zudisio de Braza, che altrovo non fosse oldido ne cognosudo. — Responsionem fecimus, quod fiat, prout petitur.

Ad capitulum autem continentie huiusmodi: che ve digne de conciederni, che fuor daltri dalmatini ne igiolani non siamo agravadi di lavoro ni delo servisio con pagamento ne senza, ni per tempo di paxe ni de guerra, ubique. — Respondimus, quod faciemus eos benigne tractari, sicut alios nostros fideles Dalmatinos.

Ad capitulum vero effectus huius: che ve digna de conciederni, che de lo centinar de la sal, lo qual si ha a vender per li officiali de lo trinteximo de Braza e non piu comprandolo de li luogi suttoposti a vui, che de quello non si habbia a pagare per la trata se no segondo usanza nostra antiga ducati cinque doro, perche quello he limittato da vender e non piu per lo uso de le persone de Braza e non per altri fuori. — Responsionem fecimus, quod habita consideratione ad bonam fidelitatem dictorum nostrorum fidelium, qui nolent accusare fractionem nostrorum ordinum, presertim cum tanto damno nostri dominii, quantum sequi posset, si faceremus eisdem concessionem predictam. Mandabimus eos tractari et expediri in facto dicti salis secundum ordines nostros, et prout facimus alios nostros fideles Dalmatinos

Ad capitulum insuper: che ve digne de conciederne, che non habiamo a pagar d una mercancia se non uno trentesimo, comprandola da le terre e luogi suiugadi al vostro dominio, e pagando in quele. — Responsum fecimus, quod ipsos tractabimus et tractari mandabimus, prout alios nostros fideles Dalmatinos.

Ad capitulum vero istius continentie: che li nostri inimigi, li quali eni son tegnudi in sangue o in havere, che non sia permetudi a vegnir in habitar in l isola contra et nostro voler. — Concessimus, quod fiat ad beneplacitum dominii sicut in dicto capitulo continetur.

Ad capitulum autem tenoris huiusmodi: che ve digna de conciederne, che possamo trar de la biava, comprandola per uso nostro de cadauna terra e luogo de Dalmatia sottoposto a vui. — Respondimus. quod fiat prout petitur, et in dicto capitulo continetur.

Ad capitulum etiam istius tenoris: che ve digna de conciederne i denari del trintesimo de questo anno per renovation et aconzamento del palazo, che in quello possa habitar el conte senza senestro. — Responsionem fecimus, quod fiat, prout petunt.

Ceterum ad capitulum: che ve digne di farne gratia, se alguno nostro inimigo e malefator antiquo e ne dannizasse mo da nuovo, che li altri vostri subditi de Dalmatia, requiridi per nui, i ne debia succurer et aidar. — Respondimus, quod si occurreret adversus dictam nostram fidelem comunitatem quicquam per aliquem fieri vel attentari, debeant habere recursum ad rectores nostros Dalmatie et ad capitaneum nostrum generalem culphi, nam eis dabimus in mandatis, quod tractent eos favorabiliter, et provideant ad bonum et conservationem eorum cum honore nostri dominii, prout facient et observabunt de aliis nostris fidelibus Dalmatinis.

Ad capitulum autem subscripti effectus: che ve digne de levar lo sequestro fato per miser lo capetanio, miser Piero Loredam de ducati vintiquatro doro, i qual sono delo trintesimo de l anno passado ananzi che la vostra signoria havesse l isola, de li qual bona parte he consu-

mada in servisii he destri de la nostra puovera comunitade ne li suo besogni. — Concessimus quod fiat ut petunt.

Dicti insuper ambassiatores, nominibus prefatorum fidelium nostrorum comitis, iudicum, consilii et universitatis insule nostre Brazę et successorum suorum prestiterunt solemniter fidelitatis debitum iuramentum. In premissorum autem fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri iussimus, et nostra ducali bulla plumbea pendente muniri.

Datum in nostro ducali palatio, die vigesimo secundo mensis octobris, indictione quartadecima, millesimo quadringentesimo vigesimo.

Commemoralium XI. 43, u mlet. arkivu.

God. 1420. 14. studenoga, u Mletcih.

Senat mletački odgovara na molbe pažkih poslanika u poslu prodaje soli na Rieci.

A la serenissima dogal signoria et al so nobele e gracioso conseio humelmente expone e supplica Vulchos Raticovich e Staticho Lacovich ambassiadori del spectabel et egregio miser lo conte de Pago (Nicolaus Arimundo) e de i fidel servidori vostri del conseio e comunita de Pago, e per parte de la dicta comunita, che cun zo sia che gran quantitade de sal de i luogi non subditi ala vostra serenissima signoria vien portada ala parte de Flume, la qual cossa redonda a grandissimo danno de queli de Pago, che non puo spazar la so sal, et he gran danno de le intrade de la signoria vostra in Pago, che la vostra illustrissima et excellentissima signoria soura questo fato proveder se degna, chel dito sal non sia portado a le dite parte, ma solamente sia portado del sal del vostro luogo de Pago, e questo torneria in maximo utele de i vostri fedel e subditi de Pago, et eciandio dele intrade de la signoria vostra in lo dicto luogo. — Respondeatur, quod dispositi ad bonum et commodum fidelium nostrorum Pagi, presto provisionem opportunam et necessariam faciemus, quod ad dictam terram Fluminis non conducetur alius sal nisi sal loci nostri Pagi.[1]

Senato. Misti, vol. 53 c. 85, u mlet. arkivu.

God. 1420. 28. studenoga, u Mletcih.

Ugovaranje mira s Balsom gospodarom Zetskim. Slobodno poslanikom Sandalovim doći u Mletke.

1420, die 28. novembris. Quod scribatur comiti et capitaneo Scutari in hac forma. Per reditum viri nobilis Petri Lauredano capitanei nostri culphi informationem habuimus de praticis habitis cum Balsa et Stefano

[1] Item fuit concessum eodem die Pagensibus, quod habeant ad emphyteusim quasdam terras in Barbato, sicut iam scriptum fuit a. 1417 Bernardo de Melin tunc temporis comiti Pagi, et quod victualia, quae veniunt de Monte, conduci possint Jadram vel Venetias tantum. — Die vero 7 februarii permissum fuit Pagensibus salem ducere Sclissae sub Monte, et ibi victualia emere.

circa factum concordii tracti pro veniendo ad pacem cum nostro dominio, que fuerunt in effectu, quod contentabantur restituere nostro dominio Drivastum et eius districtum et territoria districtus Scutari occupata per eos cum omnibus et singulis eorum juribus, pertinentiis et confiniis, stando ad gratiam nostri dominii de facto provisionis olim solite ducatorum mille, quos dabamus singulo anno Balse, de quibus dictur ser Petrus tunc capitaneus noster non poterat facere aliquam promissionem, quia a nobis superinde nullum habebat mandatum. Sed quia volebant et petebant Lustizam et quasdam salinas alias tentas per eos in districtu Catari, destiterunt dicta causa firmare concordium predictum. Verum quia optamus potius viam pacis quam guerre, nec intrare intendimus in expensis, de qua nobis scripsistis, et vellemus libenter secum ad conclusionem concordii devenire, volumus et fidelitati vestre cum nostris consiliis rogatorum et additionis scribimus et mandamus, quatenus illis habilibus et dextris modis, qui vobis videbuntur, debeatis dare operam caute per illam congruam viam, quam putabitis fore utilem huic intentioni, de intrando in dictam practicam, et veniendo ad ipsam praticam concordii, sumus contenti, auditis propositis nobis pro parte sua, si eritis in differentia, prout prefertur, ut valeatis ad conclusionem venire, quod possitis promittere illos mille ducatos Balse provisionis olim solite, ubi primo nil sibi promittebatur de firmo; et credimus considerata ipsa promissione de ipsis mille ducatis, quod concludent modo predicto. In quantum vero pur fieret ipsa differentia de Lustiza et dictis salinis, volumus, quia informationem habemus, quod dicte res solent respondere de redditu yperpera mille ducenta, quod debeatis, quia non intendimus ullo modo dictam Lustizam nec dictas salinas dare cuiquam ex eis, videre, si per viam respondendi sibi pro una de dictis rebus de parte predicti redditus yperpera mille ducenta, remanendo alteram, possetis ad dictam conclusionem venire, et in tali casu sumus contenti, quod promittere possitis illam partem dicti redditus, que vobis videbitur. Verum si cum parte dicti redditus modo predicto concludere non poteritis, sumus contenti, quod possitis promittere pro Lustiça et salinis predictis omnia dicta yperpera mille ducenta. In quantum autem adhuc dicto modo non venirent ad conclusionem causa predicta, sumus contenti, ne restet modo aliquo a parte nostri dominii veniendi honeste per omnem viam congruam et rationabilem ad ipsum concordium, quod ultra dicta yperpera mille ducenta possitis adhuc promittere alios ducatos ducentos in anno, ponendo et declarando semper in omni concordio, quod nostro dominio restituatur, et rehabeamus Drivastum et eius districtum et territoria districtus Scutari occupata per eos vel alterum eorum cum omnibus et singulis eorum iuribus, pertinentiis atque confiniis. Et in quantum pur restaretis in differentia, nec possitis concludere, et ipsi vellent suos ambassiatores ad nostram presentiam destinare, sumus contenti, quod possitis facere sufferentias et dare ac fieri facere salvumconductum dictis ambassiatoribus per illud tempus, prout vobis videbitur. De parte omnes alii, de non 0, non sinceri 2.

Auditis et intellectis distincte et ordinate per litteras vestras destinatas nostro dominio et cancellario nostro his, que habuistis ob certum

casum perventum ad manus vestras a quodam nobili secretario et ambasciatore magnifici domini Sandali vaivode Bossine de intentione et dispositione dicti magnifici domini Sandali, comendantes de bona fidelitate et diligenti sollicitudine virtutem et sapientiam vestram, volumus, quod consideratis considerandis et habitis debitis cogitationibus intervenientibus circa hoc, pluribus causis rationabilibus et honestis, non possetis cum securitate persone vestre, quam caram habemus, tractare commode dictum factum, quod dicere debeatis dicto secretario et notificari facere ipsi magnifico domino Sandali, quod eius intentionem audivimus et inteleximus alacriter et libenter, et respondemus, quod potest mittere suos ambassiatores de eius intentione informatos ad plenum cum mandato et libertate in forma sufficienti et opportuna, nam inveniet nostrum dominium ad honesta et rationabilia continue benigne et gratiose dispositum. Et in quantum terminet mittere suos ambassiatores, et requireret salvum conductum pro ambassiatoribus predictis, sumus contenti, quod presens littera sit pro salvo conductu ad plenum pro dictis ambassiatoribus, quos ad nostram presentiam duxerit destinandos. De parte 80, de non 2, non sinceri 0.

Secreta consilii rogatorum lib. VII c. 190, u mlet. arkivu.

God. 1420. 17. prosinca, u Mletcih.

Odgovori na molbe trogirskih poslanika.

1420. die XVII. decembris. Cum ad presentiam nostram comparuerunt prudentes viri Donatus de Casotis et Jacobus Victuri ambassatores nostre communitatis Tragurij, qui preposita humili et subiectiva recommendatione pro parte dicte comunitatis, porrexerunt humiliter quedam capitula nostro dominio, ut lectum est huic consilio; vadit pars, quod dictis ambassiatoribus respondeatur, quod auditis et intellectis eorum capitulis per eos nostro dominio presentatis, respondemus:

Et primo ad primum capitulum, cuius tenor talis est, videlicet: Primo, quod vestrum Ducale dominium sua benignitatis gratia dignetur providere super debita nobilium et aliorum dicte civitatis Tragurij contracta a viginti annis citra prout eidem videbitur pro bono et comodo dictorum civium, ut possint ducere vitam suam cum eorum familijs sub umbra dominationis vestre prout sunt dispositi. Dicimus et respondemus, quod volentes requisitioni predicte comunitatis annuere gratiose, sumus contenti concedere et gratiam facere ipsis debitoribus, de quibus in ipso capitulo fit mentio, quod de predictis debitis faciant solutionem in annis decem, solvendo singulo anno decimam partem, et ita mandabimus observari.

Ad secundum huius continentie, videlicet: Quod semper usitatum fuit et habet illa comunitas Tragurij in suo statuto et reformationibus suis, quod vinum forense nullatenus Tragurium conduci potest sub pena contenta in statutis dicte comunitatis De novo predicti supplicant vestro pio et gratioso dominio, quatenus dignetur eidem comunitati predictam gratiam confirmare, videlicet quod vinum forense Tragurium non condu-

catur, sicut semper observatum extitit, et ut omnes habitantes in dicto loco habilius vivere possint. Dicimus, quod si est ut exponunt, et in ipso capitulo continetur, sumus contenti et placet nobis, quod eis serventur statuta et reformationes sue, et ita mandabimus fieri et observari debere.

Ad tercium huius tenoris, videlicet: Quia sunt multi dare debentes comunitati Tragurij, et e contrario sunt multi habere debentes a dicta comunitate, causa et occasionibus contentis in cedulis superinde factis, de quibus comes Tragurij non vult solvere aliquam ex dictis cedulis, sed bene vult exigere. Et cum iustum sit, quod sicut comunitas illa vult exigere debita sua, ita solvere debet debita, dummodo vera sint; supplicant predicti vestro pio et gratioso dominio, quatenus dignetur mandare comiti Tragurij, quatenus sicut exigit debita dicte comunitatis, ita solvere debeat, dummodo vera sint, ut persone, iuste habere debentes, suum habere valeant, et etiam quod dicte cedule possint recipi in solutionem debitorum pro quibuscunque, dummodo sint vere et non solute. Dicimus intellecta supplicatione sua, quod disponentes eos exaudire benigne, sumus contenti, quod habere debentes a dicta comunitate percipiant de cedulis eis datis, dummodo sint vere, solutionem suam, debendo, ut eis habilius cum comodo dicte comunitatis persolvatur, habere de illis solutionem predictam in annis decem, videlicet singulo anno decimam partem, possendo dare dictas cedulas cognitas veras in solutionem debitorum pro quibuscunque vere habere debentibus.

Ad quartum tenoris huiusmodi, videlicet: Quarto supplicant. quatenus vestrum dominium dignetur providere, quod in dicta civitate Tragurij sint duo medici, unus physicus et alter ciruicus, sicut semper habuit, ut illi vestri fideles de Tragurio in suis necessitatibus subvenire possint; et similiter dignetur providere de uno speciario et uno barbitonsore, sicut semper habuit et tenuit dicta comunitas pro comodo dicte comunitatis Tragurij. Dicimus fore contenti, et quod nobis placet, sicut etiam per privilegium nostrum dicte comunitati datum alias concessimus gratiose, quod possint habere medicos et alios prout in dicto privilegio continetur.

Ad quintum, quod sic sequitur, videlicet: Quinto supplicant, quod quia in construendo fortilicium et foveas in dicta comunitate Tragurij et pro platea ante dictum fortilicium facienda multe domus nobilium et civium deinde accepte fuerunt, de quibus aliqui in recompensationem suarum habuerunt concambium et aliqui non, quod illi, qui habuerunt concambium, habeant confirmationes suas a vestro dominio de eo, quod habuerunt; et quod illis, qui non habuerunt aliquid in concambium suarum possessionum datarum vestro dominio, per dominium vestrum provideatur. Dicimus, quod mandabimus, quod illis nostris fidelibus tragurinis, quorum possessiones fuissent accepte seu accipientur et tenerentur causa fortificationum factarum seu fiendarum iuxta mandata nostra, debeat in recompensationem suarum possessionum fieri et dari concambium et equivalentiam bonam de alijs possessionibus nostris Tragurij, per modum quod habebunt merito contentari, et faciemus ac mandabimus, quod de eo quod habebunt, et sibi datum fuerit de possessionibus nostris ut prefertur loco predictarum possessionum eorum, debeat sibi fieri auctoritate nostra in opportuna forma confirmatio debita.

Ad sextum et ultimum infrascripti tenoris, videlicet: Quia stipendiarij vestri dominij hucusque steterunt et habitarunt in domibus fidelium vestrorum deinde, et stant ad presens, et nichil solverunt, et condignum sit, quod affictus domorum persolvatur, supplicant, quod stipendiarij solvere de cetero debeant affictus domorum, in quibus habitant, ut illi, quorum sunt dicte domus, vivere et se nutrire possint cum suis familijs. Dicimus quod ordinabimus, quod eorum domus non occupabuntur per stipendiarios predictos. Et in quantum tenerentur, mandabimus, quod de illis debeat eis solvi h neste et iuste affictus eorum per modum, quod habebunt merito contentari.

Ordinetur insuper, quod providus vir Buffalus Duymi debitor comunis, non obstante gratia pridie sibi facta pro debito, in quo tenetur comuni, sit ad conditionem debitorum, de quibus in suprascripto primo capitulo fit mentio, ita quod gaudeat benefitio dicti primi capituli, et de predicto suo debito solutionem faciat in annis decem, solvendo singulo anno decimam partem prout alij. De parte 75.

Vult quod differatur usque diem Jovis proxime futuri. De parte 14, de non 4, non sinceri 1.

Secreta consilii Rogatorum, lib. VII, u mlet. arkivu.

God. 1420. 23. prosinca, u Mletcih.

Naloženo načelniku Hvara, da putem osobitoga nameta izplati njeki općinski dug.

1420. 23. decembris. Tempore represaliae a nobis concessae contra Liesnam, tunc subditam regi Hungariae, in favorem nostri civis Johannis Bono fuit capta navis Matthei de Fumatis Jadrensis tunc abitatoris Liesnae. Comunitas Liesnae pro satisfactione sua dedit ei quosdam introitus usque ad summam ducatorum 500. Postquam vero Liesna nostro dominio fuit adnexa „dicti introitus ponuntur in nostrum comune, et exiguntur per nostrum comitem Liesne“, cuius causa Mattheus habuit tantum 144 duc. Scribatur comiti Liesnae „quod debeat ponifacere unam coltam inter ipsam comunitatem, de qua debeat satisfacere dicto nostro fideli usque ad integram solucionem“.

Exititii Spalatenses multum fecerunt in favorem nostrum pro aquisitione Spalati et aliarum terrarum; sed „in capitulis concessis per nostrum dominium comunitati Spalati in adeptione ipsius terre“ fuit promissum, quod exititii et exbanniti „ullo unquam tempore remittantur in civitatem Spalati“; captum, quod omnia bona, quae fuerunt Micaccii Traguriensis, dividantur inter ipsos.

Misti. LIII, u mletačkom arkivu.

God. 1420. 30. prosinca, u Mletcih.

Odgovori na molbe spljetskih poslanika.

1420. die XXX. decembris. Cum ad presentiam nostram comparuerunt ambassiatores civitatis Spalati, qui proposita debita et condigna

reccommendatione, porrexerunt capitula lecta huic consilio, vadit pars, quod dictis ambassiatoribus respondeatur, quod visis eorum capitulis dominio nostro per ipsos reverenter porrectis, dicimus eis responsiones nostras in hunc modum, videlicet:

Et primo ad primum capitulum huius tenoris: Primo supplicatur vestre illustrissime dominationi, ut de gratia speciali nobilium et pro securitate et bono statu civitatis Spalati vestrum illustrissimum ducale dominium faciat fieri castrum sive fortilicium in civitate eiusdem, et quod omnes et singuli introitus et credita comunitatis tam preterita debenda comuni per tempora, quam presentia et futura illustrissimum et prefulgidum ducale dominium recipiat in se, et quod dominium prelibatum provideat de expensis fiendis per comunitatem tam pro salariatis quam pro expensis alijs occurrentibus pro securitate et beneficio civitatis, et pro recuperatione confiniorum et bonorum occupatorum tam comunis quam specialium personarum, non obstantibus capitulis privilegij vestre illustrissime dominationis nobis gratiose facti in hac parte loquentibus, videlicet de castro et comunitate, alijs capitulis dicti privilegij in omnibus in sua firmitate manentibus. Dicimus et respondemus audita et intellecta continentia dicti capituli, et considerata eorum laudabili et fidelissima dispositione ad honorem status nostri iamdudum nobis notissima, licet non foret expediens neque opus nostro dominio facere nec habere considerationem ad hedificationem castri sive fortilicij pro securitate status nostri in illa terra ob maximam fidelitatem eorum, tamen habita debita meditatione ad supplicationem eorum, sumus contenti iuxta continentiam dicti capituli facere construi et fieri castrum sive fortalicium, prout parte dicte nostre fidelissime comunitatis Spalati supplicarunt humiliter. Tenentes firmiter pro securissimo et principali fortilicio et castro dicte civitatis optima corda et fidelissimas dispositiones dictorum nostrorum fidelium, quos manifestis experientijs et effectibus vidimus clarissime ad honorem status nostri in dies continue promptiores * Omnesque et singulos introitus et credita dicte comunitatis preterita, presentia et futura, sicut supplicarunt devote, pro et in nostro dominio acceptamus, provisuri de expensis fiendis per comunitatem predictam pro salariatis et alijs necessarijs, prout nostro dominio per tempora videbitur fore convenienter et opportunum.

De parte 47. 45.

Volunt partem suprascriptam usque *, et volunt, quod omnes et singuli introitus et credita dicte comunitatis preterita, presentia et futura, prout in dicto capitulo continetur, sint et remaneant dicte comunitati, de quibus fiant expense et alia necessaria, et observetur modus solitus et consuetus.

De parte 41. 54, de non 2, non sinceri 5. 3.

Ad secundum huius continentie. Item quia comes Johannes Citine tenet occupata bona comunis Spalati et ecclesiarum ac specialium personarum, in salinis, molendinis, follis et villis comunis, ascendentes annuatim ducatos VIIm. auri, et camera salis petietur de damno annuatim ducatos MIIc. Ecclesijs et specialibus personis sit damnum omni anno de ducatis VIIIIc. auri, supplicantes vestro illustrissimo dominio, ut provideat de remedio opportuno.

Ad tercium continens. Item quia idem comes Johannes accipit tributum Spalatensibus illic transeuntibus, quod accipere non debet tam per privilegia quam ex consuetudine, supplicant vestro ducali dominio, ut provideat.

Ad quartum huius tenoris. Item quia Policenses tenent occupata bona comunis Spalatensis, videlicet villas, molendina et salinas, quorum redditus annuatim ascendunt duc. IIIIc. auri, et salinas, villas et territoria ecclesiarum et specialium personarum, de quibus camera salis patitur annuatim de damno duc. IIIc, ecclesie et speciales persone ferunt de damno omni anno duc. IIc.; dicimus, quod de continentia dictorum capitulorum informati manemus, et debent esse certissimi, quod in quibuscunque reperient et habebunt continue nostrum dominium paratum ad faciendum alacriter et libenter illas provisiones, quas ad bonum et comodum suum putabimus fore utiles; et secundum dispositionem et congruitatem temporis nostre intentionis et propositi est velle circa predicta, prout supplicant, providere.

Ad quintum tenoris huiusmodi. Item quia iam civitas Spalati erat sub tuitione vestri almi dominij ducalis, in vindemijs proxime preteritis Policenses invaserunt campum Spalati ultra id, quod tenent occupatum, auferentes uvam et fructus ecclesiarum et specialium personarum ad valorem ducatorum VIc. auri, et de hoc non saciati, ipsi Policenses de mense septembri tempore nocturno transitum fecerunt per districtum castri Clisij, quod est comitis Johannis Citine, et armata manu invaserunt villam R. in christo patris domini P. archiepiscopi Spalatensis, homines gravissime sauciando et animalia in copia derobando, et cum eadem preda diurno tempore per eandem viam reversi sunt Policium; supplicantes vestro almo ducali dominio, ut eripiat eos de faucibus yantis draconis, et provideat de remedio opportuno.

Ad sextum huius tenoris: Item quia castrum Clisij et castrum Almisij semper fuerunt stimulus civitatis Spalatensis et Tragurij precipue nunc, cum vestrum almum dominium ducale habet dominium earundem, et nisi vestrum prefulgidum dominium provideat de remedio opportuno, pericula multiplicia iminent vestris civitatibus Spalati et Tragurij. Dicimus et respondemus, quod vigilantes ad quietum et pacificum bonum dictorum nostrorum fidelium, dabimus operam in providendo superinde de remedio opportuno tempore apto et congruo, nam bene sciunt circa predicta habilitatem temporis foret principaliter necessaria.

Ad septimum huius tenoris. Item quia sunt aliqui nobiles emptores datiorum comunis, restantes dare comuni certas pecuniarum quantitates ad summam ducatorum quingentorum, et ipsi habeant cedulas, et sunt etiam creditores comunis, et tempus dacij sit finitum, postquam civitas Spalati submisit se dicto ducali dominio, et aliquibus sit ante finitum, et aliqui ex alia causa sint debitores et etiam creditoros, et pro solutione vellent dare cedulas quas habent. Et privilegium vestre illustrissime dominationis dicat, quod creditoribus comunis solvatur de denarijs superhabundantibus soluto primo comite etc. Supplicantes vestre illustrissime dominationi, ut dignetur declarare, utrum debeant solvere cum cedulis an cum denarijs numeratis. Dicimus, quod disponentes intentioni

fidelium nostrorum in possibilibus annuere gratiose, sumus contenti et placet nobis, quod creditores dicte comunitatis pro creditis temporum preteritorum ante habitionem dominij nostri dicte civitatis, qui sunt alijs causis debitores, prout in dicto capitulo continetur, possint dare eorum cedulas, quas habent de suis creditis predictis pro solutione debitorum, in quibus tenentur, existentibus dictis cedulis cognitis veris.

Ad octavum continens. Item quia cancellario, medico et notario comunis Spalati dudum non fuit integraliter pro eorum salario satisfactum, propter nimias oppressiones civitatis, supplicatur vestre dominationi prefate, ut dignetur de gratia speciali concedere, ut extrahantur de bonis exbanitorum seu de alijs bonis comunis Spalati a ducatis IIIc. infra pro satisfaciendo salariatis predictis. Dicimus de contentis in dicto capitulo nullam informationem habere, sed debent esse certissimi et tenere firmiter, quod in honestis reperient nostrum dominium semper benigne dispositum et paratum. Et propterea scribemus superinde provisori nostro Spalati, pro habendo de contentis in dicto capitulo informationem ad plenum, qua informatione habita, deliberabimus circa predicta, prout nostro dominio videbitur fore iustum.

Ad nonum tenoris huiusmodi. Item cum comunitas Fare restaret comunitati Spalati duc. C. et Farenses se defendunt, quod dominus Paulus Pasqualigo, tunc vester capitaneus, eos acceperit, quod si accepit, supplicatur vestro illustrissimo ducali dominio, quod de gratia speciali pro reparatione palacij pro comite Spalati dictum ducale dominium concedat pro dictis ducatis C. de lignamine, et quod possit extrahi sine datio. Et si ipse dominus Paulus non accepisset dictam pecuniam, supplicatur dicto ducali dominio, ut dignetur per sue serenitatis literas mandare comunitati Fare, ut tribuat justicie complementum pro satisfactione dicte pecunie. Dicimus, quod de gestis factis tempore guerre, maxime de his, que statim finem recipiunt ob nimia damna, que diversimode quomodolibet fiunt, non est solitum posito fine guerris loqui nec dici quicquam, nam esset pluribus causis impossibile providere. Et sicut sciunt, dictus ser Paulus tempore guerre tunc existentis fuit Fare et causis supradictis circa dictum capitulum non est aliud dicendum.

Ad decimum continens. Insuper quia magnificus dominus Petrus Lauredano capitaneus culfi, dum habuit introitum in civitate Spalati pro illustrissima nostra dominatione, nobis promisit, et sic continet privilegium nobis datum, quod exbaniti civitatis nunquam admittantur in civitate, et quod eorum nomina scribantur in privilegio, ut apparet litera ipsius domini capitanei. Supplicatur vestre dominationi prefulgide, ut ipsorum exbanitorum nomina dignemini in nostro privilegio facere annotari ad memoriam futurorum. Responsionem facimus, quod fiat prout in ipso capitulo continetur, et mandavimus nomina ipsorum banitorum inferius subscribi, sicut in litera ser Petri Lauredano tunc capitanei nostri Culfi missa nostro dominio distincte ipsa nomina sunt notata.

Nomina banitorum sunt ista, videlicet.

Ad undecimum huius tenoris. Item quia in reversione ab exercitu magnificus dominus Petrus Lauredano capitaneus culfi in suo recessu a civitate Spalati, bombardam magnam fulcitam exportari fecit, quod non

ambigimus de mandato vestre illustrissime dominationis fore factum, nobis cedit ad gratum cum nedum bombarda, sed persone nostre et bona nostra semper parate et parata sunt et esse reperientur pro statu et honore et fidelitate, et ad voluntatem et mandatum vestre illustrissime dominationis predicte. Respondemus, quod dictam bombardam in agendis nostris occurentibus necessariam nostro dominio accipi fecimus, nam attenta sincerissima dispositione dictorum nostrorum fidelium, quos cum vero intrinseco mentis scimus fore optime dispositos ad honorem et comoda status nostri, accipi et tolli mandaremus ita de rebus deinde, sicut proprie faceremus hic Venetijs.

Ad duodecimum continens. Item cum R. pater dominus P. archiepiscopus Spalatensis fidelitatem illibatam gerit vestre illustrissime dominationi, et cura vigili omni hora vigilat, et preponit quecunque sua. R. pater videt et noscit ad augmentum status et honoris dominationis prefate, omnibusque sit humilis, humanus et acceptus; supplicatur eidem dominationi, ut dignetur eundem tanquam fidelissimum oratorem sue serenitatis, habere circa omnia sibi occurrentia pro statu sue ecclesie favorabiliter reccommissum. Dicimus, quia tenemus dictum dominum archiepiscopum bone fidelitatis et assiduum oratorem nostri dominij, et esse qualitatis et conditionis, prout in dicto capitulo continetur, quod habebimus eundem apud nostrum dominium favorabiliter reccommissum.

Ad terciumdecimum tenoris huiusmodi. Item etiam quia palatium comunitatis huius, pro comitatu sit combustum, et comes venturus cum familia non habebit ubi habitare, supplicatur eidem illustrissime dominationi, ut dignetur providere sive concedere provideri pro reparatione dicti palacij. Dicimus et respondemus, quod volentes dictum palatium debere debite aptari, mandabimus, quod de tempore in tempus per comites nostros, quos illud destinabimus, dictum palatium debeat aptari et debite reformari. De parte omnes alij, de non 5, non sinceri 3.

Secreta consilii rogatorum VII, u mlet. arkivu.

God. 1420. 30. prosinca, u Mletcih.

Nagradjuju se zasluge Tome Jurića Šibenčanina.

1420. die 30. decembris. Cum egregius vir Thomas Jurich civis et fidelis noster Sibinicensis multis modis et notabilibus experientijs ostenderit fidelitatem et ferventissimam dispositionem quam habet ad honorem et bonum statum nostri dominij, et in partibus Dalmatie in omnibus opportunitatibus occurrentibus cum persona, et quomodocunque potuit, tam bene et mirabiliter se gessit omnibus suis expensis, quod omnes capitanei, rectores et nobiles, qui fuerunt in partibus et negotijs illis, dicunt mirabilia de factis suis. Et propter bene gesta, et servitia sua alias date et deputate sibi fuerunt libre CLta parvorum singulo anno in vita sua, sed sicut per omnes comuniter dicitur et modo noviter per nobilem virum ser Petrum Lauredano, qui fuit capitaneus generalis culfi, idem Thomas tam notabiliter se gessit tam contra Tragurium quam contra Spalatum, et in omnibus alijs casibus absque aliquo premio vel

soldo ad omnes suas expensas, quod merita et servicia sua requirunt maius premium maioremque retributionem; propterea vadit pars, ut idem Thomas possit de bono in melius continuare bona opera sua et melius servire nostro dominio, quod sicut habet libras CLta in anno, ita habere debeat decetero libras trecentas parvorum in anno in vita sua pro remuneratione servitiorum et meritorum suorum. De parte 103, de non 2, non sinceri 1.

Misti. Lib. 53 c. 94, u mlet. arkivu.

God. 1421. 3. siečnja, u Mletcih.

Knezu Šibeničkomu dozvoljuje se trošak za njeke potrebe; a piše se svim ondašnjim knezovom, da jedan drugomu pomogne proti dušmaninu.

1421. die 3. januarii. Capta. Quod scribatur comiti Sibinici in hac forma:

Intellecta requisitione vestra, ut mittamus vobis denarios pro laborerijs castri, vobis respondemus, quod quia via a parte terre aperta est, certi reddimur, quod sat habebit bonam condicionem, ex quo non dubitamus, quod deinde habebitis denarios, et facietis, sicut fecerunt precessores vestri, qui de denarijs deinde fecerunt ea, que fuerunt necessaria, non molestantes nostrum dominium.

Preterea iuxta requisitionem vestram cum nostris consilijs rogatorum et additionis vobis concedimus, quod pro faciendo aptare cisternam palatij comunis et putea, et pro laborerijs alijs necessarijs, possitis expendere ducatos sexaginta de pecunia nostri comunis.

Insuper audita requisitione vestra deliberavimus cum nostris consilijs rogatorum et additionis, quod singulo anno in festo sancti Simonis et Jude, quo die fecimus introitum civitatis Sibinici, comites nostri, qui per tempora erunt, ponant unum palium precij ducatorum quindecim de denarijs nostris comunis pro ballistarijs et arzerijs. Et propterea cum dictis nostris consilijs vobis scribimus et mandamus, quatenus dictum palium ponere debeatis pro ballistarijs et arzerijs, sicut superius continetur.

Preterea concedimus vobis cum nostris consilijs rogatorum et addictionis, quod possitis accipere unum interpretem cum alia quam minori expensa poteritis, pro utilitate nostri comunis.

+ omnes alij — 0 — 2.

Misti. LIII. 96, u mlet. arkivu.

Die suprascripto.

Capta. Quod scribatur rectoribus Jadre, Sibinici, Tragurij et Spaleti in hac forma.

Volentes providere ad defensionem et conservationem terrarum et locorum nostrorum Dalmatie et eorum districtuum, et ad offensionem inimicorum nostrorum, fidelitati vestre cum nostris consilijs rogatorum et additionis scribimus et mandamus, quatenus debeatis vos intelligere cum rectoribus nostris Sibinici, Tragurij et Spaleti, et ad defensionem terra-

rum et districtuum vobis et eis commissorum et ad offensionem inimicorum nostrorum, subveniendo vobis ad invicem in casibus occurrentibus, tam contra comitem Johannem de Citines et Polizanos, quam contra alias gentes descendentes ad damna nostra, semper tamen cum securitate terrarum et locorum vobis commissorum. De parte omnes.

Victor Bragadin provisor Spalati.

Rectoribus item ordinatum, ne recipiant Morlachos in suos districtus ad pasculandum.

Misti. LIII. 96, u mlet. arkivu.

God. 1421. 5. siečnja, u Mletcih.

Piše se providuru u Spljetu, neka obeća kralju bosanskomu javnu pripomoć po moru, ako se obveže, da će i on pomagati Mletčanom sa strane kopna; a mletački gradovi se upućuju, neka se proti neprijatelju medju sobom slože.

1421. die v. januarii. Cum habeatur informatio, quod rex Tuerticus rex Bossine sit bonus amicus nostri dominii, et libenter vellet se intelligere nobiscum, et succurrere nostro dominio a parte terre, si nostrum dominium a parte maris promittat non dare transitum alicui volenti ire ad damna sua; vadit pars, quod scribatur provisori nostro Spalati, quod audivimus ea, que scripsit super facto regis Bossine, et damus ei libertatem possendi convenire cum dicto rege sive nuntiis suis: quod ipse rex promittat succurrere nostro dominio sive rectoribus nostris Dalmatie, in casu quo per comitem Johannem sive Polizanos vel per alias gentes molestarentur civitates et loca nostra Dalmatie sive earum districtus, et dare favorem et auxilium, quod castra Clisii et Dalmisii et duo alia castra contigua locis nostris perveniant ad manus nostri dominii. Et possit nostro nomine dicto regi promittere, quod nostrum dominium per mare non dabit Turchis nec aliquibus aliis gentibus volentibus ire ad damna dicti regis transitum, subsidium nec favorem. Verum si ultra predicta dictus rex alia peteret, eidem respondere debeat, quod si dicto regi placet, potest suam ambassiatam mittere ad presentiam nostram, quia nostra dominatio eam videbit alacriter et libenter.

+ 106 — 0 — 1.

Cum sit utile et necessarium providere, quod rectores nostri Dalmatie adinvicem se intelligant ad defensionem et conservationem terrarum nostrarum Dalmatie et districtuum suorum, et ad offensionem nostrorum inimicorum; vadit pars, quod scribatur rectoribus nostris Jadre, Sibenici, Tragurii et Spaleti, quod debeant ad invicem se intelligere ad defensionem terrarum et districtuum eis commissarum et ad offensionem inimicorum nostrorum, subveniendo sibi adinvicem in casibus occurrentibus tam contra comitem Johannem et Polizanos, quam contra alias gentes descendentes ad damna nostra, semper tamen cum securitate terrarum et locorum eis commissorum.

+ 103 — 2 — 1.

Secreta consilii rogatorum, vol. 7. c. 196, u mlet. arkivu.

God. 1421. 14. siečnja, u Mletcih.

Odgovori na molbe pučkih poslanika Šibeničkih.

1421. die xiiii. januarij. Quod scribatur comiti Tragurij et successoribus suis in hac forma. Significamus vobis, quod venientibus ad presentiam nostri dominii prudentibus viris Antonio Andree, Laurentio Stipotii et Christoforo Stephani, oratoribus totius populi nostri Tragurii, quedam capitula nostro dominio porrigendo, visis et auditis capitulis predictis, deliberavimus cum nostris consiliis rogatorum et additionis die quartodecimo januarii circa ipsa capitula, prout cuiuslibet eorum infra declaratur et continetur distincte.

Et primo ad primum capitulum huius tenoris, videlicet: Supplicant, ut sint exempti de angariis, prout sunt dalmatini, qui sub almo dominio vestro sunt, et hoc propter quatuor. In primis, quia homines sunt pauperimi; postquam habuerunt guerram, nunquam de redditibus eorum potuerunt ullam utilitatem habere. Secundo, quod illi de civitate nova propter ignem totum perdiderunt in spacio unius hore; tota civitas nova fuit combusta, et opportet, quod illi de civitate veteri adiuvant eos cum sua paupertate, et omnes citius ad inopiam devenient Tercio sunt aliqui nobiles oblocutores, qui dicunt illis pauperibus: putabatis esse liberi, et quod daretur vobis ala sanci Marci, videte quomodo sitis modo tractati. Quarto nos promisimus dicto populo per nomen almi ducalis dominii, verbo domini Nicolai Capello, qui tunc erat capitaneus culphi, et verbo domini Benedicti de Capello comitis Sibenicensis, et verbo domini Bernabonis Lauredano ad presens comitis Sibenici, quod erunt tractati pro ut alii Dalmatini sine angariis, et fiet iustitia tam magno quam parvo, prout est verum, dictus Laurentius fuit missus in Sibenico de nocte certis ex parte nostris dicto domino capitaneo, tribuendo dictam civitatem et comitibus prefatis, per nos nunquam remansit ad istud constanter manere prout per effectum est ostensum, hoc ideo fecimus, quia erant aliqui nobiles, qui cum ipso (episcopo) Traguriensi et malefactoribus advenis potestatem regis usurpaverant tanquam tirani, bona comunitatis et ecclesiastica non sufficiebant eis, sed adhuc conabantur nostrum sanguinem. Fiat prout petunt.

Item placeat ut fiat debito modo, si debet esse aliqua angaria aut colta posita, prout in ista Venetiarum lucidissima civitate et in aliis civitatibus alme dominationis vestre, quia in recessu nostro a Tragurio, dominus Simon Detrich comes noster distribuit per civitatem certum bladum, videlicet ordeum pro libris quatuor et solidos quinque modium, quod non valebat libras tres, pauperes, qui propter ignem perdiderunt quicquid habuerunt, et alii non habentes unde solvere, vix modium vendiderunt quinquaginta solidos, coram predicto comite querimoniam fecerunt, dicentes cuilibet nostrum tantum est missum de blado, quorum paupertas non valet centum libras, sicut nobiles, qui sunt divites, ad quatuor vel quinque millia ducatorum; qui comes respondit: culpa non est mea, commisi nobilibus ut dividant sicut melius sciant; usque modo in omnibus factis nostris taliter fuimus tractati, et istud est quod extrasit

nos, non esse sub eorum tiranico dominio. Responsionem fecimus, quod fiat prout petunt.

Item dignemini tenere nos in nostris libertatibus, in quibus eramus usque dum dicta civitas devenit ad manus almi dominii vestri; omnes domini, quibus servivimus, non exigerunt a nobis trintesimum de redditibus nostris, nec unquam solvimus, modo dominus comes isto anno fecit, ut solvamus contra omnia jura nostra, et alma dominatio vestra per privilegium confirmavit nobilibus nostris omnes nostras consuetudines antiquas. Fiat sicut petunt.

Item isto anno dictus comes fecit solvere soldum unum pro qualibet mensura musti de quolibet cive, que consuetudo a constitutione civitatis non fuit facta. Verum est, quod nobiles fecerunt istud nisi per quinque annos; cives videntes se iniuriati, hoc deposuerunt; similiter et Spalatenses fecerant istud datium, et postmodum deposuerunt, dominus provisor Spalatensis, videns quod non est iustum, deposuit, sed dominus comes noster recepit a nobis. Quam obrem supplicamus, ne sit nobis prius quod non fuit. Fiat sicut petitur.

Item serenissimo dominio vestro scripsimus, qualiter Ventura, filius Johannis Venture, fuit salariatus in civitate nostra per septenium, qui fideliter se gessit nobiscum, quando dedimus civitatem almo dominio vestro, laudando benignissimam dominationem vestram in animando homines, ut constantes permaneant in fidelitate almi dominii vestri, qui utique fidelissimus, ideo supplicamus, ut possit inter nos manere, qui semper fuit adversarius patris sui, quem tanquam inimicum mortalem et non filium tenebat, quia Ventura videns nequissima opera patris sui, recessit ab eo, et secum non habuit aliquid facere sunt iam XII. anni transacti. Respondimus, quod audita et intellecta continentia dicti capituli mentionem facientem de factis predicti Venture, sumentes firmam fiduciam, ac tenentes eundem Venturam esse qualitatis et fidelitatis prout in dicto continetur capitulo, sumus contenti assentire et sibi concedere prout petitur.

Item nos omnes semel pro semper cum pura fide iuravimus esse fideles et obedientes almi dominii vestri in tantum, quod sensus noster modicum se extendit notificare negotium, quod spectat ad conservationem dominii vestri; verum nobis videtur, ut fiat cito aliquod fortilicium in Tragurio, et istud pro certis respectibus, de quibus si placuerit D. V. potest habere informationem cum toto, quod vestra profunda providentia istud et aliud melius sit. Respondimus, quod intellecta continentia dicti capituli, videntes per vestram experientiam cum aperto et evidenti effectu eorum commendabilem et fidelissimam dispositionem ad conservationem status nostri, ob quam eos habemus apud nostrum dominium intrinsece commendatos, mandabimus fieri et construi castrum, prout humiliter petierunt et supplicarunt. Quare etc. De parte omnes alii. De non 3. Non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum VII. u mlet. arkivu.

God. 1421. 7. veljače, u Mletcih.

Naloženo knezu Kotorskomu, neka sve moguće upotrebi proti neprijatelju Balsi. Šalje mu se zapitano oružje; a glede troškova, neka gleda da ne budu veći od prihoda onoga grada.

1420. die 7. februarii. Quod scribatur ser Anthonio a Bocholis comiti et capitaneo Catari in hac forma. Quamplures literas vestras diversis diebus datas. ultimas vero sub die xv. decembris elapsi per adventum prudentis viri Anthonii Pucii de Actis cancellarii illius fidelis nostre comunitatis Catari recepimus. quas omnes audivimus. et de ipsorum omnium continentia ac de omnibus per vos et illos nostros fideles gestis in honorem nostrum, ac defensam et comodum ipsius terre ac districtus et fidelium nostrorum contra illum Balsam inimicum nostrum et gentes suas, ac de acquisitione illarum duarum villarum et de reliquis omnibus plenissime remansimus informati. audivimusque preterea omnia, que idem cancellarius oretenus explicavit, pro quibus omnibus, que nobis admodum placuerunt. virtutem, probitatem vestram illiusque fidelissime comunitatis nostre, ac promptitudinem et bonum animum omnium fidelium nostrorum merito commendamus, inducentes et hortantes vos et illos, ut per omnes modos et vias possibiles ad damnum et confusionem dicti inimici nostri Balse ac locorum et subditorum suorum solicite et viriliter intendatis, sicut de fidelitate et virtute vestra confidimus. Ad subventionem autem gentium armigerarum equestrium et pedestrium, quam requiritis pro subversione et totali destructione status dicti perfidi Balse, cum nostris consilijs rogatorum et additionis respondemus et dicimus. quod sicut scitis alias nobilis vir ser Petrus Lauredano capitaneus noster generalis culphi nomine nostro tenuit praticam pacis cum dicto Balsa. que propter certas differentias conclusionem non habuit. Deinde super hac ipsa materia scripsimus comiti et capitaneo nostro Scutari, sibique dedimus libertatem, ut si idem Balsa suos ambassiatores ad nos mittere vellet, eis faciat salvum conductum; et abinde citra nescimus. quod in hoc facto secutum sit. Et propterea expectantes dictam responsionem, non possumus pro presenti ad factum dictarum gentium aliud respondere; sed si aliquid superinde deliberavimus, reddemus vos de omnibus informatum; sed isto interim, sicut prediximus, ad conservationem honoris nostri et partium illarum ac confusionem et ruinam inimicorum nostrorum solicite vigiletis, intelligendo vos cum comite et capitaneo nostro Scuttari, sicut scribitis ut hoc melius facere valeatis.

Et ut illi fideles nostri, quos scribitis, in his factis multos enses et arcus fregisse ac clipeos et sagittas sive frecias consumpsisse. possint melius contra hostes intendere, mittimus vobis secundum requisitionem vestram enses quinquaginta, clipeos sive targetas quinquaginta, arcus quinquaginta et frecias quinque millia. quas res et arma, sicut melius et utilius vobis videbitur, distribuatis inter illos, qui in his negotiis se exercent.

Preterea quia dicitis fecisse aliquas expensas in pane, vino et similibus pro subventione et refrescamento fidelium nostrorum, qui iverunt et quotidie vadunt contra hostes absque aliquo premio, et insuper fecisse

ac facere oportere aliquas expensas pro retrahendo aliquos ab obedientia Balse, et reducendo eos ad subiectionem et obedientiam nostram, quas omnes expensas fecistis et facitis cum consilio et consensu illorum fidelium nostrorum de Cataro, vobis respondemus cum dictis consiliis, quod confidentes de vobis et illis, ac firmiter opinantes, quod omnia fiant pro honore nostri dominij et comodo agendorum nostrorum, tales expensas acceptamus et approbamus, de quibus tamen faciatis tenere computum ordinatum, et nos de tempore in tempus advisando tam de expensis factis quam fiendis; advertendo, quod tales expense non excedant introitus.

Insuper ut castrum nostrum Catari bene custodiri et conservari possit in omnem eventum, placet nobis, et cum dictis consiliis mandamus, quod loco pagarum, que ad presens sunt ibi deputate, quia non est bene conveniens, quod huiusmodi fortilicia per terrigenas vel districtuales custodiantur, deputare et ponere debeatis apud castellanum pagas duodecim hominum forensium, in casu quo videatis, quod hoc fieri possit de introitibus illius civitatis. Et si, ut predicitur, videbitis, quod introitus sint sufficientes, volumus, quod hanc nostram intentionem exequi debeatis, procurando reperire ibi homines forenses et fidos cum illo minori soldo quo poteritis, quia certi sumus, quod tales homines forenses aptos ad hoc ibi ad sufficientiam repperietis. Et si forte non esset possibile reperire ibi tales viros, in hoc casu requiratis comitem nostrum Tragurii, quod vobis mittat pagas duodecim ex illis, quas habet in Tragurio pro custodia dicti castri, nam scribimus et mandamus sibi per literas presentibus alligatas, quod ad omnem vestram requisitionem ipsas pagas duodecim vobis debeat destinare, quas literas sibi mittere poteritis in casu quo deliberetis et videatis facere posse ea, que superius continentur, et quod introitus sufficiant ad expensas; sed si ad hoc providere poteritis absque diffulcire Tragurium stipendiariis nostris, istud nobis valde placebit. De parte 98, de non 0, non sinceri 2.

Misti LIII. c. 107, u mlet. arkivu.

God. 1421. 15. veljače, u Mletcih

Republika dozvoljava njeku povlasticu knezu Senjskomu usprkos naredbi, kojom zabranila bjaše, da se trgovina u Senj po moru vozi ili da se izvaža bud kamo osim u Mletke.

1421. die 15. februarii. Cum comparuerit ad presentiam nostri dominii unus ambassiator magnifici comitis Segne, exponens, quod dictus dominus suus semper fuit et est bonus filius et servitor nostri dominii, et ob fidelitatem, quam semper habuit erga nostrum dominium, multociens fuit in periculo amittendi statum suum, quia dominus rex Hungarie multotiens fuit in termino destruendi dictum dominum comitem, filios et statum suum. Et cum fecerimus certam provisionem, quod mercationes non possint extrahi de Segna pro conducendo alio nisi Venetias, et quod de aliquibus partibus mercationes Segnam conduci non possint, que prohibitio est cum maximo damno dicti domini, quia conservatio status sui consistit in datiis, que exigit in terra sua Segne, dignemur dictam pro-

hibitionem removere etc. Vadit pars, quod respondeatur dicto ambassiatori, quod audivimus et intelleximus ea, que nobis exposuit ex parte domini sui, et respondemus, quod dictum magnificum comitem Segne semper habuimus in bonum amicum nostri dominii, et sic habemus et tenemus. Et ad requisitionem, quam facit, ut dignemur removere prohibitionem per nos factam, dicimus, quod sicut dictus magnificus dominus comes scire potest, dominus rex Hungarie fecit prohibitionem quod de partibus Hungarie et aliis locis eidem subiectis mercationes non possint conduci Venetias, propter quod deliberavimus similem prohibitionem facere, quod per maria nostra non possint conduci mercationes alique ad aliquas terras et loca, de quibus possint postea conduci in Hungariam et alia loca dicti domini regis, nec de locis domini regis extrahi pro conducendo ad alias partes quam Venetias, quam prohibitionem volumus firmam tenere. Sed ut dictus dominus comes videat, quod suam magnificentiam diligimus, sumus contenti, quod sua lignamina possint extrahi secundum quod extrahi poterant per elapsum, cum conditione, quod cum dictis lignaminibus extraherentur, habebimus lignamina, mercationes et navigia fore perdita, et providebimus etiam, quod lignamina non extrahentur. Sed quia dictus dominus comes requirit, ut mittamus aliquem nostrum fidum ad presentiam suam, cui possit aliqua secreta dicere, respondemus, quod sumus contenti mittere ad presentiam suam unum nostrum fidum nuntium, cui poterit omnia que voluerit confidenter dicere. De parte 64, de non 3, non sinceri 13.

Secreta consilii rogatorum VII. c. 205, u mlet. arkivu.

1421. die 17. februarii. Cum facta responsione ambassiatori magnifici comitis Segne, dictus ambassiator regratians nostro dominio de responsione eidem facta, quod eramus contenti, quod lignamina sua extrahi possint sicut per elapsum potuerunt, subiunxit quod comunitas Segne et comitatini sui, si prohibitio nostra aliarum rerum remaneret firma, essent consumpti, quia non haberent vinum neque oleum, unde possent se sustentare. Et supplicavit, ut dignemur dicto domino suo concedere, quod possint conduci ad terram suam Segne et comitatus sui et subditorum suorum; vadit pars, quod dicto ambassiatori respondeatur, quod quia diligimus dominum suum, semper essemus dispositi in cunctis, que cum bono etiam nostro fieri possent, sue magnificentie complacere. Sed ut videat, quod intentionis nostre est, quod subditi sui non patiantur incommodum vini, sumus contenti, quod de terris nostris Dalmatie et Istrie possint subditi sui extrahere vina pro usu suo et subditorum suorum.

De oleo autem necessario pro usu suo potest nobis declarare quantitatem necessariam, quia erimus contenti, quod illam extrahant de dictis terris nostris Dalmatie et Istrie. Et si dictum oleum volent extrahere de Venetiis, erimus contenti, quod illud extrahant sine datio.

De parte 75, de non 2, non sinceri 0.

Secreta consilii rogatorum VII. c. 206, u mlet. arkivu.

God. 1421. 17. veljače, u Mletcih.

Mletčani hvale poslaniku cara iztočnog, što nastoji, da se učini primirje medj njimi i hrv. ugarskim kraljem.

1421. die 17. februarii. Comparuit ad presentiam nostram egregius et spectabilis vir, dominus Hemanuel Filatropino, attinens et ambassiator serenissimi domini imperatoris Constantinopolis, et nostro dominio exposuit, quantum ex mandati dicti domini sui, domini imperatoris Constantinopolis, se exercuit apud dominum regem Romanorum et Hungarie, ut treugua sequeretur inter dictum dominum regem et nostrum dominium; subiungens, quod dictus dominus rex est contentus de interpositione dicti serenissimi domini imperatoris Constantinopolis de tractatu treugue inter ipsum dominum regem et nos. Vadit pars, quod respondeatur dicto domino Hemanueli Filatropino, quod audivimus et intelleximus omnia, que nostro dominio sapienter exposuit, et per exposita per eum clare vidimus et comprehendimus optimam intentionem et voluntatem dicti serenissimi domini imperatoris, quam habet erga nostrum dominium et statum nostrum. Cognovimus etiam labores non parvos, quos sustinuit dictus dominus Filatropinus, pro quibus omnibus dicto serenissimo domino imperatori domino suo referimus dignas grates, et de laboreribus passis per dictum dominum Hemanuelem Filatropino sue spectabilitati amicabiliter regratiamur. Et ad factum interpositionis dicti serenissimi domini imperatoris super facto treugue praticande inter dominum regem Romanorum et nos, respondemus, quod placet nostro dominio interpositio dicti serenissimi domini imperatoris, tanquam amici nostri carissimi. Et quotienscunque maiestas sua aliquem mittet nomine suo pro interpositione predicta, serenitas sua inveniet nostrum dominium dispositum et paratum circa factum treugue predicte ad ea, que erunt iusta, rationabilia et honesta. De parte 76, de non 1, non sinceri 4.

Secreta cons. rogat. lib. VII. c. 206. t.

God. 1421. 4. ožujka, u Mletcih.

O izboru kneza Trogirskoga i Spljetskoga.

1421. die 4. martii. Capta. Quod eligatur unus comes Tragurii et unus comes Spaleti per quatuor manus electionum in maiori consilio, qui habere debeant de salario ducatos sexcentos in anno et ratione anni pro quolibet, et sint per duos annos, tenendo pro quolibet suis salario et expensis tres domicellos, duos ragacios et quatuor equos. Item unum cancellarium, cui ultra expensas oris dare debeant libras centum in anno; et unum socium, cui dare debeant libras centumquinquaginta de salario et expensas oris seu libras quinquaginta pro expensis in anno. Et recipiant hic Venetiis salarium medii anni ante tractum, et postea recipiant solutiones suas de tribus in tres menses de introitibus deinde. 76, 2, 2.

Misti. LIII. 116, u mlet. arkivu.

God. 1421. 10. ožujka, u Mletcih.

Sandalj tuži se Mletčanom, što su mu oteli njegov grad Kotor. Mletčani mu odvraćaju, da će mu davati obični dohodak, ako prisili Balšu, da povrati što jim oteo i da miruje.

1421. die decimo marcii. Cum ad presentiam nostram accesserint ambassiatores magnifici domini Sandali supremi vaivode Bossine. exponentes. prepositis salutationibus et oblationibus generalibus, parte eorum domini, capitula lecta huic consilio, ad que cum instantia requirunt habere responsionem; vadit pars, quod respondeatur dictis ambassiatoribus in hac forma. Et primo ad primum capitulum faciens mentionem de facto Catari, cuius tenor talis est. videlicet:

Serenissimo principo et a vui dogal signoria de Veniexia semo mandati nuy ambassiadori ala vostra serenita per parte del nostro signor vaivoda Sandal ala vostra signoria prima per offerirve per parte de quel signor salute et offerte, chomo bon vostro amigo e citadin, et etiam per so parte cusi dirve. Nui avemo ben intexo per molte notabel persone per lo tempo passado e per lo presente, chel signor dio ve ha dado bona fama e cresudo in grande honor el vostro stado, e che molti gran signori e dogni zeneration ano zerchado e zercha daver la vostra bona amistade. Et perho nuy essendo nel stado chel signor dio ne ha messo, oldando la vostra bona e grande fama, e che mai le vostre promission per i tempi passadi ni per lo presente sia vegnude a meno ad alguna persona, e per questa caxon nui zerchassemo daver la vostra gratia e bon amistade, chon speranza de sempre otegnirla per nui e per i nostri. E questo a nui vui non festi indesti per lo parlar daltri, ma solo per la gratia de dio e per la vostra liberalita e bona voluntade. E vui ne desti e confermasti per le vostre letere la vostra bona voluntade et amicicia chon la speransa, che in vui avevemo, e rezevestine in vostro nobel citadin de la vostra citade, chome uno de vui, azo che per questo nui fossemo sempre unidi chon vui in bona caritade. E da qui in anti cussi intendeno esser plaquando a dio et a vuy.

Ma hora al presente avemo intexo da plui persone quelle cosse, lequal mai non avessemo possudo creder, considerando ale promission, alequal ne havi fato, le qual promission avemo per nui e per le nostre terre e castelle et ogni nostro aver. Ma per le nuove ne sta dito, vedemo quello esser, che mai non avessemo pensado, zoe che nuy avemo sapudo, chel vostro capetanio chon la vostra armada sono andadi ala nostra terra de Cataro, e quella ha tolta per nome dela vostra signoria, la qual terra vui ne avevi confermada per le vostre letere in le promission a nui fate. Ma nui vossemo saver da vuj, e cosi ve domandemo, se le proferte, lequal ne avete fato, se le son ferme, chomo ne he promesse e scrite. E se le son ferme, domandemove ve plaqua de renderne el nostro, chomo li era de questa pizola cossa. E se questo vui fare, vui conservere la vostra bona e gran fama avete per tuto el mondo.

Signori se vui me riprende per li fati de Balsa, io non zerchai queste promission da vui, perche le me podesse esser rote ni per Sclavania ni per Albania ni per algun altro luogo, ni per Hungaria, ni anche io le

possa ni diebia romper a vui per alguna persona del mondo defina a tanto, che la vostra raxon non me rechierisse, vui non me prometesti per le vostre promission de farme in prima mal epuo zudegarme, ma in prima zudegarme. E perho ve rechiero, che quello me have fato contra le vostre promission, vuy mel debie retornar. E io voio dapuo star ad ogni vostra zustizia e raxon, e de quello la justicia e la raxon me zudegera, voio rômagnir contento.

Anchora signori se vui me disse, che vui me desti quelle castelle, chio die a Balsa, e vui ne agreve, che in alguna cossa io habia contrafato, echo chio voio star ala vostra iusticia e raxon, e de quello zndegare voio star contento. Ma in prima de la forza me havete fato de tuorme la terra mia, satisfeme, impero che alguna persona dapuo el sforzo non val el so pledar, perche he stada zudegada avanti che clamada a raxon. Et impero echo la vostra fede e le vostre letere sel me he da vuj raxon e iusticia. E son apariado astar a raxon, ma sel ne he forza, i non ho che dirne, lasero che dio el cognosa, e lasero che le vostre letere sigilade e le vostre promission e fede sia vezude per i signor del mondo, dove sia iusticia e raxon.

Anchora signori in tuto quelo, che le letere vostre me obliga, io son apariado de mandar a execution aplen, ma remeteme in el mio e confermeme le vostre letere, le qual me have rote senza mia colpa e defeto. Impero che a mio creder vui ave rezevudo plui danno al onor de la fama vostra, che vui me habie roto le mie promission, che non ho mi ad esserme tolto si fati homeni chome sono i Chatarini.

Anchora signori se per questo vui me havi tolto Cataro, digando: tu non ha voiudo aidarne contra Balsa, e nui tel fessemo assaver, signori, questo ve domando. I fati vostri i fe vu si choverti, che i non se debia saver, over non i dovevu far asaver, a chi vui vole chi faza. Vuy non me mandasti mai ni per messo ni per letera arecherir, chio ve aidasse contra de Balsa. Si che in questo non son colpevele io; impero che per dio mai da vui non recevi ni messo ni letera sora de questo.

Signori, se vui vole dir, che vui avi tolto Cataro, perche le de vostra iuridition, perche per lo tempo passado vuy el possedesti, io ve digo, che non so quanti anni che sia Veniexia ni Cataro, ma vui save ben, che Cataro e la che le, e per le vostre letere a mi fate, che non e anni xxv me le festi, vui me ave confermado terre, castelli e tuti mie beni. E se vui me opone questo, le litere vostre io non le recevi da vui per forza, ma per la vostra bona voluntade vui le festi scriver e sigilar, e destimele, e se le la vostra gratia, mantegnimele.

Priegave i diti ambassiadori de presto spazamento.

Anchora referisse i ditti ambassiadori ala vostra signoria per parte de madona Helena fiuola che fo de Voch bam e de madona Ancha baniza, conzo sia chel fosse depositado ala vostra camera del formento per la dita madona Ancha e madona Helena ducati vi mille. E siando manchada la dita madona Ancha, la dita madona Helena habia de bexogno di suo denari, plaza a la vostra signoria i diti ducati vi mille farli restituir e designar ai diti ambaxiadori.

Dicimus et respondemus, quod ad eorum informationem eis volumus fore notum, quod facta et porrecta nostro dominio humillima et devotissima suplicatione per ambassiatam communitatis et civium Catari ad nostram presentiam destinatam, quod dignaremur eos cum terra, castro, subditis, pertinentiis, iuribus et iurisdictionibus suis Catari sub nostro dominio accipere et acceptare, ne irent ad manus alienas preter velle suum, quia ob continuas molestationes, quibus subiacebant cum evidentissimo periculo eversionis sue propter infestationes et damna, que dietim per Balsam et alios sibi inferebantur, erant, si eorum supplicationi disponeremus non inclinare, prorsus coacti capere partitum de dando se alteri, non possendo ulterius durare in termino, in quo stabant. Nos videntes animos et deliberationem communitatis et civium Catari, et cognoscentes attenta pessima intentione Balse, videndo magnificentiam predicti domini Sandali tunc sibi subvenire non posse, quod prefata communitas et cives Catari in summitendo se vel Balse vel aliis accepissent coacte partitum, qui fuisset damnosus ipsi domino Sandalo et aliis benivolis et amicis nostris et non gratus nostro dominio, terminavimus demum non ambitione dominii nec pro faciendo rem, que posset displicere ipsi domino Sandalo, quem sincere diligimus, sed considerationibus suprascriptis supplicationem dicte communitatis et civium Catari acceptare et admittere gratiose. Sed nunc quod idem magnificus Sandalus est in bono termino possendi, ut asserit, prebere et ponere suum favorem contra Balsam, volentes ob singularem benivolentiam, quam sue magnificentie gerimus, quia ei optamus ut bono amico nostro complacere libenter, posita consideratione ad id, quod idem dominus Sandalus certis temporibus preteritis fuerat solitus percipere de introitibus Catari, facere in eius complacentiam de rebus sibi gratis, dicimus observando ipsum magnificum dominum Sandalum contra ipsum Balsam ut tenetur ob contrafactionem pacis fracte per ipsum Balsam nostro dominio de compellendo cum suo auxilio et favore ipsum Balsam in faciendo nobis restitui loca nostra, quod erimus contenti, adimplente eo cum effectu contra Balsam, ut prefertur, predictam promissionem nobis factam tempore ipsius pacis, concedere et facere responderi sibi de introitibus Catari illam utilitatem, quam inde percipiebat, antequam esset sub nostro dominio.

Ad secundam autem partem faciens mentionem de ducatis vi mille alias positis in deposito dicimus, quod debent esse certissimi nostrum dominium velle debere dari unicuique, quod suum est, et quod mandabimus examinari et videri scripturas existentes superinde, et quod fiat in facto predicto, prout fieri debebit. De parte 76, de non 3, non sinceri 6.

Secreta cons. rogatorum vol. VIII. c. 1, u mlet. arkivu.

God. 1421. 13. ožujka, u Mletcih.

Republika odgovara na molbe od Hvarskih plemića joj podnesene.

Responsiones senatus veneti ad capitula porrecta pro parte consilii nobilium civitatis Pharae. 1421. die xiii. martii, Venetiis. Capta. Sapientes super terris de novo acquisitis. Quod ad capitula porrecta per

prudentes viros Johannem Ozori, Vitalem Silvestri et Vidosium Tomasii, nobiles Farenses, pro parte comitis, iudicum et consilii ac comunis Farre sive Liesne et Farensis insule post recommendationem factam nostro dominio. Respondeatur in hac forma, videlicet:

Primo pro parte predictorum comitis, iudicum atque consilii offerrimus et presentamus omnes et singulos introitus, gubernum, proventus et utilitates consuetas dicte civitatis et insule, dum tamen de introitibus predictis solvatur salaria domini comitis, iudicum, cancellarii, cavalerii, camerarii, plazarii et aliorum officialium, quibus consuetum est solvi de introitibus comunis. Et ad tertium. Tertio humilime supplicamus, quod consilium comunis nobilium civitatis Farre vestre excellentie servitorum semper eligere valeant comitem Farre de nobilibus excellentissime vestre civitatis Venetiarum vel de fidelibus servitoribus et subditis vestre serenitatis, cum confirmatione vestre sublimitatis. — Ad hec duo capitula respondeatur: quod, ut dicta civitas et insula bene regatur, gubernetur cum tranquilitate et pace omnium fidelium nostrorum, est nostra intentio mittere unum comitem Farre de nostris nobilibus Venetis, sicut mittimus Jadram et ad alia loca nostra Dalmatie, qui cum dei gratia faciet tale regimen servando ius et iusticiam equaliter omnibus, quod omnes poterunt merito contentari, et illa insula de bono in melius augebitur; qui comes habere debeat libras millequingentas in anno et ratione anni de introitibus dicte terre et insule. Verum volumus, quod dicti introitus, proventus et utilitates solicite exigantur per dictam comunitatem, sicut hactenus est dictum servatum, de quibus solvatur salarium dicti comitis sicut est dictum, et fiant alie expense solite pro cancellario, cavallerio, et aliis officialibus; et si aliquid deficiet de dictis introitibus ad expensas occurrentes, quod ipsi supleant et provideant secundum modos et consuetudines suas.

Secundo supplicamus, quod vestre serenitatis dominium dignetur confirmare et roborrare omnia et singula statuta, libertates et consuetudines vsitatas, et specialiter que et quas a vestro inclito dominio nostri precessores habuerunt. — Respondeatur, quia non habemus de statutis et consuetudinibus suis illam sufficientem informationem, que requiritur, non possumus precise respondere, sed rectori nostro, quem mittemus, dabimus in mandatis, quod de omnibus se bene et diligenter informet, et postmodum nobis scribat, et tunc providebimus, sicut ad comune bonum et utilitatem civitatis et insule videbimus convenire.

Quarto humiliter supplicamus, quod predictum comune Farre est obligatum in certis terminis certis creditoribus ad solvendum certas pecunie quantitates, quod vestra serenitas dignetur nobis nomine quo supra concedere, quod comes Farre, qui pro tempore fuerit, de introitibus predictis solvat ipsis creditoribus, vel aliter providere vestra dignetur excellentia, quod predictis creditoribus satisfiat, ne damnum patiantur ipsi creditores. — Respondeatur, considerata parva quantitate introituum et expensis, quas facere oportet, non videtur nobis, quod possimus suis requisitionibus complacere.

Quinto, quia pro certis negociis comunis Farre suppignoravimus certis nobilibus Spalatensibus quedam pignora nostra pro certa quantitate pecu-

nie, et ad luendum dicta pignora collegerat regimen Farre ducatos centum et ultra, que erant in camera Farre, egregius autem et nobilis vir dominus Paulus Pasqualigo, tunc vicecapitaneus vestre dominationis, accepit dictam pecuniam, et sic remanserunt dicta pignora in manibus dictorum nobilium Spalatensium, pro luicione quorum magnam habemus molestiam a spectabili domino providatore et regimine Spaleti, ut ipsa pignora exigantur, aliter secundum consuetudinem Spalati vendentur, ex quo magnum damnum habebimus; et ideo suppliciter deprecamur vestram serenitatem, quod placeat et dignemini providere, quod servitores vestri Farrenses damnum non patiantur occasione predicta. — Respondeatur, quod habito respectu, quod nobilis vir ser Paulus Pasqualigo tunc vicecapitaneus noster culfi recepit illas pecunias, quas collegerant pro exigendo pignora sua, contenti sumus, quod de introitibus suprascriptis, qui superhabundabunt ab expensis, recipiant de tempore in tempus usque ad illam summam pecunie, quam habuit dictus ser Paulus, pro exigendo pignora sua predicta, que sunt in manibus Spalatensium.

Sexto, vestram clementissimam dominationem exoramus nomine quo supra, quod considerata paupertate et fidelitate vestrorum subditorum Farrensium, dignetur vestra sublimitas nobis graciose concedere, quod Farrenses conducentes vinum de districtu Farre ad vestram gloriosissimam civitatem Venetiarum, solvant pro anfora quaque ducatum unum cum dimidio tantum, prout gratia est concessa vestris servitoribus Sibinicensibus. — Respondeatur, quod tractabuntur in facto datii vini sicut alii nostri subditi Dalmatini.

Septimo, suppliciter deprecamur vestram serenissimam sublimitatem, quia aliqui tam clerici quam seculares viri sediciosi, seminatores discordiarum, conductores populariurn, inobedientes omni equitati et regimini, facientes conventiculas et alia consilia non consueta et inusitata, imponentes collectas super pauperes homines insule Farre in et contra voluntatem ipsorum hominum, de quibus conductoribus plebis aliqui huc acceserunt ad vestram serenitatem, quod vestra clementissima et iustissima dominatio dignetur providere et ordinare, quod nemo vel clericus vel secularis augeat aut presumat concitare plebem aut facere sedicionem, aut congregare plebem, vel facere alia consilia quam consueta, et quod domino comiti, qui pro tempore fuerit, et regimini Farre et consilio consueto nobilium virorum servitorum fidelium vestre serenitatis ad honorem et exaltationem vestri culminis exhibeatur obedientia, et quod nullus obediat alteri vel aliis quam predictis comiti et regimini vice et nomine vestre clementissime serenitatis, et quod clerici non impediant se in regimine et factis ac negociis secularium; placeat igitur vestre excellentissime dominationi predictis silencium imponere perpetuum, et eis precipere, ne de cetero se in talibus impediant. — Respondeatur, quod speramus, quod ex missione rectoris nostri fiet tale regimen et provisio, quod omnia scandala et discordie removebuntur, et quod omnes cum bona tranquillitate et obedientia nostri dominii se habebunt; et si aliquis honestatem et comune bonum excedere vellet, fiet id, quod erit iustum et commodum illius terre et insule et honor nostri dominii. De parte 80, de non 0, non sinceri 1.

Misti LIII. 121, u mlet. arkivu.

God. 1421. 13. ožujka, u Mletcih.

Republika odgovara na molbe od hvarskog puka joj podnesene.

Responsiones senatus veneti ad capitula porrecta pro parte universitatis populi et aliquorum nobilium Pharae. 1421. die XIII. martii, Venetiis. Capta. Sapientes super terris de novo aquisitis. Quod ad capitula porrecta pro parte populi, universitatis et aliquorum nobilium Farre sive Liesne post recommendationem factam nostro dominio per nuncios suos, respondeatur in hac forma, videlicet:

Primo, quia dictus populus et universitas non bene tractantur, et ulterius etiam bona dicte comunitatis dissipantur et dillapidantur in grave damnum et iacturam pauperum fidelium dicti loci, et que sit causa, pro presenti causa honestatis tacetur, supplicant humiliter vestro dominio, ut omnia predicta cessent, et ut ius et iusticia debite ministretur, notificando serenissime dominationi vestre, quod dictus populus et universitas habent de introitu annuatim circa libras duo milia trecentum cum trentesimo dicte terre, de quo introitu expenditur usque ad summam librarum MCCCLXXXX, uti apparet in processu hic inferius, residuum vero, quod est librarum VIIII centum ipsi populus et universitas contentantur, ut deveniant in vestrum serenissimum ducale dominium; optantes, quod clementissima dominatio vestra dignetur ipsi populo et universitati ac aliquibus nobilibus concedere, ut de cetero possint eligere vel dominatio vestra dignetur de duobus in duos annos mittere ipsius loci in comitem unum de vestris nobilibus civitatis vestre Venetiarum, qui placeat vestre dominationi; et cum hoc sit, quod in preterito dictus comes habuerit de salario annuatim a dicta universitate libras VII centum XX, dictus populus et universitas valde contentantur exbursare ultra dictam quantitatem librarum VII centum XX et suplere de sua paupertate omne id totum, per quod ipse dominus comes possit honorabiliter suum officium exercere, dummodo fuerit nobilis venetus. Circa quam petitionem humiliter et devote supplicant, ut dominatio vestra eos exaudiat, ne regantur per Dalmatinos, causa misericordie iterum et de novo supplicant. — Ad hoc capitulum fuit responsum, sicut in latere precedenti primo capitulo nobilium responsum fuit.

Secundo, quod dominatio vestra, que solita est confirmare multas gratias suis bonis fidelibus, etiam dignetur dicto populo et universitati eiusdem confermare gratias sibi factas per consilium Liesne, que gratie sunt parve vestre dominationi et utiles ipsis pauperibus, quibus admodum est compaciendum ob extremam paupertatem suam; quas quidem gratias ad presens humiliter devotioni vestre ostendunt per duo publica instrumenta. — Ad hoc capitulum facta fuit responsio, prout in latere precedente secundo capitulo nobilium responsum fuit.

Tertio exponunt humiliter per alias dum rex Hungarie ipsi loco dominabatur, nobiles dicti loci promiserunt cuidam barono Hungarie certam quantitatem pecunie, quam ipsi nobiles solverunt dicto barono. Et propterea supplicatur pro parte ipsius populi et universitatis eiusdem, quod dominatio vestra dignetur providere, quod si aliquo tempore ipsi nobiles

supplicarent, ut idem populus et universitas compellerentur ad ipsam solutionem, nullo modo compelli debeant, sed penitus sint exempti, quia per consilium Liesne captum fuit, quod ipsi nobiles de consilio ipsam solutionem facerent, quod consilium fuit consilium nobilium. — Respondeatur, quod contenti sumus, quod pro illa causa dictus populus et universitas non gravetur.

Quarto exponitur, quod pridie dominatio vestra mandavit fieri etiam coltam per totam insulam Liesne pro satisfaciendo damnis providi viri Mathei de Fumadis, quia certi incantus, qui fuerunt sibi assignati usque ad integram satisfactionem ipsorum damnorum per virum nobilem dominum Petrum Lauredano positi fuerunt in vestrum comune, quam coltam dictus populus male solvere posset ob extremam necessitatem suam, et quia maior pars ipsius colte sibi applicaretur; idcirco humiliter supplicant vestro dominio, ut dignetur dictam coltam revocare et providere, quod incantus, quos habebat dictus Matheus a dicta comunitate, idem Matheus habere et exigere debeat usque ad integram solutionem sui damni, et hoc modo dictus Matheus habebit suum debitum, et dictus populus maxima inopia oppressus modicum respirabit et sublevabitur. Nam tempore guerre contra Tragurium et Spaletum fuerunt ducenti ipsius populi, ex quibus aliqui fuerunt mortui et aliqui vulnerati, et in presenti sunt multi incidentes lignamina pro castro Tragurii et in eo laborantes, quod libentissime faciunt, dispositi de bono in melius perseverare, sed tantum ipsis summe compatiendum est, et ad huiusmodi coltam minime aggraventur providendum est sicut petunt. — Respondeatur, quod necesse est, quod de introitibus fiant expense necessarie dro salario comitis et aliorum officiorum, et pro aliis opportunitatibus, et propterea volumus, quod de colta imposita fiat solutio et satisfacio dicto Matheo, sicut alias ordinatum fuit.

Quinto, quod quia intendunt conducere eorum vina Venetias, sed propter datia, que solvere oportet, illa non possent ducere, que datia sunt quatuor pro centenario, ultra alia datia, et hoc propter certam represaliam factam contra illos de Liesna, supplicantur humiliter vestro dominio, quatenus dignetur, in facto datiorum facere tractari illos de Liesna sicut tractantur vestri fideles de Sibinico. — Respondeatur, quod tractabuntur in facto datii vini sicut alii nostri subditi Dalmatini.

Sumptus dicte universitatis hi sunt, videlicet:

Pro domino comite	L.	720
Pro cancellario	„	330
Pro judicibus	„	160
Pro preconibus	„	120
Pro cavallario	„	60
Introitus ipsius universitatis cum trentesimo	„	2300
Restant in comune	„	910

Sexto humiliter et devote supplicant, quod dignetur vestrum almum dominium confirmare, ut per consilium eligantur iudices, ut ad presens utuntur, et hoc sicut in aliis vestre Dalmatie terris utuntur, prout pactavimus inter nos sacramentaliter confirmantes, et hoc propter differen-

tiam, que fuit inter nos hac de causa. Iterum et de novo humiliter et devote postulant. — Respondeatur, quod placet nobis et volumus, quod iudices eligantur per consilium, sicut servatur ad presens, ut talis electio comunis meliusque procedat. De parte 80, de non 0, non sinceri 1

Misti LIII. 122, u mlet. arkivu.

God. 1421. 15. ožujka, u Mletcih.

Republika obavješćuje kneza hvarskog o povelji onoj obćini podjeljenoj.

Littera ducalis comiti Lesinae de privilegio concesso eidem communi. 1421. die 15. martii, Venetiis. Thomas Mocenigo etc. Egregiis et providis viris Joanni Tavilich comiti et iudicibus, consilio et communi civitatis et insule nostre Farensis fidelibus etc. Fuerunt ad presentiam nostram dilecti fideles nostri Johannes Ozorii, Vitalis Silvestri et Vidosius Thomasii nobiles Farenses, nuncii et ambasciatores vestri, qui omnia eis commissa ordinate et sapienter exposuerunt; fuerunt etiam alii ambasciatores populi et universitatis ac quorundam nobilium, qui etiam aliqua capitula et supplicationes nostro dominio porrexerunt. Nos autem omnes ipsos ambasciatores et quecunque dicere et proponere voluerunt tam oretenus quam in scriptis diligenter audivimus et mature consideravimus, et ad omnia capitula per utramque partem data deliberatam et definitivam dedimus responsionem, quam eis oretenus declaravimus; et quoniam inter cetera decrevimus et providimus, quod de cetero comes illius terre et insule de nostris nobilibus Venetiarum eligatur, quem quam citius potuerimus eligemus, et postmodum tempore debito dante domino transmittemus, sicut fuit a nostro dominio postulatum Deliberavimus per adventum ipsius nostri comitis deliberationes et concessiones nostras ad suprascripta capitula factas per nostrum publicum privilegium nostra bulla plumbea communitum vestris fidelitatibus destinare ad vestram clariorem informationem atque memoriam etc., copiam deliberationum nostrarum ipsis ambasciatoribus dari fecimus, ac vobis mittimus hic inclusam, ut de illis plenam notitiam habeatis; ipsique ambasciatores omnes in gratia et licentia nostra ad lares proprios revertuntur. Nos autem vos omnes et universam communitatem illam tanquam caros fideles et subditos nostros habere intendimus in nostra gratia recomissos. Datum die 15. martii, indictione 9 (14), 1421.

Lucius: *Memorie istor. di Tragurio str. 435.*

God. 1421. 28. ožujka, u Mletcih.

Zapovieda se dalmatinskim gradovom, neka u potrebi jedan drugomu u pomoć priskoči.

1421. die XXVIII. marcii. Cum sicut omnibus est manifestum, pervenerint ad manus nostri dominij civitates Tragurii et Spaleti, et bonum et utile ymo necessarium sit, quod omnes civitates nostre Dalmatie tam in facto guerre et tregue quam pacis adinvicem se intelligant, auctoritate istius consilii ordinetur et mandetur rectoribus nostris Dalmatie, quod

in omni casu tam guerre quam tregue et pacis debeant adinvicem se intelligere, et quod una ex dictis terris non possit habere pacem, treguam seu guerram sine aliis; sed si una opprimeretur, alie debeant ei succurrere et attendere ad defensionem unius alterius, sicut fuerit necessarium. De parte omnes.

Secrěta consilii rogatorum VIII. 2, u mlet. arkivu.

God. 1421. 5. travnja, u Mletcih.

O izboru kneza hvarskoga.

1421. die 5. aprilis, Venetiis. Capta. Quia captum est, quod mittatur unus comes Farre sive Liesne de nostris nobilibus cum salario librarum M. V. centum in anno per duos annos, sicut in parte continetur, et non sit limitata expensa dicti comitis; vadit pars, quod dictus comes eligendus, et alii, qui in postea eligentur, fiant per duas manus electionum in maiori consilio, sicut fiunt alii rectores Dalmatie. Et tenere debeat suis salario et expensis quatuor famulos sufficientes; et de commissione sua providebitur, sicut videbitur nostro dominio. De parte omnes alii, de non 2, non sinceri 1.

Misti. LIII. 127, u mlet. arkivu.

God. 1421. 5. travnja, u Mletcih.

Dozvoljava se, da se sa poslanici Balse dogovara za mir.

1421. die quinto aprilis. Quod ambassiatoribus magnifici Balse et Stephani de Balsis Zente etc. respondeatur, quod vidimus et audivimus capitula, que nostro dominio porrexerunt, et quia sunt valde defformia et irrationabilia, non est visum nobis facere super ipsis particularem responsionem. Sed volentibus ipsis venire et condescendere ad res rationabiles et honestas, nos sumus contenti praticare secum, ut res reduci possint ad terminos et conclusiones convenientes, et ut deo dante sequi possit bona concordia inter partes. Et ex nunc sit captum, quod collegium seu deputandi ab eo possint praticare et tractare cum dictis ambassiatoribus pro pace et concordia inter nostrum dominium et dictos Balsam et Stephanum, possendo promittere et concludere cum illis modis, capitulis et condictionibus, que alias praticata et promissa fuerunt per nobilem virum ser Petrum Lauredano tunc capitaneum generalem culphi, vel si poterunt cum maiori comodo et prerogativa nostri dominii, possendo etiam promittere ducatos mille annuatim, quos habere consueverat dictus Balsa, sicut eis promissum fuit per dictum ser Petrum Lauredano, non possendo tamen facere firmam conclusionem absque licentia et deliberatione huius consilii. De parte alii, de non 2, non sinceri 3.

Secreta consilii rogatorum vol. VIII. c. 4, u mlet. arkivu.

God. 1421. 7. travnja, u Mletcih.

Odgovara se na molbe poslanika ninskih.

1421. die 7. aprilis. Sapientes consilii et sapientes super terris de novo acquisitis. Cum venerint ad presentiam nostram ambassiatores fidelis comunitatis nostre None, et exposita devota et humili supplicatione nostro dominio pro parte dicte comunitatis, presentaverint quedam capitula, ut legetur, vadit pars, quod dictis ambassiatoribus respondeatur, et primo.

Ad primum dicimus et respondemus, quod habita diligenti consideratione circa effectum predicti capituli, et consideratis considerandis, habendo maxime respectum ad facultatem dicte comunitatis, non videtur nostro dominio de assentiendo suprascripte petitioni eorum, nam ob respectum et considerationes predictas non inveniretur persona de nostro consilio itura in comitem iuxta requisitionem suam, que foret cum honere nostri dominii.

Ad secundum respondeatur, quod quia sumus missuri ad illas partes provisores nostros, comittimus ipsis provisoribus, et eis dabimus libertatem, sumpta et habita informatione plenaria superinde, providendi in facto predicto, prout videbitur fore conveniens. De parte 69.

Johannes Corario consiliarius Vult, quod scribatur rectoribus Jadre super hoc, et habita responsione ab eis, providebitur sicut videbitur nostro dominio. De parte 23, 2, 5.

Ad tercium dicimus, volentes eorum requisitioni annuere gratiose, fore contentus sibi concedere, quod possint extrahere vinum prout petunt, solvendo datia, si sunt soliti solvere. De parte 69.

Johannes Corario consiliarius. Vult quod scribatur rectoribus Jadre ut supra. De parte 23, 2, 5.

Ad quartum respondeatur, quod fiat ut petitur.

Ad quintum respondeatur, quod dici faciemus dicto domino episcopo, quod provideat congrue ad neccessaria pro episcopatu et ecclesia sibi commissa, et super inde oportune ordinabimus provideri, ut supplicant et justum est.

Ad sextum respondeatur, quod placet nobis, et nostre intentionis est, sicut supplicant, quod conservationi rerum dicte abbatie provideatur, sicut est justum. Et superinde scribemus oportune reverendo domino archiepiscopo Jadrensi, cui dabimus per literas nostras informationem plenariam de contentis in dicto capitulo, hortando eundem ad faciendum superinde provisionem per modum, quod bona dicte abbatie per ipsum abbatem non auferrantur inposterum, et quod de ablatis per eum fiat debita restitutio.

Ad septimum dicimus, quod habita diligenti et bona consideratione, debent esse contentissimi, dictam clavim debere stare penes comitem nostrum, causis et rationibus, quas possunt imaginari, habito presertim respectu, quod dicta clavis debite et bene conservatur, et quod quotiens est necessarium, bene potest haberi; et sic scribatur comiti, quod ad omnem eorum requisitionem debeat illam dare, quando erit necessarium, et illam postea conservare.

Ad octavum respondeatur, quod consideravimus effectum dicti capituli, et habuimus bonum respectum superinde, et videtur nobis, quia si aliter fieret, cederet ad diminutionem nostrorum introytuum, dictos incantus debere fieri Jadre, sicut retroactis temporibus extitit observatum, nam tempore dictorum incantuum ante eorum deliberationem per comitem nostrum Jadre dicti nostri fideles Nonenses continue advisantur, et ita scribemus, mandabimus rectoribus nostris Jadre, quod debeant observare.

Ad nonum dicimus, quod mittemus copiam dicti capituli rectoribus nostris Jadre, quibus dabimus in mandatis, quod neminem permittant nec cogi faciant unomet tempore ad onus duarum gravitatum.

Ad decimum contenti sumus, quod servetur de cetero sicut petitur.

De parte 101, de non 4, non sinceri 2.

Misti LIII. 128, u mlet. arkivu.

God. 1421. 7. travnja, u Mletcih.

Dogovori o miru medju poslanici Balsini i Mletčani.

1421. die VII. aprilis. Cum nostri deputati fuerint cum ambassiatoribus Balse et Stephani de Balsis super capitulis alias praticatis per nobilem virum ser Petrum Lauredano olim capitaneum nostrum generalem culphi, secundum quod pridie fuit deliberatum per istud consilium, et dicti ambaxiatores noluerint audire capitula predicta, dicentes, quod de eis nullam habebant noticiam nec mandatum a dominis suis, et quod de duobus unum eligeremus, aut quod omnes tenerent illud, quod tenent, aut quod restitueremus illud, quod accepimus dominis suis predictis, et domini sui restituerent nostro dominio illud, quod nobis acceperunt. Et super hoc facta fuerit certa pratica, et ipsi steterint constantes, petentes elongationem treuguarum per illud tempus, quo mediante possent ire ad dominum suum ad reportandum intentionem nostram. Et bonum sit dictis ambaxiatoribus declarare intentionem nostram ad hoc, ut si habent libertatem, veniamus ad conclusionem, et quando non habeant libertatem, possint reportare domino suo intentionem nostram; vadit pars, quod dictis ambassiatoribus respondeatur et dicatur, quod nostra dominatio contenta est venire ad pacem cum dictis Balsa et Stephano dominis suis, et eos habere in filios et amicos cum his conditionibus, quod dicti domini dare et restituere debeant nostro dominio terram Drivasti cūm omnibus pertinentiis suis et totum illud, quod tenent et possident de jurisdictione Scutari tam de subtus quam de supra. Et sumus contenti dare domino Balse illam provisionem ducatorum mille, quam solitus est habere de introitibus Scutari, et quod remaneat nostro dominio Budua, Lusticia et omnia alia, que nunc possidet et tenet nostrum dominium. Verum ut dicti domini Balsa et Stefanus cognoscant et videant, quod eos volumus habere in amicos et filios, sumus contenti, quod pro redditibus salinarum Luscice et aliorum locorum per nos aquisitorum dare dicto domino Balse ducatos trecentos, et remaneat in libertate collegii possendi promittere dictos ducatos trecentos usque quadringentos annuatim sicut dicto collegio melius videbitur.

*

Sed quia dicti ambassiatores multum videntur avidi ad prorogationem treuguarum, eisdem respondeatur et dicatur, quod sumus contenti treuguas, quas habemus cum dominis suis predictis, elongare post complementum earum usque per unum alium mensem. Et propterea, si habent libertatem veniendi ad conclusionem pacis per modum predictum, sumus parati ad illam venire; si vero vellent scribere aut ire ad dominos suos, hoc remaneat in libertate eorum. Verum eis declaramus, quod hec est ultima intentio nostra.

Et quia in capitulis porrectis per dictos ambassiatores continetur certa pertinentia ad latronos et alios volentes damnificare territoria partium, si dicti ambassiatores erunt contenti condescendere ad suprascriptam intentionem nostram, relinquatur in libertate collegii super dictis talibus capitulis concludendi per illum modum, qui videbitur collegio predicto pro bono et utili nostri dominii. Item declaretur, quod si Balsa obiret et relinqueret suum heredem Stefanum de Balsis, quod predicta pacta intelligantur esse firma cum Stefano predicto, dominante dicto Stefano terris et locis Balse predicti.

Item requiratur, quod dictus Balsa et Stefanus restituere debeat damna data nostratibus requisita per capitaneum nostrum culphi et alia damna nostrorum civium damnificatorum per dictos Balsam et Stefanum, et quod restituant scripturas et libros civium nostrorum, quod habent. De parte 49, 44.

Cum ambassiatores Balse et Stefani de Balsis responderint nostris deputatis, quod non habent noticiam de capitulis praticatis per olim nobilem virum ser Petrum Lauredano capitaneum nostrum culphi, et nullum habent mandatum super capitulis predictis a domino suo predicto; vadit pars, quod postquam super capitulis predictis nullam habent libertatem, sumus contenti elongare treuguas, quas habemus cum dominis suis, usque per totum mensem maii proximum. De parte 48, 56, de non 1, non sinceri 7, 5.

Secreta consilii rogatorum vol. VIII. c. 4, u mlet. arkivu.

God. 1421. 7. travnja, u Mletcih.

Mletačko vieće, odgovarajući poslaniku bosanskoga kralja Ostoje, veli, da želi uzdržati s njim prijateljske odnošaje kao što su bili s njegovimi prednjašnici, dapače i u savez stupiti.

1421. 7. aprilis. Cum comparuerit ad presentiam nostri dominii unus ambassiator serenissimi domini regis Bossine, et ex parte dicti domini sui post amicabiles et fraternas oblationes et salutationes exposuerit, quod dictus dominus, sequens vestigia patris sui domini regis Ostoie, dispositus est esse bonus frater et amicus nostri dominii, et velle cum nostro dominio habere illa pacta et conventiones, quas et que habuit quondam pater suus et alias, sicut lectum et declaratum est isti consilio; dictus quondam pater suus multas immunitates et exemptiones fecerit mercatoribus et civibus nostris, sicut in eius privilegio apparet, et talia non possint redundare nisi ad utilitatem et commodum nostri dominii et mercatorum

ac civium nostrorum; vadit pars, quod respondeatur dicto ambassatori, quod audivimus et inteleximus ea, que nobis reportavit de bona intentione serenissimi domini regis Bossine domini sui volentis et intendentis esse boni amici et fratris nostri dominii; et respondemus, quod patrem dicti domini regis domini sui et progenitores suos semper habuimus in bonos et caros amicos et fratres nostri dominii, et sic intendimus habere serenissimum dominum suum regem predictum; et de bona amicitia et fraternitate, quam nobiscum habere intendit, sue serenitati regratiamur, dispositi cum sua serenitate bonam fraternitatem et amicitiam habere et conservare, et sumus contenti cum dicto serenissimo domino rege habere illas conventiones, immunitates et exemptiones, quas cum suis serenissimis predecessoribus habuimus. Et quia per promissiones factas per serenissimos predecessores suos ipsi fuerunt contenti, quod nostri mercatores possent in locis suis stare et habitare, secundum quod in suo privilegio continetur, et locus Narente esset locus utilis et congruus, ad quem nostri mercatores se possent reducere, rogamus maiestatem suam, ut eidem placeat providere, quod locus predictus taliter fortificetur, quod mercatores nostri illuc accedentes possint cum eorum securitate cum suis mercationibus mercari et conversari; et quia inteleximus, quod in dicto loco Narente bona quantitas salis expeditur, si dicto serenissimo domino regi placebit, providebimus, quod de dicto sale habebit copiam opportunam et necessariam per illos modos et conditiones, qui erunt cum utilitate et comodo sue serenitatis.

Verum quia idem serenissimus dominus rex etiam nobis exponi fecit, quod libenter haberet bonam ligam et unionem cum nostro dominio, dicto ambassiatori respondeatur, quod considerata benivolentia et intrinseca caritate, quas semper habuimus cum progenitoribus et predecessoribus suis, quam etiam cum eo conservare intendimus, semper sua serenitas inveniet nostrum dominium dispositum venire ad illam ligam et unionem, que sit utilis et bona pro sua serenitate et nostro dominio.

Secreta consilii rogatorum lib. VIII. c. 5, u mlet. arkivu.

God. 1421. 12. travnja, u Mletcih.

O vlasti kneza i kapetana te njihovih drugova u Zadru.

1421. die 12. aprilis. Cum in tertio capitulo commissionis capitanei nostri Jadre contineatur, quod ipse capitaneus habeat libertatem et arbitrium claudendi et aperiendi omnes ianuas civitatis, et habeat totam custodiam eiusdem et totam gubernationem omnium stipendiariorum tam equestrium quam pedestrium in Jadra existentium etc. Et in dicto capitulo nulla fit mentio de stipendiariis et fortiliciis, qui et que sunt extra civitatem Jadre; vadit pars, quod dictum capitulum reformetur in hunc modum: quod capitaneus noster Jadre habeat libertatem et arbitrium claudendi et aperiendi omnes ianuas civitatis nostre Jadre, et habere debeat totam custodiam ipsius civitatis et omnium aliorum locorum nostrorum regimini Jadre commissorum, nec non totam gubernationem omnium stipendiariorum nostrorum tam equestrium quam pedestrium exis-

tentium in Jadra et in omnibus aliis locis commissis regimini nostro Jadre. Et hoc addatur in commissione capitanei nostri Jadre.

Item cum in quodam capitulo commissionum comitis et capitanei nostrorum contineatur, quod socii comitis et capitanei Jadre debeant facere custodias illius civitatis sicuti terminatum per capitaneum, et quod omnes utilitates dictorum sociorum quomodocunque ad eos pertinentes inter ipsos equaliter dividantur; et quamvis hactenus observatum fuerit, quod socii comitis non se impediverunt de custodia civitatis, et solum attenderint ad ea, que spectant comiti vigore sui regiminis, et bonum ymo necessarium sit reformare dictum capitulum, ne aliud inconveniens sive differentia oriatur inter rectores nostros; vadit pars, quod de cetero socii comitis nostri Jadre non debeant se aliquo modo impedire de faciendo custodias civitatis nostre Jadre, sed illas teneantur facere socii capitanei solum, sicuti in omnibus aliis civitatibus nostris observatur. Verum de utilitatibus, que spectant et pertinent sociis comitis vigore sui regiminis, socii capitanei nichil habere debeant. Et viceversa socii comitis de utilitatibus spectantibus et pertinentibus sociis capitanei vigore sui regiminis nichil habere neque percipere debeant, nec de illis se aliqualiter impedire, Et hoc etiam addatur in commissione comitis et capitanei nostri Jadre. De parte 87, de non 0, non sinceri 5.

Misti lib. 53 c 129, u mlet. arkivu.

God. 1421. 19. travnja, u Mletcih.

O razmirici medju Cresom s jedne te Rabom i Pagom s druge strane glede troškova učinjenih od Cresa i u ime Raba i Paga u dogovaranjih sa knezom senjskim.

Thomas Mocenigo dei gracia dux Veneciarum etc. nobilibus et sapientibus viris Andree Zane de suo mandato comiti et Paulo Corrario capitaneo Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Alias et sepius ad requisitionem comitis et universitatis nostre Chersii et Abseri mandavimus rectoribus nostris Arbi et Pagi, ut deberent solvere portionem eis tangentem pro expensis factis per dictam comunitatem Chersii causa compositionis facte cum magnifico comite Signe per suprascriptas tres nostras terras et insulas, videlicet Chersi et Absori pro una parte et communitates sive universitates Arbi et Pagi pro duabus partibus, quum universitas Chersii abserit, totam expensam solvisse. Nunc autem comparuit coram nobis quidam pro parte universitatum Arbi et Pagi, conquerens, quod dicte communitates sive universitates non tenentur ad aliquam expensam solvendam communitati Chersii, multas allegantes faciendo prout distinctius poteritis informari. Quare deliberavimus vobis istud negocium comittere, mandantes, quatenus vocari faciatis ad vos nuncios universitatus predictarum insularum, videlicet Chersii Arbi et Pagi, et ab eis audire super dicta materia causas suas; quibus auditis, terminare et diffinire debeatis, sicut sapientie vestre secundum deum et iusticiam videbitur opus esse pro bono et quiete partium predictarum.

Date in nostro ducali palacio die XVIIII mensis aprilis, indictione XIIII, MCCCCXXI.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 39, u zadarskom arkivu.

God. 1421. 21. travnja, u Mletcih.

Odgovori mletačkoga senata na molbe kotorskih poslanika.

1421. 21. aprilis. Quod ambassiatoribus comunitatis nostre Catari ad capitula per eos porrecta respondeatur in hac forma:

Et primo ad primum capitulum continens: in prima suplicha miser lo conte e li vostri servidori zentilomeni de Cataro, che la vostra illustrissima signoria non faza paxe ne alguna concordia chon Balsa, perche in lui non e fermeza nessuna ne stabilitade, chomo la vostra gratia le molte volte provato, et anche lui si e de la persona mal disposto et e povero, chel non ha dinaro al mondo, e da la suo zente mal obedito. E atorno Cataro ha perso plui de mille homeni tra aquistadi e deffati del mondo, e molti e scampati in Rassa, e quelli che eno restati, moreno de la bella fame e dogni senestro; si che mo e el tempo a deffarlo del mondo a procieder contra esso. — Respondemus: quod sicut dicti ambassiatores Balse fuerunt ad presentiam nostram, cum quibus non fuimus concordes, et recesserunt cum elongatione treugue usque per totum mensem maii proximum, et providebimus per illam viam aut pacis aut guerre, quam videbimus et cognoscemus fore cum honore nostri dominii et cum commodo et securitate comunitatis nostre Catari et aliorum locorum et subditorum ac fidelium nostrorum.

Ad secundum huius tenoris: Item suplichemo, che la vostra dogal signoria per le spexe fatte per le ville e zente aquistade, le qual fo de Balsa, le qual spexe nui prometessemo a miser lo conte a pagar e satisfar de la nostra povertade, se la vostra gratia non le acceta, e quelle che segvira in honor de la vostra signoria e nele spexe dexordinarie, quando la zente fo de fuora de la citade e torna; per la qual suplichemo la vostra grazia ve piaza rezeverle in vostra raxon, respetando la nostra fedeltade e povertade. — Respondemus, quod sumus contenti, quod dicte expense facte et que fierent occasione contenta in dicto capitulo, fiant ad expensas nostri dominii, dummodo non excedant introitus nostros Catari.

Ad tertium tenoris infrascripti: item le ville e i homeni aquistadi sorano menadi, ali quali e promesso per miser lo conte, e fo de pato, che non siano rexi mai a Balsa, mo sempre restino esser servidori de la vostra signoria, suplichemo la vostra gratia, che de zo lor sia affermadi per vostro privilegio, a zo che li altri habia bon exemplo per far lo simele. — Respondemus, quod simus contenti de promissione facta per comitem nostrum hominibus in dicto capitulo contentis, et scribemus comiti nostro predicto, quod promissa per eum hominibus Balse, qui venerunt ad obedientiam nostram, debeat hominibus predictis observare.

Ad quartum continens: item suplichamo la vostra gratia, che ne conceda la copia de le parte prexe, che aveti de li Clerizi, de li lor bene-

ficii, azo scandalo non habiamo in la nostra citade, che non vada l uno contra l altro impetrando i suo beneficii. — Respondemus, quod fiat secundum continentiam dicti capituli, et mittemus partem captam in nostris consiliis comiti nostro Catari, ut illam faciat observare

Ad quintum tenoris huiusmodi: item de le ville e terreni de Lustiza chon le suo confine e saline fate sora el nostro tereno ocupado per i tirani circavexini nostri, dadi a nui per i nostri signori passadi cusi chomo apar per li privilegii accopiadi soto bolla de s. Marcho, produti ala vostra gratia, e per la vostra dogal signoria a nui per vostro scrito confermadi; e perho suplichemo la vostra signoria, che la se degna a farne de zo privilegio, che le ditte ville e tereni e saline nui vostri servidori le partemo per muodo, che zaschun cognoscha la suo parte, chomo avanti fo; e lo sal, che sera sal de le dite saline, che la signoria lo toia per un priexio convignevole. — Respondemus: quod sumus contenti dicte comunitati confirmare Lostizam cum suis territoriis, prout pervenit ad manus nostri dominii, et quod territoria et saline perveniant in illos, quibus de iure pertinent tam civibus quam comunitati Catari; volumus tamen, quod omnes teneantur et debeant salem suum, quem ex dictis salinis habebunt, dare nostro dominio pro illo precio, quo accipitur alius sal in dohana Catari.

Ad sextum huius continentie: item suplichemo la vostra gratia, chomo el castello de Budua a nui fu dato in gvardia per miser Piero Loredan, el qual nui gvardassemo e gvardemo fina al di presente, che ala vostra gratia piaza de conciederlo a nui vostri servidori per vostro privilegio chon i suo confini, perch el e ai nostri confini et e clave de tutti i nostri terreni, perche se in man de altri vignisse, mai el nostro contado non averia reposso. — Respondemus: quod sumus contenti et placet nobis, quod castrum Budve cum pertinentiis et confinibus suis remaneat sub comunitate nostra Catari, que comunitas illud debeat custodire et sub bona custodia tenere.

Ad septimum continens: suplichemo, che la vostra ducal signoria a proveder per i nostri zentilhomeni, i quali sono imprixonati a vaivoda Sandali et inferadi per le mane e per i piedi per si fato muodo, che li povereti siano liberi, lo meio che a la vostra signoria par, perche se per dio e per la vostra gratia non serano liberi, eli fara la lor fin la. — Respondemus: quod sumus contenti scribere dicto Sandali in bona et sufficienti forma pro liberatione dictorum suorum civium, et pro eorum liberatione locuti fuimus cum ambassiatoribus Sandali et cum ambassiatoribus domini regis Bossine, qui fuerunt ad presentiam nostram, eos instanter rogantes, ut penes dominos suos procurarent et sollicitarent liberationem dictorum civium.

Ad octavum continens: suplichemo la vostra gratia, per che in questa parte se fa plui guerra chon denari e chon panni che chon zente, e per lo ve piaza mandar in man de miser lo conte zinquecento ducati de panni e zinquecento de denari, chon i qual possano contaminar la zente de Balsa, e redurli sotto obedientia de la vostra dogal signoria, che speremo in dio e in la ventura de la vostra signoria, che plui utile faremo chon questi mille ducati che con otto millia in zente d' arme. — Respon-

demus: quod sumus contenti mittere dictos ducatos mille in denariis et pannis, prout petunt, sed non expedit, quod ob hanc causam morentur hic, sed possunt ire in bona gratia quia ante complementum treuguarum providebimus, quod denarios pred ctos et pannos habebunt in Cataro, quia intentio nostra est, quod si remanebimus in guerra cum dictis Balsa et Stefano, completis treuguis, dicti denarii et panni expendantur, et aliter non.

Ad nonum huius tenoris: suplichemo la vostra gratia, chel ve plaza scriver una lettera a vaivoda Radoslavo Paulovich amicabele, per lo muodo che par a la vostra gratia, per che mostra esser amigo, ed e confinador nostro. — Respondemus, quod iuxta requisitionem suam scribemus dicto vaivode Radislao in forma amicabili et sufficienti.

Ad decimum continens: suplichemo la vostra gratia, che a vui plaza conciederne a trar de le vostre flumere de Albania alguna quantitade de blava al anno, tanto quanto piaze a la vostra grazia, per uxo de la nostra citade per i nostri denari. — Respondemus, quod sumus contenti, quod possint extrahere de flumariis nostris Albanie de anno in annum frumentum necessarium pro usu civitatis nostre Catari; et sic scribemus rectoribus nostris Durachii et Alexii.

Ad undecimum huius continentie: suplichemo la vostra gratia, che a vui piaza de tratarne nele gabelle chomo avanti eramo tractati, chomo troverete per li vostri quaderni, che non pagavemo tanto avanti, chomo pagemo adesso. — Respondemus: quod libenter vellemus eis complacere, sed fecimus certas additiones datiorum, quas nostri cives solvunt, quia sunt generales in omnibus, que secundum ordines nostros revocari non possunt.

Ad duodecimum huius tenoris: suplichemo la vostra gratia, che el ve piaza a mandar algune arme in man de miser lo conte, zoe spade, schudi, archi e freze, a zo chel possa partir ale zente, quando el bexognasse, per che sono molti, che non hano arme per povertade, quando vano ala scaramuza. — Respondemus: quod quia ante eorum adventum ad presentiam nostram de missione dictarum rerum fueramus requisiti, certam quantitatem rerum predictarum misimus comiti nostro Catari.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 7, u mlet. arkivu.

God. 1421. 28. aprila.

Porelja od Mletčana kotorskoj občini podjeljena.

Privilegium comunitatis Catari. Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis nobilibus et sapientibus viris Antonio a Bocolis de suo mandato comiti Catari et . . successoribus suis et aliis quibuscumque rectoribus et officialibus suis presens privilegium inspecturis; pateat evidenter, quod venerunt ad nostram presentiam nobiles et prudentes viri Nicola de Glavatis, Paulus Buchia et Michael de Pelegrina, ambassiatores comunitatis nostre Catari, et ex parte dicte comunitatis nostro dominio porrexerunt certa capitula, quibus capitulis fecimus responsionem cum nostris consiliis rogatorum et additionis, quorum capitulorum et resposionum nostrarum tenorem hic inferius fecimus annotare.

Et primo ad primum capitulum, continens: In prima supplica miser lo conte e li vestri servidori zentilomini de Cataro, che la vostra signoria illustrissima non faza paxe ne algun concordio con Balsa, per che in lui non he fermeza nesuna ne stabelitade, como la vostra gratia la molte volte provato, e anche lui si e dela persona mal desposto, ed e puovero, che non ha dinaro al mondo e da la soa zente mal obedito. E atorno Cataro ha preso plui de mille homeni tra aquistadi e desfati del mondo, e molti he scampati in Rassa, e quelli, che heno restati, moreno da la bella fame e d ogni senestro, si che mo e el tempo a desfarlo del mondo, e procieder contra osso. Respondemus, quod sicut dicti ambassiatores sciunt, ambassiatores Balse fuerunt ad presentiam nostram, cum quibus non fouimus concordes, et recesserunt cum elongatione treugue, usque per totum mensem mai proximum, et providebimus per illam viam aut pacis aut guerre, quam videbimus et cognoscemus fore cum honore nostri dominii, et cum comodo et securitate comunitatis nostre Catari et aliorum locorum et subditorum et fidelium nostrorum.

Ad secundum continens: Item supplicano la vostra dogal per le spexe fate per le ville e zente a quistadi, le qual fo de Balsa. le qual spexe nui prometesemo a miser lo conte a pagare satisfar de la nostra povertade, se la vostra gratia no le acetera e quelle che seguira in honor de la vostra signoria e nele spexe desor denarie, quanto la zente fo de fuora dela citade e torna, per le qual supplichemo la vostra gratia ve piaza receverle in vostra rason ressentando la nostra fedeltade e povertade. Respondemus, quod sumus contenti, quod dicte expense facte et que fierent occasione contenta in dicto capitulo, fiant ad expensas nostri dominii, dummodo non excedant introitus nostros Catari.

Ad tercium continens: Item le ville e i homeni aquistadi soranomenadi, ali quali he promessa per miser lo conte, e fo de pato che non siano resi mai a Balsa mo sempre restano esser servidor de la vorstra signoria, supplichemo la vostra gratia, che de zo lor sia afermadi per vostro privilegio, azo che li altri habia bon exemplo per far lo simele. Respondemus, quod sumus contenti de promissione facta per comitem nostrum hominibus in dicto capitulo contentis; et scribemus comisi nostro predicto, promissa per eum hominibus Balse, qui venerunt ad obedientiam nostram, debeat hominibus predictis observare.

Ad quartum continens: Item supplichemo la vostra gratia, che ne concedati la copia de la parte prexa, che aveti de li clerixi de li lor beneficij, a zo scandalo non abiamo ni la nostra citade, che no vada uno contra al altro impetrando i suo beneficij. Respondemus, quod fiat secundum continentiam dicti capituli, et mittemus partem captam in nostris consilijs comiti nostro Catari, ut illam faciat observare.

Ad quintum continens: Item de le ville e terreni de Lustiza con le sue confine e saline fate sora el nostro terren occupado per i liran cerchavexini nostri, dadi a nui per i nostri signori passadi, cosi como apar per li privilegii acopiadi soto bola de san Marco, produti ala vostra gratia, e per la vostra dogal signoria a nui per vostro scrito confermadi; e perho supplichemo la vostra signoria, che la se degna a farne de zo

privilegio, che le dite ville e tereni e saline nui vostri servidori le partemo per muodo, che zaschun cognosa la soa parte, como avanti fo, e lo sal, che sera sal dele dite saline, che la signoria la toia per un priexio convegnevole. Respondemus, quod sumus contenti dicte comunitati confirmare Losticiam cum suis territoriis, prout pervenit ad manus nostri dominii; et quod territoria et saline perveniant in illos, quibus de iure pertinent tam civibus quam comunitati Catari. Volumus tamen, quod omnes teneantur et debeant salem suum, quem ex dictis salinis habebunt, dare nostro dominio pro illo precio, quo accipitur alius sal in dohana Catari.

Ad sextum capitulum continens: Item supplichemo la vostra gratia, como el castello de Budua a nui fo dato in guardia per miser Piero Loredan, el qual nui guardessemo e guardemo fina a di presente, che cla vostra gratia piaza de conciederlo a nui vostri servidori per vostro privilegio con i suo confini, per che le ai nostri confini, ed e clave de tuti i nostri terreni, perche se in man de altri vignisse, mai el nostro contado non haveria reposso. Respondemus, quod sumus contenti et placet nobis, quod castrum Budue cum pertinentiis et confinibus suis remaneat sub comunitate nostra Catari, que comunitas illud debeat custodire, et sub bona custodia tenere.

Ad septimum continens: Supplichemo la vostra dogal signoria a proveder per li nostri zentilomeni, i qual sono impresonati a vaivoda Sandali e inferati per le mane e per i piedi per si fato muodo, che li poveriti siano liberi, lo meio che ala votra signoria par, per che se per dio e per la vostra gratia non serano liberi, eli fara la lor fin la. Respondemus, quod sumus contenti scribere dicto Sandali in et sufficienti forma pro liberatione dictorum suorum civium, et pro eorum liberatione locuti fuimus cum ambassatoribus Sandali et cum ambassatoribus domini regis Bossine, qui fuerunt ad presentiam nostram, eos instanter rogantes, ut penes dominos suos procurarent et solicitarent liberationem dictorum civium.

Ad octavum continens: Supplichemo la vostra gratia, per che in queste parte se fa plu guerra con denari e con pani cha con zente, e perho ve piaza mandar in man de miser lo conte cinquecento ducati de pani e cinquecento de denari, con i qual possano contaminar le zente de Balsa, e redurli soto obedientia de la vostra dogal signoria, che speremo in dio et in la ventura de la vostra signoria, che plui utele faremo con questi mille ducati che con ottomilla in zente d arme. Respondemus, quod sumus contenti mittere dictos ducatos mille in panis et denariis, prout petunt, sed non expedit, quod ob hanc causam morentur hic, sed possunt ire in bona gratia, quia ante complementum treuguarum providebimus, et denarios predictos et panos habebunt in Cataro, quia intentio nostra est, quod si remanebimus in guerra cum dictis Balsa et Stefano, completis treuguis, dicti denarii et pani expendantur et aliter non.

Ad nonum continens: Supplichemo la vostra gratia, chel ve plaza scriver una letera a vaivoda Radoslavo Paulovich amicabile per lo muodo, che par ala vostra gratia, per che mostra esser amigo, ed e confinador

nostro. Respondemus, quod iuxta requisitionem suam scribemus dicto vaivode Radislao in forma amicabili et sufficienti.

Ad decimum continens: Supplichemo la vostra gratia, che a vui plaza conciederne a trar de le vostre flumere de Albania alguna quantitade de blava al anno, tanto quanto piace ala vostra gratia per uxo dela nostra citade per nostri denari. Respondemus, quod sumus contenti, quod possint extrahere de flumariis nostris Albanie de anno in annum frumentum neccessarium pro usu civitatis nostre Catari. Et sic scribemus rectoribus nostris Durachii et Alexii.

Ad undecimum continens: Item supplichemo la vostra gratia, che a vui piaza de tratarne nele gabelle como avanti eramo tratati, como trovereti per li vostri quaderni, che no pagavemo tanto avanti, como pagemo adeso. Respondemus, quod libenter vellemus eis complacere, sed fecimus certas additiones datiorum, quas nostri cives solvunt, quia sunt generales in omnibus, que secundum ordines nostros revocari non possunt.

Ad duodecimum continens: Item supplichemo la vostra gratia, chel ve piaza a mandar algune arme in man de miser lo conte, zoe spade, scudi, archi e freze, azo chel possa partir ale zente, quando el besognasse, per che sono molti, che no hano arme per povertade, quando vano a la scaramuza. Respondemus, quod quia ante eorum adventum ad presentiam nostram de missione dictarum rerum fueramus requisiti, certam quantitatem rerum predictarum misimus comiti nostro Catari.

Et propterea cum dictis nostris consiliis fidelitatibus vestris scribimus et mandamus, quatenus suprascriptas nostras responsiones, prout superius continetur, observare debeatis, et facere effectualiter observari.

In premissorum autem fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri iussimus, et nostra ducali bulla plumbea pendenti muniri.

Datum in nostro ducali palatio die vigesimooctavo mensis aprilis, indictione quartadecima, millesimo quadringentesimo vigesimo primo.

Commemorialium vol. XI., u mlet. arkivu.

God. 1421. 2. svibnja, u Mletcih.

Obaviešćuju se načelnici Zadarski, da je bilo dozvoljeno izvažanje lesa iz Senja.

Thomas Mocenigo dei gracia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Andree Zane de suo mandato comiti et Paulo Correrio capitaneo Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Ad requisitionem ambaxiatoris magnifici comitis Signe concessimus per partem captam in nostris consiliis rogatorum et additionis die xv mensis februarii preteriti, quod (illi) de Signa et aliis locis subiectis comiti Signe possint extrahi lignamina, sicut poterant per elapsum, cum conditione tamen, quod cum dictis lignaminibus alie mercationes non possint extrahi, quia si invenirentur alie mercationes, haberentur pro contrabanno tam lignamina quam navigia et alie omnes mercantie; et provideremus etiam, quod lignamina non extraherentur. Et propterea cum dictis nostris consiliis vobis mandamus, quatenus, sicut prescriptum est, observare et observari facere inviolabiliter debeatis,

significando nobis per vestras litteras, si aliquid reperietur portari cum lignaminibus antedictis contra id, quod superius scriptum est.

Date in nostro ducali palacio die secundo mensis maii, indictione xiiii, mccccxx primo.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 39, u zadarskom arkivu.

God. 1421. 7. lipnja, u Mletcih.

Podjeljena čast kneza bračkoga na dvie godine Desi Spljećaninu.

1421. die 7. junii. Capta. Cum captum fuerit in isto consilio quod vir prudens Dessa de Spaleto ob suam bonam fidelitatem erga nostrum dominium ostensam iret et esset rector Curzole, quod regimen habere non potuit, quia aliter per nostrum dominium provisum extitit et concessum illis nostris fidelibus de Curzola. Et sit bonum pro honore nostro eidem de aliquo providere; vadit pars, quod idem Dessa sit et esse debeat rector insule Braze per duos annos cum salario et conditionibus et honorificentiis et oneribus solitis dari, teneri et haberi per rectorem dicte insule de la Braza, qui est presentialiter, faciendo dicto Desse literas comiti presenti ac iudicibus et consilio Brazie in forma opportuna de concessione nostra predicta. De parte omnes alii, de non 0, non sinceri 1.

Misti LIII. 147, u mletačkom arkivu.

God. 1421. 8. lipnja, u Mletcih.

Dozvoljava se njeka prodaja imanja u okolici Zadra.

Thomas Mocenigo dei gracia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Andree Zane de suo mandato comiti Jadre et . . succesoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Significamus vobis, quod in nostris consiliis maiori et minori capta fuit pars infrascripti tenoris, videlicet: quod attenta devota et humili supplicatione nobilis viri ser Nicolai Venerio quondam recolende memorie domini Anthonii Venerio preccessoris, eidem concedatur, quod certe possessiones, ville et insule date in dotem viro nobili Thome Venerio eius filio per honestam dominam Claram natam quondam spectabilis militis domini Guidonis de Matafarris et uxorem filii sui antedicti exceptis locis Zibenici (Zemunici?) et aliis possessionibus, que spectare possent dominationi nostre, sicut sunt due ville pertinentes castro Novigradi, que spectare possent dominationi nostre, possint vendi, et denarii ex ipsis extrahendi ponantur ad cameram imprestitorum seu in possessionibus hic in Venetiis cum illa conditione, quam habent dicte possessiones, ville et insule. Et mandetur comiti Jadre presentibus et futuris, quod quando vendetur aliqua de possessionibus, villis et insulis predictis, scribere debeant nostro dominio de venditione earum et precio, quo vendite fuerant, ut clare sciatur suma pecunie, que de ipsis extrahetur. Et sic consulunt advocatores communis. Quare cum dictis consiliis vobis mandamus, quatenus suprascriptam partem, in quantum ad vos spectat, observare et observari

facere inviolabiliter debeatis. Pars autem suprascripta capta fuit in dictis consiliis die XXV maii MCCCCXXI.

Date in nostro ducali palacio die VIII mensis iunii, indictione XIIII, MCCCCXXI.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 39, u zadarskom arkivu.

God. 1421. 3. srpnja, u Mletcih.

Izabiru se dva providura, da urede Dalmaciju i Albaniju.

1421. die 3. iulii. Cum propter mortem Balse, secundum quod nobis scripsit comes et capitaneus Scutari, pervenerint ad manus nostri dominii terre Drivasti, Dulcigni et Antivari, et necessarium sit regulare loca predicta et contratas deinde pro bono et commodo nostri dominii, necessarium sit etiam providere ad regulandum facta nostra Dalmatie, in qua magnas expensas habemus; vadit pars, quod eligi debeat per scruptinium in isto consilio duo nostri solemnes provisores pro eundo ad partes Dalmatie et Albanie, qui possint eligi de omni loco et offitio et de iudicatu petitionum et auditoribus, et teneantur respondere statim vel die sequenti ad tercias, et non possint refutare sub pena librarum centum, et habeant pro ista sua via, ut habeantur persone solemnes, ducatos ducentos pro quolibet, et ducere dedeant secum tres domicellos pro quolibet, unum notarium cum uno famulo, unum expensatorem, et unum cochum inter ambos, et possint expendere ducatos quatuor in die inter ambos, non computatis agotiis equorum et nabulis navigiorum; de commissione autem sua ante suum recessum providebitur, sicuti isti consilio videbitur. De parte 97, de non 4, non sinceri 0.

Electi provisores: ser Andreas Fusculo mai r, ser Marcus Miani.

Misti, vol. 53 c. 164 tergo, u mlet. arkivu

God. 1421. 3. srpnja, u Mletcih.

Ukida se čast bilježnika u Trogiru, a smanjuje se broj pjesaka.

1421. die 3. iulii. Quod scribatur comiti Tragurii in hac forma: Quia sumus informati, quod in civitate nostra Tragurii est unus cancellarius et unus notarius, volentes scansare expensas notarii predicti, fidelitati vestre cum nostris consiliis rogatorum et additionis scribimus et mandamus, quatenus notarium predictum cassare debeatur. Insuper quia in dicta civitate multos pedites habemus, fidelitati vestre cum suprascriptis nostris consiliis scribimus et mandamus, quatenus omnes dictos pedites reducere debeatis ad numerum peditum ducentorum, retinendo meliores et cassando insufficienciores. De parte omnes alii, de non 2, non sinceri 1.

Die supradicto.

Quod scribatur comiti Spaleti in hac forma: Habentes informationem quod in civitate nostra Spaleti est unus cancellarius et unus notarius, et volentes scansare expensam notarii predicti, fidelitati vestre scribimus et mandamus, quatenus notarium predictum cassare debeatis. Insuper quia

in dicta civitate Spaleti multos pedites habemus, fidelitati vestre scribimus et mandamus cum nostris consiliis suprascriptis, quatenus dictos pedites reducere debeatis ad numerum peditum octingentorum, retinendo meliores, et cassando insufficientiores. De parte omnes alii, de non 2, non sinceri 0.

Misti lib. 53 c. 165 tergo, u mlet. arkivu.

God. 1421. 13. srpnja, u Mletcih.

Odgovori mlet. senata na molbe poslanika vojvode Sandalja.

Quod ad capitula porrecta per ambassatores magnifici domini Sandali magni vaivode Bossine respondeatur in hac forma:

Et primo ad tria capitula pretendentia super factis Catari respondeatur: quod audivimus et intelleximus continentiam dictorum capitulorum, et comprehendimus, quod verba in dictis suis capitulis contenta se extendant super factis Catari, et dicimus, quod sicut dictus magnificus dominus Sandali scit, misit ad presentiam nostram de mense martii elapsi suos ambaxiatores, et sicut dictis ambassatoribus respondimus, sic respondemus ad presens: quod ambaxiatores comunitatis Catari, venientes ad presentiam nostram, et exponentes novitates et iniurias, quas patiebantur ab inimicis nostris, supplicaverunt, ut dignaremus eos acceptare sub nostro dominio, quia si eos non acceptaremus, dispositi non erant in istis terminis stare, et se submitterent quibus possent. Nos vero videntes intentionem eorum, et ne pervenirent ad manus inimicorum nostrorum, deliberavimus dictam civitatem accipere, et promisimus dictis Catarinis dictam civitatem Catari continue tenere sub protectione nostra, quam nostram promissionem sumus dispositi penitus observare; et consideratis dubiis, que potuissent occurrere, si dictam civitatem non acceptavissemus, sua magnificentia de tali acceptatione merito debet remanere contenta, quia existente dicta terra in manibus nostris, propter amorem, qui est inter suam magnificentiam et nostrum dominium, potest reputare eandem esse in manibus suis.

Ad secunda capitula, per que petit, ut eidem concedamus Antivarum, Budvam et Zentam superiorem et cet., respondemus: quod dicta loca acceptavimus sub protectione nostra, et comes et capitaneus noster Scutari hominibus dictorum locorum promisit, quod eos continue tenebimus et conservabimus sub nostro dominio, quam promissionem pro honore nostro omnino intendimus observare.

Ad factum autem privilegii, quod petit, ut confirmemus dicto domino Sandali terras et loca, que habet, et possessiones, quas habet in Ragusio et in insulis, et quod cum persona sua possit venire Venetias et ad alia loca nostra, et similiter quod sui possint venire et sint securi et cet., respondemus: quod tale privilegium per eum requisitum non est necessarium, quia idem magnificus dominus Sandali est civis et nobilis civitatis nostre Venetiarum, et potest magnifica persona sua et omnes subditi sui venire Venetias et ad quelibet loca nostra, quia semper videbuntur et tractabuntur tamquam nostri proprii.

Secreta consilii rogatorum, lib. VII. c. 32, u mlet. arkivu.

God. 1421. 15. srpnja, u Mletcih.

Odgovori mletačkoga vieća na molbe poslanika Kotorske obćine.

1421. die 15. julii. Quod ambassiatoribus comunitatis nostre Catari respondeatur in hac forma, et primo. Ad primum capitulum, cuius tenor est talis: Serenissimo principo! la vostra gratia sa, chomo nui gentilhomini de Cataro vostri fidelissimi servidori avemo mandado alla vostra serenissima signoria chusi chomo a nostro signor nostri ambassadori ser Nicola de Glavato, ser Paulo de Buchia e ser Michiel de Pelegrina, supplicando ala vostra excellentissima signoria certe chose, chomo alla vostra signoria se manifesto, e la vostra excellentissima signoria gratiosamente a nui vostri servidori zentilhomeni de Cataro concede chosi, chomo nel vostro privilegio plenamente se contien. E tornandose li dicti ambassadori in Cataro. fe la loro ambassada in conseio grande, siando nel dicto conseio miser lo conte nostro, nel qual conseio fo lecto el vostro privilegio gratioso, ala qual gratia tuti li gentilhomeni vostri servidori humelmente regracio chosi chomo a lor signor; e miser lo conte statim fe far nelo dicto conseio dodeci zentilhomeni, li qual debia trovar modo, chomo se de partir la contrada de Lustiza chon tuti li suo confini, videlicet Pasiglava, Bogdasichi, Lesevichi, Tonbe chon tuti li tereni, che fo de Metochina, e la insula e le saline, li qual tuti questi confini sono zercha infra confini de quatro mili, e tuti sono nominati neli privilegii de li nostri signori pasadi, le qual copie de li dicti privilegii sono in vostre man bolade de la bolla de san Marco; li qual nominati confini a nui fo tolti tiranichamente, e teneli Balsa, e partili a chi li piase. E perche la vostra dogal signoria a nui concedete Lustiza e tuti li soi confini e tuti li tereni a nui occupadi tiranichamente e le saline, de li qual confini miser lo conte fa deferencia; e pero supplicemo la vostra gratia, che la se degni a scriver a miser lo conte, che de questo a nui non dia impazo, salvo che nui partemo queste chose de sopra nominate chosi, chomo per vostra gratia a nui fo concesso, chosi, chomo solesemo partir per lo pasado. E anche disse miser lo conte, che nel privilegio dise, che li dicti terreni siano dadi a quelli, a chi de rason partien, e nui non credemo, che ad altri partegna altro che a nui; per la qual chossa miser lo conte fe imbandir: se algun a rason ne la dicta contrada sopranominada, chel se presenti; e presentose alguni chon carte de parsone de vilani e dafitason de li terreni e alguni de impignazion e de vendizion e de donazion latine e sglave fate de li villani de li sopradicti terreni, li qual vilani non po vender ni donar li terreni nostri a nisun; e le carte facte per lo mitropolito per simel modo sono de nisun valor, segondo chomo se contien nel nostro statuto, el qual produsemo ala vostra gratia bollado de la bolla de san Marco, li qual statuti la vostra gratia a nui confermo. Infra le qual carte sono zinque, le qual testifica, como li vilani e li terreni fo partidi per lo pasado, le qual carte tute presentemo in vostre man. Serenissimo principo, le saline, le qual tegnisemo fina al presente, per ben comun che siano, per che miser lo conte non le da a partir, digando, che quele non zerchase. Serenissimo principo, quele non besognava zerchar, che le erano in nostre

man chomo le altre nostre possession. Eperò supplicemo la vostra gratia, che la se degni a lasargele partir chon tute le altre saline. E azo che la vostra gratia sia ben informada, nui vostri servidori semo contenti, che se alguna chossa manchasse de le altre gabele ali provisionati, che serano la in Cataro, zoe a miser lo conte lo suo salario, chol castellan e chon zinque suo guardiani, e ale guardie de li muri, al medogo, a li do canzelieri, al spizier, al barbier, al maistro de la scuola, tuto quel che manchasse ali dicti, chel sal de tute le saline alor sia obligado a satisfar el mancho, azo che la vostra gratia in quela vostra zitade non abia spesa nisuna. Respondemus, quod audivimus et intelleximus requisitionem, quam faciunt per dictum primum capitulum, et respondemus, quod sicut dicti ambassiatores sciunt, et etiam notum est comunitati Catari, quando acceptavimus dictam comunitatem sub protectione nostri dominii, dicte comunitati promisimus et fuimus contenti, quod territoria tiranice occupata civibus Catari, que pervenirent sub nostro dominio, darentur illis civibus, quorum forent, sicut in acceptatione civitatis predicte clare apparet. Subsequenter postea de mense aprilis proximi preteriti, dum dicti ambassiatores essent ad presentiam nostram ex parte dicte comunitatis Catari, super facto Lustize et suorum confinium et salinarum responsionem fecimus, quod eramus contenti dicte comunitati Catari confirmare Lustiziam cum suis territoriis, prout pervenit ad manus nostri dominii, et quod territoria et saline perveniant in illos, quibus de iure pertinent, tam civibus quam comunitati Catari; quas nostras responsiones parati observare et observari facere, mandabimus comiti nostro Catari, quod videat iura cuiuscunque, et illud, quod spectat civibus Catari, dictis civibus dari et consignari debeat, videlicet unicuique illud, quod sibi spectat, et illud, quod spectat comunitati Catari, retineat in nostrum comune nomine comunitatis Catari; nam non intendimus dicta territoria et salinas aliter dividi facere, nisi secundum quod superius est expressum, et eis promisimus.

Ad secundum, cuius tenor talis est. Serenissimo principo, perche ser Antuonio nostro cancelier a impetrado da la vostra gratia certi terreni in la Isola, la qual a nui tiranichamente fo occupada, la qual per lo pasado fo partida tra nui gentilhomeni, e alguni gentilhomeni ano vendudo le lor parte ad altri zitadini per carte publice, le qual carte fo dade e presentade a miser lo conte, e lui le de in man del canzelier ser Antonio; adesso le guardemo infra le altre carte e non le trovemo; per che chason sono reservate, non savemo esser questo, non se truova, zoche disemo, che siamo in desgrazia de la vostra signoria. E pero supplicemo la vostra serenissima signoria, che li terreni nostri a nui occupadi, e per la vostra gratia a nui gratiosamente afermadi, siano nostri e non del canzelier, el qual a impetrado da la vostra gratia tacita veritate, ed e contra el nostro statuto, el qual presentemo in vostre man, li qual statuti la vostra gratia a nui a fermado. Respondemus, quod si territoria per nos de gratia concessa dicto cancellario, spectant aliis personis, volumus, quod illis, quorum sunt, restituantur; et mandabimus comiti nostro Catari, quod si dicta territoria, per nos concessa cancellario predicto, spectant aliis personis, illa restituat, quibus de iure spectant.

Sed ex nunc sit captum, quod committatur comiti nostro Catari, quod si inveniet, territoria per nos concessa ser Antonio canzellario comunitatis Scutari, aliis spectare, quod illis, quorum sunt, illa restitui faciat, sed dicto cancellario providere debeat de aliis territoriis spectantibus comunitati nostre Catari, que spectant nostro comuni, loco illorum, que restitui faciet, ne dictus cancellarius privetur gratia per nos sibi concessa.

Ad tertium huius tenoris: Serenissimo principo, anche par, che la vostra gratia a scripto a miser lo conte, che lui dia ala ecclesia de miser san Marco certo terren ala Preculacha per esser officiada la dicta clexia, nel qual terren avemo comenzado a far una forteza, e chosi chon la vostra gratıa la intendemo a complir, e meter nela dicta forteza zerti nostri villani; unde questo luogo fosse forte de qua, e de la si e Budoa, siche el nostro contado sera quasi in una clave. E pero supplicemo la vostra gratia non sia guasta, e a la dicta clexia provederemo de terreni in altro luogo piu che quel che la vostra gratia aveva proviso, per che nui avemo presso per parte, che in di de miser san Marco vada la procession ala dicta clexia, e tuti li zentilhomeni vada chon li doplieri ala dicta cliexia. Respondemus, quod sumus contenti, quod territoria concessa ecclesie sancti Marci remaneant pro illo fortilizio, quod asserunt de novo fieri pro fortificatione territorii sui, sed volumus provideri dicte ecclesie de aliis territoriis prout comiti nostro melius videbitur.

Ad quartum et ultimum huius tenoris. Serenissimo principo, supplicemo ala vostra gratia, chel ve piaza de concederne, che li conti, che die vegnir da qua avanti la, che a siecento ducati che abia octocento, siando la contrada aquietada, e nui abiando el nostro in paxe. E questo consideremo, per che li conti, che vignera, avera una gran spexa, per che el camin se longo in fina a Cataro, azo che quel, che vignera, possa star honorevelmente, e chel senta alguna utilitade, che le degna chosa, che speremo per la gratia de dio e vostra, che poi che dio a nui a fato gratia, che nui semo servidori de la vostra illustrissima signoria, la nostra citade andara de ben in meio. Respondemus, quod nolumus dictis commitibus aliquid salarium addere, quia bene sufficiunt ducati sexcenti, quos habent de salario in anno et ratione anni.

Misti lib. 53. c. 167, u mlet. arkivu.

God. 1421. 22. srpnja. u Mletcih.

Republika podupire u Rimu molbe grada Kotora, da bude izabran za kotorskoga biskupa Raimund od Viterba.

1421. die 22. julii. Capta. Consiliarii. Cum vacante episcopatu Catarensi per obitum reverendi patris domini Antonii de Betono ultimi episcopi dicti episcopatus electus et postulatus fuerit per capitulum ecclesie catredalis, universum clerum et universitatem civitatis Catarensis venerabilis et religiosus vir frater Raymundus de Viterbo, ordinis minorum sancti Francisci, minister Dalmatie in episcopum dicti episcopatus, et parte omnium predictorum dominio nostro fuerit supplicatum, ut dignaremur intercedere apud dictum summum pontificem pro obtentione pre-

dicti episcopatus pro electo prenominato; vadit pars, quod pro ipso scribi possit summo pontifici et aliis, quibus videbitur dominio, in forma, que videbitur dominio prelibato, pro assecuratione et obtentione prenominati episcopatus. De parte alii, de non duo, non sinceri 0.

Misti LIII. c. 169, u mlet. arkivu.

God. 1421. 27. srpnja, u Mletcih.

Naputak za sindike odlazeće u Dalmaciju i Albaniju zato, da one občine urede.

1421. die 27 iulii. Commissio provisorum ad partes Dalmatie et Albanie. Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus vobis nobilibus viris Andree Fusculo et Marco Miani dilectis civibus et fidelibus nostris, quod in bona gratia ire debeatis nostri honorabiles provisores ad partes Dalmatie et Albanie. Et volumus, quod in via vestra ire debeatis Jadram, et consignare rectoribus nostris Jadre ducatos quingentos, quos vobis dari fecimus dictis rectoribus consignandos pro fortificando portam terre firme et citadelam, prout eis est commissum; dictis rectoribus committendo ex parte nostri dominii, quod omnino solicitent ad expeditionem laboreriorum predictorum fortificationis dicte porte et citadele, ut in redditu vestri possitis ea, que vobis commisimus, mittere executioni; declarando dictis rectoribus, quod intentio nostri dominii est, quod dicti denarii in nulla alia re expendantur, nisi pro laboreriis predictis; dictis rectoribus etiam denotando, quod pro laboreriis predictis per galeas Baruti aut Alexandrie alios quingentos ducatos eis mittemus.

Expediti autem de Jadra, volumus, quod ire debeatis Sibenicum, et ibi esse cum comite nostro Sibenici, et eidem dicere, quod intentio nostra est, quod castrum Sibenici compleatur, et detur intrata dicti castri per viam marine, sicut alias fuit ordinatum. Et ideo solicitabitis dictum comitem, ut sit solicitus ad faciendum compleri castrum predictum et viam predictam, per quam intrari possit castrum predictum a parte marine pro securitate status nostri in terra predicta. Et si dictus comes diceret, laboreria predicta facere non posse deffectu denariorum, ei dicere debeatis, quod certe de hoc miramur, quia introitus deinde bene correspondere debent, quia sunt in pace, et quia Murlachi frequentant itinera illa, sicut omnibus patet.

In Tragurio autem esse debeatis cum comite nostro Tragurii, et videre fortilicia, que ordinavimus fieri in Tragurio, videlicet fortilicium porte a parte terre, et fortilicium turris cathene, et dictum comitem solicitare, ut vigilet et solicitet dari facere complementum fortilicio turris cathene. Verum volumus, quod bene examinare debeatis laborerium parte terre firme, quod dicitur esse semifactum; et si vobis videbitur, dictum laborerium fore percomplendum pro securitate civitatis nostre predicte. Sed si vobis videretur, quod utilius foret principiare unum fortilicium ad episcopatum inter illas duas turres, inter quas alias fuit praticatum debere ibi fieri fortilicium, relinquimus in libertate vestra aut complendi fortilicium porte terre firme, aut principiandum aliud fortilicium apud episcopatum, sicut vobis melius videbitur pro securitate civitatis nostre

*

predicte, quia intentionis nostre est, quod completo uno ex dictis fortiliciis, aliud fiat; que terminatio fieri debeat per comitem et vos, aut per duos vestrum.

Expediti autem de Tragurio, ire debeatis Spalatum, et ibi visitare locum predictum, et solicitare comitem nostrum ad bonam et vigilem custodiam loci predicti.

Volumus etiam, quod solicitetis presto vos expedire de partibus Dalmatie, quia ea, que vobis committimus in accessu vestro, non important dilationem, non stando nisi uno die per locum.

Et cum fueritis expediti de Spaleto, volumus, quod dirrecte ire debeatis Scuttarum, et cum ibi eritis, esse debeatis cum nobili viro Jacobo Dandulo, qui fuit comes et capitaneus Scutari, cui scripsimus, quod vos in Scutaro expectare debeat, quem volumus apud vos esse tercium provisorem in partibus Albanie, et cum ser Antonio Barbaro comite et capitaneo Scutari, quem volumus esse vobiscum ad terminandum ea, que terminanda erunt in civitate Scutari; extra autem civitatem Scutari dictus ser Antonius non debeat se impedire. Et diligenter examinare terminos et condiciones civitatis nostre Scutari, et quoscunque introitus quoquo modo spectantes et pertinentes civitati nostre predicte, quos introitus tam datiorum, quam unius ducati pro foco, quam etiam frumenti, quod solvitur nostro comuni, quam etiam introitum salis, et omne aliud, quod spectat nostro dominio, taliter regulare debeatis, quod comune nostrum habeat debitum suum, et debeant fieri terminationes per vos quatuor vel tres vestrum in concordium.

Volumus etiam, quod videre et examinare debeatis quantitatem ballistariorum, qui sunt in castro Scutari, gentes nostras equestres et pedestres, quas habemus in Scutaro, et consideratis omnibus, que consideranda sunt, debeatis in castro Scutari retinere illos ballistarios, qui vobis videbuntur necessarii ad custodiam castri predicti. Et similiter retinere debeatis illas gentes equestres et pedestres, que vobis videbuntur, tam italicas quam albanenses, fore necessarias ad custodiam contrate nostre Scutari, et sub illis conductoribus, qui vobis videbuntur; deputando unum caput dictarum gentium, qui vobis videbitur, et faciendo illam quam minorem expensam poteritis pro utilitate nostri comunis.

Insuper quia territoria deinde spectant nostro comuni, sed consuetudo contracte est, quod dicta territoria dantur et conferruntur nobilibus deinde et aliis fidelibus personis in pronias, et dicti tales vocantur proniarii, volumus, quod consideratis condictionibus et fidelitatibus dictorum proniariorum, illas dictis proniariis, qui vobis videbuntur, confirmare debeatis; et similiter territoria, que per aliquos tenerentur; et si essent alique pronie, ville sive territoria, que non haberent proniarios, et videretur vobis utile illa et illas sub proniariis ponere, relinquimus in libertate vestra illas et illa dandi illis, qui vobis videbuntur fideles nostri dominii, in pronias, et aliunde solventibus ipsis nostro comuni illud, quod tenentur solvere secundum consuetudines contracte; non possendo illa et illas dare nisi personis deinde, que sint fideles nostri.

Facta autem provisione necessaria in civitate Scutari et commitatu secundum quod vobis superius committimus, volumus, quod ire debeatis

Drivastum, et ibi similiter regulare debeatis introitus et expensas, et deputare ad custodiam castri Drivasti illos ballistarios, qui vobis videbuntur, et providere super factis proniarum et territoriorum confirmandorum et de novo dandorum, sicut vobis superius de Scutaro committimus.

Et quia deinde sunt aliqui nobiles Albanenses, qui fuerunt et sunt in discordia cum rectoribus nostris Scutari et Drivasti, volumus, quod providere debeatis de reducendo dictos nobiles ad concordium et unionem cum rectoribus nostris predictis. Et inter alios placet nobis, quod provideatis de concordando cum rectoribus nostris predictis Coiam, qui fuit socer Balse, providendo posse vestro, quod in concordio, quod fiet, idem Coia restituat nostro dominio castrum Dagni, quod spectat et pertinet civitati nostre Scutari, et quod alias habuimus in manibus nostris. Et quando dictum castrum habere non possetis, placet nobis, quod veniente dicto Coia ad concordiam vobiscum et cum rectoribus nostris Scutari et Drivasti, facta omni possibili experiencia, dictum castrum eidem Coie dimitatis.

Dato autem ordine necessario in Scutaro et Drivasto prout superius continetur, venire debeatis Dulcignum, in quo loco Dulcigni regulare debeatis introitus et expensas, et providere ad custodiam castri, prout videbitur fore necesse; et similiter providere debeatis super factis proniarum et territoriorum confirmandorum et de novo dandorum, sicut vobis superius de Scutaro committimus. Et istud idem facere et observare debeatis in Antivaro, ponendo in castris predictis de illis fantariis nostris, qui deinde sunt.

Volumus tamen, quod omnes terminationes et deliberationes, quas facietis, fieri debeant per vos tres aut per duos vestrum concordes.

Insuper volumus, quod in Scutaro, Drivasto, Dulcigno et Antivaro fieri faciatis unum catasticum novum in quolibet dictorum locorum, super quo sint scripta omnia pertinencia nostro dominio in locis predictis, per modum, quod omnia iura et introitus videri possint, et de ipsis copiam vobiscum Venetias portare debeatis; que quidem scripture fiant per notarium vestrum.

Posita autem conclusione civitatibus nostris Scutari, Drivasti, Dulcigni et Antivari, venire debeatis Catarum, et ibi simul cum rectore nostro Catari esse debeatis, et accipere informationem de differenciis et novitatibus existentibus inter ipsum et Alexium et Georgium Juras, et providere de reducendo predictos Georgium et Alexium ad bonum concordium vobiscum et cum comite Catari predicto per illa media et vias, que vestre sapientie videbuntur. Et si pro dicto concordio fiendo videretis fore necesse, dictis Gergio et Alexio Juras dimittere illa casalia, que post mortem Balse acquisiverunt, sumus contenti, quod illa eisdem dimittatis. Et si vobis videretur, quod esset utile pro nostro dominio et locis nostris deinde, pro habendo predictos Georgium et Alexium favorabiles et obedientes nostro dominio, eisdem aliquam provisionem dare, damus vobis libertatem possendi promittere predictis Georgio et Alexio de introitibus Scutari singulo anno ducatos centum usque ducentos inter ambos; et volumus, quod illud, quod terminabitur per vos, terminari debeat per vos quatuor vel tres vestrum concordes.

Insuper volumus, si casus occurreret, quod dum essetis in Cataro, Sandali voivoda Bosne, qui solitus erat habere certam iurisditionem et introitum dohane salis Catari, mitteret ad vos aliquem ex suis pro concordio habendo nobiscum et cum comunitate nostra Catari, volumus, quod esse debeatis insimul, et convocare illos cives nostros Catarinos, qui vobis videbuntur, et ab eis scire, si dictus Sandali est potens ad offendendum civitatem Catari, et damnificandum territoria civitatis predicte; et si esset modus deffensionis contra Sandali predictum, et si utile esset contribuere dicto Sandali aliquam quantitatem denariorum de introitibus deinde, ut haberet causam cum dicta comunitate vivendi pacifice et quiete. Et auditis civibus predictis et parere suum, damus vobis libertatem possendi promittere dicto Sandali in anno de introitibus dohane salis Catari a ducatis quingentis usque mille in anno, sicut melius facere poteritis, promittente dicto Sandali non offendere territoria nostra Catari, Albanie, nec alia loca nostra, existentibus omnibus vobis quatuor vel tribus ad minus in concordio. Si vero dictus Sandali nullum ad vos mitteret, non debeatis super dicta materia aliquid dicere, nec vos cum aliquo aperire.

Si vero non inveniretis ser Jacobum Dandulo, quia non habuisset mandatum nostrum, volumus, quod ea, que facere habebitis in civitate Scutari, fiant per vos provisores et per comitem et capitaneum nostrum Scutari, vel per duos vestrum in concordio, et extra civitatem Scutari fieri debeant per vos duos concordes.

Data autem executione negociis nostris in Cataro, volumus, quod ser Jacobus Dandulo redire debeat dirrecte Venetias ad expensas nostri comunis, et quod a die, quo receperit nostrum mandatum de expectando vos, usque quo redierit Venetias, stare debeat ad expensas nostri comunis pro persona sua et famulis tribus.

Vos autem venire debeatis Spalatum, in quo loco Spalati esse debeatis cum comite nostro dicti loci, et examinare introitus et expensas, et omnia in scriptis accipere, et vobiscum Venetias reportare. Et si aliqua differentia foret inter comitem nostrum et Policanos seu aliquos alios deinde, debeatis, si vobis possibile erit, procurare et solicitare de pacificando predictos Polizanos sive alios cum comunitate Spalati per illos meliores modos poteritis. Examinare similiter debeatis situm et condictionem castri Spalati, et expensas necessarias pro fabrica castri predicti, et de omnibus venire plene informati, ut possimus providere, sicut nobis videbitur necessarium fore.

Expediti autem de Spalato, venire debeatis Tragurium et esse cum comite nostro Tragurii, et videre et examinare, in quibus terminis et condictionibus erunt fortilicia per vos ordinata, et solicitare comitem nostrum ad expeditionem laboreriorum predictorum. Et ut predicta laboreria acius compleantur, apud alios denarios, qui expenduntur in laboreriis predictis debeatis solicitare comitem nostrum, quod redditus episcopatus exigi faciat, et illos expendat pro fabrica laboreriorum predictorum, sicut alia commisimus precessori suo; et similiter exigat redditus Michacii, quos etiam ponere debet in fabrica laboreriorum predictorum; de quibus redditibus tam episcopatus quam Michacii, videre debeatis computum ordi-

natum, et de illis venire debeatis plene informati, ut possitis nostrum dominium de illis informare.

Cum autem accesseritis de Tragurio, venire debeatis Sibenicum, et comitem nostrum Sibenici solicitare ad complementum castri et vie fiende a parte marine pro habendo introitum et exitum in castro predicto.

Expediti autem de Sibenico, venire debeatis Jadram, in quo loco Jadre esse debeatis cum rectoribus nostris, et videre et examinare, in quibus terminis erunt fortilicia parte terre firme et citadele. Et si dicta fortilicia erunt completa, et videretis, quod cassare possint de pedidibus in Jadra existentibus, debeatis vos informare de quantitate peditum, qui cassari possent in Jadra et etiam in Spalato et Tragurio, ut habitis informationibus vestris, possint fieri ille provisiones, que videbunt necessarie.

Et cum recesseritis de Jadra, venire debeatis Pagum, et ibi cum comite nostro Pagi videre debeatis introitus et expensas salis, et rationes, et quomodo administrantur denarii nostri comunis, et si essent alique provisiones fiende pro bono et augumento introituum nostrorum deinde, et pro expeditione salis; et sumpta de omnibus plena informatione, debeatis venire Venetias de omnibus informati, ut possimus providere sicut vobis videbitur opportunum fore.

Ceterum deliberavimus, ut vobiscum portetis tot pannos, qui sint valoris ducatorum mille, de quibus pannis relinquimus in libertate vestra medietatem eorum pro quantitate ducatorum quingentorum dandi et largiendi illis nobilibus deinde secundum condictiones eorum, prout vobis videbitur, alios autem quingentos ducatos pannorum poteritis dare seu dari facere stipendiariis nostris deinde, poni faciendo ad computum eorum quantitatem, quam dictis stipendiariis dari facietis.

Insuper vobis consignari fecimus quandam petitionem fidelis nostri Mathei de Cagnolis et cuiusdam Nicolai quondam Ducaleti de Scutaro et certorum aliorum; et quia idem Matheus multum recommendatur per rectores nostros, qui fuerunt in partibus Albanie; propterea volumus, quod petitionem dicti Mathei et dicti Nicolai et similiter aliorum examinare debeatis, de eis providendo de stipendio deinde, sicut videbitis eos propter fidelitatem suam apud nostrum dominium promerere.

Fecimus insuper vobis consignari certas literas, quas scribimus comiti nostro Tragurii; et quia dicte litere multum important, sitis soliciti dictas literas dicto comiti Tragurii consignare. — Omnia etc. Jurasti etc. Data etc. De parte alii, de non 4, non sinceri 2.

Misti lib. 53. c. 170. tergo, u mlet. arkivu.

God. 1421. 27. srpnja, u Mletcih.

Naloženo pomorskomu kapetanu, da osobe sumnjive viernosti u Spljetu i u Trogiru, u Mletke odpravi.

1421. 27. iulii. Scriptum capitaneo generali culphi, ut visitet Spalatum et Tragurium, et omnes, quos ibi suspecte fidei reperiet, Venetias mittat, indicando causas.

In litteris comitis Tragurii tanquam suspecti habiti:

Nobiles:

Blasius Andre miles — Petrus eius nepos — Simeon Nicole Subotich — Jacobus eius frater — Blasius quondam Luce Victuri miles. — Nicola Pauli. Stefanus Petri. — Dragolinus Nichuole.

Populares:

Marinus lapicida prothomagister. — Marinus Simeonis Subotich naturalis. — Martinus Sadrisla. — Andreas Angelo.

Secreta consilii rogatorum. Vol. VIII. u mlet. arkivu.

God. 1421. 30. srpnja, u Mletcih.

Odpišuje se načelnikom Zadra, da mogu poslati dva oružana broda na stražu u Kvarneru; i da Pažani mogu prodavati sol svoju i drugo u Sklisi (Bagu).

Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. Andree Zane comiti et Paulo Corrario capitaneo Jadrae, quod possint armare duas barchas pro custodia Quarnarii; et quod illis de Pago februario elapso concessum fuit „quod possent ire cum sale et rebus suis ad montaneam Sclisse solummodo et non alio, et inde conducere Pagum grassam et alia victualia pro usu et necessitatibus suis“.

Date in nostro ducali palacio die penultimo mensis iulii, indictione xiiii, mccccxxi.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 39, u zadarskom arkivu.

God. 1421. 30. srpnja, u Mletcih.

Zadarski načelnici upućeni, neka se nepačaju u Ostrovicu, dokle primirje traje; a kad ovo prestane, neka ju bilo ma kojim sredstvom predobe.

Thomas Mocenigo dei gracia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Andree Zane de suo mandato comiti et Paulo Corrario capitaneo Jadre et .. successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Ea omnia, que per vestras literas nobis denotastis super facto castri Ostrovice ac consilium et opinionem vestram plene intelleximus. Unde uobis respondemus, quod attento, quod presentialiter estis in treugua cum castellanis predicti castri, quod, quod si armata nostra veniret ad partes Dalmacie dicta de causa, hoc fieri non posset absque scitu multorum, deliberavimus pro presenti super eo negocio respectibus predictis nihil innovare. Verum volumus et fidelitati vestre mandamus, quatenus, complectis treuguis existentibus inter vos et castellanos castri antedicti, adhibeatis possibiles operas ac diligentem sollicitudinem aut per viam tractatus aut per viam scallandi ipsum aut per quamcunque viam et modum habilem et per precium ut castrum predictum haberi et ad manus nostri dominii pervenire posset. Faciatis sicut melius et prudentius poteritis, ut ipsum locum in manus nostras et fortiam habeatis. — Date in nostro ducali palacio die penultimo iulii, indictione xiiii, mccccxxi.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 39, u zadarskom arkivu.

God. 1421. 2. kolovoza, u Mletcih.

Odgovori na molbe pučkih poslanika trogirskih.

1421. die II. augusti. Quod respondeatur ambassiatoribus populi civitatis nostre Tragurii in hac forma: Et primo ad primum capitulum hujus continentie et tenoris: Primo exponunt, quod alias supplicaverunt vestro dominio, quod provideret de faciendo aliquod fortilicium in civitate vestra Tragurii, et dominatio vestra promisit illud facere, nec adhuc factum est, ex quo multa pericula sequi possent, nisi dominatio vestra provideat de dicto fortilicio vel per alium modum, sicut melius videretur vestro dominio. Et propterea supplicant vestro dominio, ut pro conservatione dicte civitatis dignetur sine mora superinde providere, quoniam omnis mora inducit periculum. Quod sicut alias diximus et eis respondimus, dispositio nostra est de fortificando civitatem predictam per modum, quod status noster et fideles nostri sint securi. Et deliberavimus illuc mitere nostros provisores, qui presto ibi erunt, et simul cum comite nostro deliberabunt ponere conclusionem fortiliciis ibi construendis, et cum tali modo et ordine, quod dicta fortilicia presto complebuntur, ita quod omnes fideles nostri diligentes statum nostrum poterunt secure et sine aliqua dubitatione stare.

Ad secundum continens: Item exponunt, quod non suffecit Michacio et suis sequacibus facere contra dominationem vestram tempore, quo ipsi dominabantur civitati Tragurii, et modo etiam ipsi sequaces, suis pessimis voluntatibus incitati, inducunt et commovere tentant per diversas vias et modos subditos vestri dominii deinde, minantes sibi et dicentes, vos venietis sub nostro dominio sicut fuistis, quia rex Sigismundus fecit concordium cum dominis Venetiarum, quod sibi debet restituere Tragurium et alias terras Dalmatinas. Et hoc sit verum, ipsa dominatio nullum facit fortilicium, nec vult facere in Tragurio nec in Spalato, pro non faciendo expensam. Respondemus, quod impossibile foret retinere linguas talium male dispositorum, ut non loquerentur secundum suos appetitus; sed dicti tales loquntur contra veritatem, quia nullum concordium fecimus cum domino rege Hungarie. Et si ad aliquod concordium cum dicto rege veniremus, nunquam ei restitueremus terras et loca nostra Dalmatie, ymo intendimus favente gratia altissimi omnes terras et loca nostra Dalmatie perpetuo sub nostro dominio tenere et conservare, et de hoc sint certissimi fideles nostri predicti, et in signum huius nostre intentionis, sicut superius tangimus, providebimus de fortiliciis necessariis, ita quod nullo modo poterunt dubitare.

Ad tercium, quartum et quintum capitulum huius tenoris: Item exponunt, quod hac yhieme elapsa rex Sigismundus dedit Michatio unum castrum in Crovatia nominatum Varhirchi (Vrlika?) prope Tragurium per unam dietam, et hoc videntes sui sequaces, miserunt sibi dictum, quod ipsum castrum accipere non deberet, quia ipsum non posset tenere, quin faceret damnum comitatui Sibenici vel Tragurii vel Spalati, et ipso minimum damnum faciente, extracti fuissent omnes et confinati de Tragurio, et ipsis sic confinatis, omnis spes sibi ablata fuisset recuperandi suum pristinum statum. Unde dictus Michacius ad hortationem dictorum suo-

rum sequacium illud castrum noluit accipere. Modo autem dictus rex dedit eidem Michatio trecentos rusticos in Sclavonia apud Tragurium per quatuor dietas, et ulterius dedit sibi soldum videlicet denarios pro trecentis peditibus; quo cum illis ire intendat, dicti vestri fideles nesciunt, sed dicitur, dictum Michacium velle venire in Crovatiam pro accipiendo uxorem, que est longe a Tragurio per dimidiam dietam, quod non est credendum, quia solum sufficerent sibi decem famuli ad accipiendum eius uxorem, considerato quod irent per territorium dicti regis. Unde credendum est, quod dicti denarii et gentes non sunt sibi datis pro accipiendo uxorem suam, sed pro alio. Unde ipsi vestri subditi multum dubitant, ne dictus Michacius cum dictis gentibus veniat pro certis tractatibus, que habet in Tragurio et in Spalato, de quibus credunt ipsi vestri fideles dominationem vestram habuisse informationem, et ideo dominatio vestra dignetur superinde providere prout sibi melius videbitur.

Item exponunt, quod die ultimo maii elapsi venit de Hungaria quidam filius Nicole Doctrina consanguineus dicti Michacii, qui tempore, quo dominatio vestra gerebat bellum contra Tragurium, missus fuit per dictum Michacium et suos sequaces ad regem Sigismundum pro petendo auxilium, et cum novum venit, quod dominatio vestra habuit Tragurium, subito dictus Nicola et eius filius capti fuerunt et carceribus mancipati cum filio domini Blasii, qui tamen filius dicti Nicole per viam Segne venit cum una barca Tragurium, dicens aufugisse de uno castro, et dum esset in dicta barcha habuit dicere marinariis eisdem, si deo placebit, liberabimur ab hac servitudine, quia de Hungaria veniet multa gens, et in Tragurio habemus multos amicos, et intrabimus Tragurium per viam salinarum in civitate nova, ubi murus erit magis bassus; dicens etiam, melius est nobis, quod nos ponamus ad periculum mortis, quam stare in hac servitudine. Que verba dicti marinarij dixerunt domino Simoni de Detrico, comiti Tragurij, qui misit pro dicto juvene, et in sua presentia fecit per dictos marinarios omnia predicta verba sibi dicere. Quare dicti vestri fideles humiliter supplicant, quatenus dominatio vestra superinde dignetur adhibere illud remedium et illam provisionem, que sibi melior videbuntur pro conservatione loci vestri Tragurii.

Item exponunt, quod postea venit quidam cursor latenter ad uxorem dicti Nicole Doctrina, cuius adventum dicti vestri fidelissimi sciverunt, eo quia unus eorum semper stat ad portas terre firme, quia stipendiarii vestri, qui stant ad custodiam portarum, non cognoscunt rusticos comitatus Tragurii nec gentes forinsecas, de cuius cursoris adventu nulla facta noticia vestro comiti Tragurii, ipsi vestri fideles subito eidem comiti fecerunt noticiam de eo cursore, qui comes fecit eum querere, qui repertus fuit in domo dicti domini Blasii, qui secum loquebatur, et stetit secum bene per duas horas; et petito dicto cursore, de quo loco venit, idem respondit de Tnino (Tinino) missus pro parte dicti Nicole Doctrina ad suam uxorem. De inde interogato, si habebat aliquam literam, respondit, quod sic, quam dederat uxori dicti Nicole, que illam dederat legi Jacobo de Sobota attinenti dicti Nicole et prefati Michacii. Et sic dominus comes misit pro dicto Jacobo, et sibi postulavit illam literam, et ipse videns cursorem detentum, dictam literam dedit ipsi domino co-

miti, in qua litera multa continebantur suspecta, de quibus credunt dominationem vestram esse informatam; super quibus supplicant, ut dominatio vestra dignetur opportune providere, prout sibi videbitur, ut huiusmodi suspecta omnino cessent, pro conservatione civitatis nostrę Tragurij.

Ad suprascripta tria capitula, respondemus, quod placet nostro dominio de contentis in dictis capitulis habere informationem, licet per comitem nostrum Tragurij de multis contentis in ipsis capitulis habuerimus informationem, sed sicut superius tangimus, taliter providebimus ad securitatem civitatis nostre Tragurii, quod poterunt secure et quiete stare.

Ad sextum capitulum continens. Item exponunt dicti vestri fideles humiliter vestro dominio, quod intellexerunt dominationem vestram velle cassare centumquinquaginta pedites de illis, qui sunt in Tragurio, propter quod notificant dominationi vestre humiliter et devote, ut boni et legales servitores vestri dominii, quod non faciente dominatione vestra aliquod fortilicium in Tragurio vel per alium modum non providente, dicta civitas Tragurii non remanebit secura sine dictis peditibus, et hoc etiam, quia multi de populo propter suam extremam necessitatem iverunt habitatum alio, propter damna, que isto octobre elapso ex igne susceperunt. Et illorum, qui remanserunt, maior pars ibit ad standum in rure, ad colendum territoria sua, et ad colligendum vina et redditus suos. Unde necessarium est propter dictas causas, quod stipendiarii vestri stent ad custodiam dicti loci, et maxime considerato, quod attinentes et sequaces dicti Michacii sunt potentes cum suis rusticis, et maior pars dictorum vestrorum fidelium vadunt huc illuc, sustinendo multos labores pro sustinendo se et familias suas. Super quibus etiam bene advertat dominatio vestra, et provideat taliter, quod dicta civitas bene custodiatur. Respondemus, quod quia stipendiarii nostri, existentes ad custodiam civitatis nostre Tragurii, non videbantur esse bene in ordine, ordinavimus, quod reduci debeant ad numerum stipendiariorum ducentorum. Et reddimur certi, considerata fidelitate comunitatis nostre Tragurii, quod dicti ducenti stipendiarii sint sufficientes ad eius custodiam.

Ad semptimum huius tenoris. Item exponunt humiliter vestro dominio, quod die octavo junii elapsi dominus Simon Episcopus Tragurii rebellis vestri dominii scripsit cuidam canonico in Tragurio, ut sibi mitteret aliquos suos denarios et res, quos et quas conservabat, per quendam suum consanguineum, quia intendit ire Romam; et dicitur a certo, quod vult renunciare dicto episcopatui, et concedere cuidam suo attinenti episcopo Arbi. Et propterea dignetur dominatio vestra providere de uno episcopo, qui sit gratus et acceptus vestro dominio, quia dici potest, quod episcopus Tragurii sit dominus ipsius loci. Respondemus, quod pro bono et quiete civitatis nostre Tragurii dispositi sumus providere de uno alio episcopo grato et accepto nostro dominio.

Ad octavum tenoris sequentis. Item exponunt, quod conservatio loci Spalati est conservato loci Tragurii, et ideo dicunt, quod conservatio loci Spalati est, quod exiticii, qui sunt fidelissimi vestri dominii, et personas suas semper fideliter et utiliter exercuerunt ad obtinendum terras Tragurii et Spalati, sicut evidenter apparet, revertantur in Spalatum, qui

semper erunt ferventes ad honorem vestri dominii. Et hoc dicunt, quia quotidie in Spalato tractantur tractatus, de quibus quidam nobiles de Spalato intelligunt se cum certis nobilibus de Tragurio, et fecerunt inter se sacramentum his diebus elapsis, quia tales inimici vestri dominii, dolentes de dominio vestro, quia aliis dominabantur, querunt per omnem viam et modum, statum vestri dominii subvertere. Et propterea pro bono et conservatione dictorum locorum, ut huiusmodi tractatus etiam cessent, dominatio vestra dignetur remittere prefatos exiticios in Spalato, et hoc modo illi, qui contentantur de dominatione vestra, large loquebuntur magis quam nunc, et etiam civitas Spalati cum stipendiariis et exiticiis melius custodietur. Respondemus, quod sicut scire poterunt, quando habuimus dominium civitatis Spalati, promisimus comunitati Spalati, de non reducendo in Spalatum exiticios Spalati, quorum exiticiorum nomina notata sunt in privilegio nostro dicte civitati concesso, quam nostram promissionem sumus dispositi observare pro honore nostro, sed tempora omnia disponunt. Possunt enim sperare, quod in futurum invenient nostrum dominium gratiosum.

Ad nonum tenoris sequentis. Item exponunt, quod alias, quando dominatio vestra dominabatur Tragurio, quedam insula Bue districtus Tragurii laborabatur, que abundabat bladis, et modo non laboratur. Idcirco supplicant reverenter vestro dominio, quod dignetur concedere sibi, quod possint ipsam insulam laborare et facere laborari ad quartum, sicut alias laborabatur, ut ipsi pauperes homines possint habere aliquam recreationem, et spem de non perdendo redditus dicte insule, et etiam vestra dominatio habebit aliquam utilitatem. Respondemus, quod sumus contenti, quod subditi et fideles nostri Tragurii possint super dicta insula laborare, dan ibus ipsis nostro dominio quartum eorum, que recolligent, sicut consueverant dare temporibus elapsis, laborantibus tamen ipsis cum licentia comitis nostri.

Ad decimum huius tenoris. Item supplicant reverenter vestro dominio, quod quia dominus Lucas Truno, comes vester Tragurii nescit idioma illud, propter quod pauperes homines non poterunt dicere jura sua, dominatio vestra dignetur mandare et providere, quod dictus dominus comes accipiat unum turcimanum, gratum et acceptum ipsi populo, cum salario ducatorum quadraginta in anno, sicut dominatio vestra concessit Jadratinis et Sibenicensibus. Respondemus, quod sumus contenti, quod comes noster Tragurii accipiat unum turcimanum, cui dare debeat in anno ducatos triginta.

Ad undecimum et ultimum huius continentie, videlicet: Item quia quidam Jacobus Testa de Tragurio tenetur hic Venetiis, et dominatio vestra non vult, quod accedat Tragurium, et illi, qui ponunt scandala in vestra civitate dicunt: Ecce Jacobus frater vester non permittitur stare in Tragurio, et ideo multi ex vobis similiter ibitis standum Venetias, et non poteritis stare in Tragurio, et nos bene stabimus in Tragurio, et hoc modo gaudent damnis nostris. Supplicant reverenter vestro dominio ipsi vestri fideles, quod dignetur dare licentiam ipsi Jacobo, quem cognoscunt esse fidelem vestri dominii, quod revertatur Tragurium, salvo si alia causa non esset, quam ipsi vestri fideles ignorant. Dictus enim Ja-

cobus multum contentarur de vestro dominio et de jure debet, quia si esset frater vel filius eorum vestrorum fidelium, et in eo cognoscerent aliquem suspectum, pro eo nil supplicarent, ymo cum totis sensibus persequerentur. Respondemus, quod consideratis conditionibus temporis presentis idem Jacobus potest habere pacientiam, si non permittimus eum reverti Tragurium. Sed ob respectum dictorum ambassiatorum idem Jacobus sperare potest, quod dominatio nostra erga eum erit gratiosa. De parte omnes alii, de non 3, non sinceri 4.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. *26, u mlet. arkivu.*

God. 1421. 5. rujna, u Mletcih.

Načelnici Zadarski upućuju se o njekojih stvarih tičućih se vojničtva i javne uprave.

Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato comiti et Marco Dandulo capitaneo Jadre et successoribus etc. scribit: de paga cavaleriorum comitis, et camerarii, qui de Venetiis mittitur; de castellanis Jadre; de capitaneis egredientibus civitatem Jadrae cum militibus equestribus; de salario tubetarum; de poenis cavaleriorum, qui errant in custodiis nocturnis; de stipendiariis, qui non solvunt affictum; de rectoribus dantibus officia illis de sua familia; de cassanda expensa pro custode cathenae. Data in nostro ducali palatio die 5 septembris, indictione XV, MCCCCXXI.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 40, u zadarskom arkivu.

God. 1421. 9. rujna, u Mletcih.

Nalaže se Jakovu Dandulu dosadašnjemu knezu Skadarskomu, da se vrati u Albaniju kao providur sa dva druga, i da podje kao poslanik k Stjepanu srbskomu despotu.

1421. 9. septembris. Cum provisum fuerit per hoc consilium, quod nobilis vir ser Jacobus Dandulo, qui fuit comes et capitaneus Scutari, debeat esse provisor una cum nobilibus viris ser Andrea Fusculo et ser Marco Miani, provisoribus nostris ad partes illas, et quod fienda debeant terminari et fieri per maiorem partem ipsorum trium, ut in parte super inde capta continetur distincte, et dictus ser Jacobus Dandulo ob descensum ad illas partes magnifici domini Stefani despoti Rascie venerit ad presentiam nostram pro dando oretenus informationem ad plenum nostro dominio de agendis et conditionibus de inde; et sit penitus necessarium, ipsum ser Jacobum Dandulo debere illuc reverti, tum pro faciendo et exequendo, que ei commissa sunt simul cum aliis nostris duobus provisoribus suprascriptis, tum etiam, quia dictus ser Jacobus est de conditionibus de inde plene et sufficientissime informatus. Vadit pars: quod precipiatur auctoritate huius consilii dicto ser Jacobo Dandulo, quod sub pena ducatorum mille debeat statim ad mandatum dominii redire ad illas partes, et esse cum predictis ser Andrea Fusculo et ser Marco Miani

provisoribus nostris ad faciendum et exequendum, que capta et ordinata sunt per hoc consilium iuxta formam comissionis sibi date; debeatque dictus ser Jacobus et alii duo nostri provisores per maiorem partem eorum de quanto ibi fuerunt, providere de reducendo Joti et Matausos et alios, qui sibi videbuntur, cum nostro dominio per illos modos, qui sibi apparebunt boni et utiles. Et cum dicti provisores fuerint expediti de sibi comissis per suam comissionem, debeat dictus ser Jacobus remanere et esse provisor in illis partibus ad providendum circa ea, que viderit et cognoverit fore utilia et fructuosa pro bono et securitate status nostri, predictorum locorum nostrorum deinde. Debeatque idem ser Jacobus esse cum salario ducatorum quinquaginta in mense et ratione mensis, et habere hic pagam quatuor mensium, ducendo secum famulos quatuor suis salario et expensis, et teneat equos quatuor dum erit in dictis partibus suis expensis. Insuper debeat dictus ser Jacobus ire noster ambassiator ad magnificum dominum Stefanum despotum Rascie et cet. cum illa comissione, que sibi dabitur per hoc consilium.

Die eodem. — Quod auctoritate huius consilii possit scribi supracomito nostro galee de Creta existenti in partibus Sclavonie, quod debeat conducere nobilem virum ser Jacobum Dandulo ad partes Albanie, et facere et exequi ac levare super ipsa galea, prout per dictum collegium sibi ordinabitur pro istis factis locorum nostrorum Albanie.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 28, u mlet. arkivu.

God. 1421. 9. rujna, u Mletcih.

Odgovor mlet. republike na pitanje poslanika Stjepana despota srbskoga, koj je zahtjevao, neka mu Mletčani izruče sva Balsina mjesta, koja su njegova.

1421. 9. septembris. Cum ad presentiam nostram accesserint duo ambassiatores magnifici domini despoti Stefani Rascie, et presentatis litteris credulitatis ac porrectis decentibus salutationibus et cet. dixerint parte ipsius domini habere exponere nostro dominio, qualiter prefatus dominus asserit habuisse semper bonam et singularem amicitiam cum nostro dominio, et quod loca, que olim erant Balse, post mortem illius sibi spectant, que loca petit, ut dignemur facere sibi dari; qui ambassiatores cum sollicita instantia requirunt prestam responsionem habere Vadit pars, quod dictis ambaxatoribus respondeatur in hac forma, videlicet: quod auditis et intellectis expositis per eos nostro dominio parte magnifici domini sui, intimi et carissimi, benivoli et optimi amici nostri dominii, dicimus, apud omnes fore notissimum, qualiter inter magnificos progenitores suos, eius magnificentiam et nostrum dominium semper viguit mutua et coniuncta dilectio sincere benivolentie et intrinsece caritatis, que gratia dei deinceps nedum conservabitur, sed ob veram sinceritatem optime dispositionis utriusque partium suscipiet continue augmentum. Ulteriusque ad suam informationem sibi volumus fore notum, quod positis et assignatis alias de amicabili et bona compositione et concordio per condam magnificum dominum Georgium Stracimiri in manibus et potestate

nostra locis Scutari, Drivasti, Dagni et Sati cum juribus et pertinentiis suis, Balsa, mortuo dicto magnifico domino Georgio, nolens servare et facere, que debebat, ymo procurans totum oppositum, intulit quam plures et infinitas novitates et damna dictis locis et subditis nostris de inde, in tantum quod demum ad guerram nostrum dominium provocavit. Unde nos, positis gentibus et exercitu nostro in illis partibus, facientes provisiones congruas ut moris est in talibus opportunitatibus, accepimus, euntibus dictis nostris gentibus contra eum, et loca sua de potestate sua, certe non ambitione dominii, sed sic gratia dei cum iusticia nostra succedente fortuna, et acquisivimus in ipsa guerra loca omnia, que possidebat, iuste et iuridice. Et postea interveniente medio et interpositione magnifici domini Sandali, et ad preces et promisiones per eum porrectas nostro dominio, nos perseverantes in nostra consueta et bona dispositione, ipsa loca per nostrum dominium aquisita et de eius manibus cum bona et iusta guerra accepta, dedimus nostra liberalitate ipsi Balse, qui fidelitatem et pacem per eum promissam nostro dominio servare debebat, et in quantum contrafaceret, promiserat idem magnificus dominus Sandalus, et tenebatur facere nobis restitui loca predicta, compellens ipsum Balsam cum suo auxilio et favore, et ad eius destructionem persequens. Quibus omnibus non obstantibus et in totum neglectis, ipse Balsa immemor beneficii accepti, addens mala malis, incepit iterum continuis infestationibus atque damnis loca, mercatores et subditos nostros illarum partium molestare, et de illis capere cum evidentissimo periculo eversionis status nostri, ipsorum locorum nostrorum de inde. Ob quod ad guerram nos iterum provocavit. Unde providimus adversus eum et loca, que tenebat, nostrum exercitum destinare. Et per capitaneum nostrum culphi fuit recuperatus locus noster Budve. Et sic pendentibus terminis ipsius guerre, successive de inde alia loca, que tenebat, iuste et de bona guerra acquisivimus et tenemus. Tamen abita consideratione ad veram et mutuam benivolentiam existentem inter nostrum dominium et dictum magnificum dominum despotum, cui certe sincere afficimur, disponimus ad eius presentiam nostram ambassiatam statim destinare, relaturam eidem bene plenarie nostram bonam intentionem et amicabilem dispositionem, per quam aperte videbit nos esse dispositos perseverare in antiqua et consueta bona benivolentia.

Secreta consilii rogatorum lib. VIII c. 29, u mlet. arkivu.

God. 1421. 9. rujna, u Mletcih.

Naputak za Jakova Dandula poslanika k Stjepanu srbskomu despotu.

1421. 9. septembris. Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus libi nobili viro Jacobo Dandulo dilecto civi et fideli nostro, quod de nostro mandato ire debeas ad presentiam magnifici domini despoti Stefani Rascie et cet., cui presentatis nostris litteris credulitatis, sibi exhibitis et porrectis salutationibus et oblationibus congruis cum verbis pertinentibus, debeas sue magnificentie exponere nostri parte, quod sicut diximus egregiis oratoribus sue magnificentie, quos nunc ad

presentiam nostram destinavit, habes referre sibi viva voce, apud omnes fore notissimum . . . (u naprieda kako u prednjoj listini od istog dana od ovih rieči *apud omnes fore notissimum* do riecih *aquisivimus et tenemus,* te dalje ovako:) . . . et ad suplicationem nobis porrectam per cives et fideles nostros dictorum locorum, que, ut profertur, alias posueramus et dederamus ipsi Balse, promisimus non alienare loca predicta, sed illa sub gubernatione nostri dominii tenere et perpetuis temporibus conservare, et hoc pro votivo contentamento mentium dictorum nostrorum fidelium cum sacramento firmavimus, quod certe fecimus inclinati supplicationi dictorum nostrorum fidelium et non pro ambitione dominii, nec pro utilitate dictorum locorum, prout ex suprascriptis et aliis debitis considerationibus sue magnificentie potest constare clarissime. Nec meditabamur, habitis debitis considerationibus ad premissa, et posito diligenti respectu ad excessivas expensas, quas fecimus pro dictis locis, magnificentiam suam debere dicere quidcumque super inde, ponendo presertim diligentiam ad ea, que possent ei fieri per nostrum dominium, et ad tenuem conditionem dictorum locorum, que est valde parva. Et propterea consideratis considerandis, magnificentiam suam, cui certe sincere afficimur, et que cum vera informatione quorumcunque videt iustissimam causam nostram, affectuose rogamus, quatenus preposita antiqua et consueta amicabili benivolentia, solita semper ut perfertur esse inter eius magnificos progenitores, suam magnificentiam et nostrum dominium, placeat non equiparare ipsam mutuam dilectionem inter partes existentem parvitati considerationis dictorum locorum, et suscipere consideratis suprascriptis et aliis pluribus, que veniunt consideranda, hanc nostram responsionem pro accepta et bene grata, ut intimus et optimus amicus et benivolus nostri dominii, ut in sua magnificentia late confidimus. Nam nostri firmi propositi est cum ipsa magnificentia sua in vera et sincera dilectione ipsius antique et intrinsece caritatis nedum perseverare, sed illam continue augere.

Suprascriptam vero comissionem exequi debeas in quantum dictus magnificus despotus Stefanus Rascie et cet. esset prope confinia nostra per quatuor dietas; et si esset in longioribus partibus, debeas ei scribere, qualiter habes in mandatis eundi ad presentiam suam, significando eidem, quod cum fuerit in loco habilis, ad quem possis commode accedere, ibis ad eius presentiam ad exequendum mandata nostra; et ita facere debeas, ut est dictum.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 29, u mlet. arkivu.

God. 1421. 10. rujna, u Mletcih.

Priložak k odgovoru, koj se imao dati poslanikom Stjepana despota srbskoga.

1421. 10. septembris. Quod facta responsione ambaxatoribus magnifici domini despoti Stefani Rascie et cet. dicatur in fine in hunc modum, videlicet: et licet divulgetur, magnificum dominum suum cum gentibus suis intulisse damna territoriis et subditis nostris de inde, tamen id non possumus credere ullo modo, habito respectu ad antiquam amicitiam,

quam habuimus semper cum magnificis progenitoribus suis et cum eius magnificentia, et etiam consideratis his, que dicti ambaxiatores parte dicti domini nostro dominio exposuerunt et retulerunt.

Secreta consilii rogatvrum, lib. VIII. c. 29, u mlet. arkivu.

God. 1421. 10. rujna, u Mletcih.

Naputak za Jakova Dandula odaslana kao providura u Albaniju.

1421. 10. septembris. Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum et cet. Comittimus tibi nobili viro Jacobo Dandulo dilecto civi et fideli nostro, quod in bona gratia ire debeas provisor ad partes Scutari, Drivasti, Dulcigni et Antivari, et expeditis negotiis comissis nobilibus viris Andree Fusculo et Marco Miani, quos in nostros provisores ad dictas partes misimus, et etiam comissis tibi, sicut in comissione dictorum provisorum continetur, et similiter missis ad executionem ea, que tibi comittimus per unam aliam comissionem nostram super factis magnifici domini despoti Rascie etc., debeas remanere provisor in partibus de inde, et regulare et gubernare gentes nostras de inde equestres et pedestres, et cum dictis gentibus vigilare ad securitatem, custodiam et defensionem terrarum et locorum nostrorum extra civitates, sicut fuerit necessarium; nam intentionis nostre est, quod rectores nostri dictarum terrarum ministrent ius et iustitiam civibus et habitatoribus terrarum et locorum predictorum, secundum quod a nobis habent in mandatis, de quibus non debeas te impedire. De his autem, que spectarent ad custodiam terrarum et locorum nostrorum debeas simul cum rectoribus locorum facere illas provisiones, que dictis rectoribus et tibi videbuntur necessarie. Volumus etiam, quod vigiles et sollicites ad reducendum illos nobiles de inde ad obedientiam et benivolentiam nostri dominii, vivendo cum eis pacifice et quiete pro bono et pacifico statu locorum nostrorum predictorum.

Verum si ante accessum tuum, vel postquam de inde fueris, dominus despotus Rascie aliqua damna dedisset vel daret subditis et fidelibus nostris dictarum partium, debeas cum gentibus nostris attendere ad custodiam passuum et vigillare ad defensionem et custodiam terrarum et locorum nostrorum, sicut videbis necessarium fore, procurando semper vivere cum dicto domino despoto, quantum tibi erit possibile, pacifice et quiete.

Insuper quia divulgatur, quod gentes domini despoti Rascie predicti discurrerunt territoria nostra de inde, volumus, quod si in applicatione tua in partibus de inde invenires gentes domini despoti predicti non discurrisse territoria nostra nec damnum aliquod fecisse, volumus, quod vadas ad presentiam dicti domini despoti ad exponendum comissionem nostram tibi datam, prout in dicta comissione continetur. Quando autem in applicatione tua invenires gentes dicti domini despoti discurrisse vel discurrere territoria nostra, debeas cum gentibus nostris attendere ad defensionem et custodiam terrarum et locorum nostrorum, et facere illas provisiones, que erunt necessarie pro securitate locorum predictorum et passuum. Et volumus tamen etiam in dicto casu, quod procures habere salvosconductus necessarios, et ad presentiam suam ire debeas cum nostris

litteris credulitatis, cui facta amicabili et fraterna salutatione, debeas sue magnificentie dicere et exponere, quod fuerunt ad presentiam nostram sui ambassiatores, quos libenter vidimus et diligenter intelleximus omnia, que nobis exposuerunt. Et considerantes antiquam amicitiam et fraternitatem, quam semper habuimus cum magnificis progenitoribus suis, magnam admirationem habuimus et habemus, et certe cum maxima displicentia intelleximus, quod gentes sue venerunt ad damna et offensiones terrarum et locorum nostrorum; et interim miserint ad presentiam nostram ambassiatores suos. Et scit magnificentia sua, quod nullam causam eidem prebuimus inimicandi nostro dominio, et gentes suas mittendi ad damna nostra; ymo semper fuimus cordiales amici progenitorum suorum et magnificentie sue: subiungendo, quod loca, que fuerunt condam Balse, que ad manus nostras pervenerunt, non accepimus voluntarie nec gratia ambitionis maioris dominii, sed coacti propter guerram, quam dictus Balsa fecit nostro dominio contra fidem et promissiones suas; declarando sue magnificentie super hoc illos modos et rationes, que in allia comissione nostra tibi data continetur, et rogabis dictum magnificum dominum despotum, quod velit gentes suas a damnis nostris removere, et si aliquid ex terris vel fortiliciis nostris occupasset vel accepisset, sollicita, quod illud nostro dominio restituatur cum illis pertinentibus verbis et rationibus, que tue discretioni videbuntur.

Et si dictus dominus despotus tibi faceret aliquam mentionem de filiabus dicti quondam Balse, debeas respondere, quod dominatio nostra, considerata conditione dominarum predictarum, providebit de maritando eas tempore debito per illud modum, qui erit cum bono et commodo dominarum predictarum, ita quod habebit merito contentari.

Et si dictus dominus despotus pro veniendo ad compositionem cum nostro dominio peteret et habere vellet provisionem, quam habebat Balsa a nostro dominio, et videres, quod sine dicta provisione ad concordium venire non posses, damus tibi libertatem promittendi dicto domino despoto provisionem predictam ad partem usque ad summam ducatorum mille de introitibus Scutari, sicut dabantur Balse predicto. Et si non posses per istum modum ad concordiam et compositionem cum dicto domino despoto venire, quia ipse dominus despotus alia peteret, respondere debeas, quod super hoc nullam habes libertatem, et procura, quod sufferentie fiant inter partes per illud maius tempus, quo poteris, et interim scribas nostro dominio omnia, que feceris et habueris, ut possimus ad omnia opportuna debite providere.

Et ut clare scias nostram intentionem, volumus, quod si dictus dominus despotus esset in territoriis nostris cum gentibus suis, habitis suis salvis conductibus, studeas ad presentiam suam accedere et sequi, sicut superius tibi committimus. Si vero idem dominus despotus non esset personaliter cum gentibus suis in territoriis nostris, et gentes sue ibi essent ad damna nostra, non debeas de dictis nostris locis recedere, sed cum gentibus nostris sis sollicitus ad custodiam et defensionem terrarum et locorum nostrorum, sicut tibi videbitur opportunum fore.

Verum quia arbitramur necessarium fore, quod quando ibis ad presentiam dicti domini despoti habeas unum notarium et unum trucimanum,

volumus, quod quando ibis ad dictam ambassiatam, ducere debeas tecum unum notarium et unum truzimanum ad expensas nostri comunis; et scripsimus per litteras nostras comiti et capitaneo nostro Scutari, quod quando ibis ad ambassiatam predictam, tecum mittat notarium suum.

Et quia hic divulgatur, gentes domini despoti discurisse territoria nostra de inde, debeas in itinere tuo te informare, si sic est; et si senties, dictas gentes esse in territoriis nostris, volumus, quod vadas Catarum, et similiter te informes de factis dictarum gentium; et si tibi et comiti nostro Catari videbitur utile fore, quod habeas societatem barcharum sive unius brigantini pro possendo securius ire Scutarum, procura cum dicto comite, quod armentur aut barche aut brigantinus, ita quod secure possis ire; sed intentio nostra est, quod primo et cum omni sollicitudine procures ire Scutarum. Et si Scutarum ire non posses, debeas descendere in Dulcigno; et si in Dulcigno aliqua causa descendere non posses, debeas descendere in Antibaro; quando etiam in Antibaro descendere non posses, debeas reverti Catarum, et ibi stare et scribere nostro dominio omnia, que feceris et occursa erunt, et expecta nostrum mandatum.

Debeas esse cum salario ducatorum quinquaginta in mense et ratione mensis, et habere hic pagam quatuor mensium, ducendo tecum famulos quatuor tuis salario et expensis, et teneas equos quatuor dum eris in illis partibus Albanie tuis expensis.

Secreta consilii rogatorum, liber. VIII *c. 30, u mlet. arkivu.*

God. 1421. 11. rujna, u Mletcih.

Ovlašćeni providuri, da mogu nagraditi zasluge Iota i Matausa, pošto bi to moglo koristno djelovati na druge.

1421. 11. septembris. Quod ut possit habilius procurari et obtineri intentio nostra in faciendo reduci Joti et Matausos et alios, qui videbuntur, pro bono et utili locorum nostrorum Albanie cum nostro dominio, comittatur nobilibus viris ser Jacobo Dandulo ituro ad illas partes et nobilibus viris ser Andree Fusculo et ser Marco Miani provisoribus nostris ibidem existentibus, quod pro dicta intentione adimplenda possint per maiorem partem eorum dare predictis de villis et proniis nostri dominii per illos modos, qui sibi apparebunt boni et utiles, non dando aliquod fortilicium alicui ullo modo. Et cum dictus ser Andreas Fusculo et ser Marcus Miani fuerint expediti de comissis per suam comissionem, habeant postea simul libertatem predictam comes et capitaneus Scutari et ser Jacobus Dandulo predictus, ut comissum erat dictis tribus provisoribus.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. *c. 31. u mlet. arkivu.*

God. 1421. 30. rujna, u Mletcih.

Republika potvrdjuje izbor kancelara Zadarskoga obavljen od gradskoga vieća.

Thomas Mocenigo dei gracia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicalao Venerio de suo mandato comiti et Marco Dandulo

*

capitaneo Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Intellectis litteris, quas nobilis vir ser Andreas Zane olim comes Jadre nobis scripsit, datis xxviii iulii elapsi, per quas nostro dominio denotavit, quod congregato consilio nobilium deinde more solito, elligerunt in cancelarium civitatis Jadre prudentem viruns Theodorum de' Praudino fidelem nostrum Vincentinum, et supplicavit, ut dignaremur dictam electionem approbare et ratificare. Vobis denotamus, quod audita fidelitate et prudentia Theodori predicti, eundem in cancelarium civitatis nostre Jadre acceptamus et confermamus cum modis et conditionibus infrascriptis, videlicet: quod dictus Theodorus habeat in anno et in ratione anni ducatos sexaginta auri, et habeat omnes prerogativas officii cancelarie solitas; et ultra hoc idem canzelarius acta civilia facere et exercere debeat sine aliquo salario, sed habeat pro dictis actis civilibus utilitates et prerogativas solitas, cum dictus Theodorus erit aptus et sufficiens ad utrumque officium exercendum. Volumus etiam, quod dictus Theodorus canzelarius faciat unum inventarium de omnibus bonis et possessionibus nostri communis existentibus in districtu nostro Jadre, None, Aurane et Novigradi, et teneat computum ordinatum de omnibus bonis et possessionibus predictis pro bono et utilitate nostri comunis. Et propterea cum nostro collegio habente a consilio rogatorum plenissimam libertatem fidelitati vestre scribimus et mandamus, quatenus dictum Theodorum in cancelarium civitatis nostre Jadre cum modis et conditionibus suprascriptis acceptare debeatis, facientes has nostras literas in cancelaria vostri regiminis ad futurorum memoriam registrari.

Date in nostro ducali palacio die ultimo mensis septembris, indictione xv, MCCCCXXI.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 33, u zadarskom arkivu.

God 1421. 10. listopada, u Mletcih.

Naputak za poslanika idućega k novomu gospodaru Turskomu.

1421. die x. octobris. Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum et cet. comittimus tibi nobili viro Benedicto Aymo baiulo nostro Constantinopolis, quod recepto presenti nostro mandato debeas cum nostris literis credulitatis ire ad presentiam domini Turchorum, in casu quo sit distans a Constantinopoli sive a parte Turchie sive a parte Gretie per dietas sex et non ultra, cui presentatis nostris literis credulitatis et facta sue excellentie amicabili salutatione et oblatione cum verbis pertinentibus et necessariis, debeas eidem exponere, quod, sicut scit, inter excelsum genitorem suum et nostrum dominium vigebat bona amicitia et pax et ob singularem dilectionem inter dictum excelsum genitorem suum et nostrum dominium de eius morte condolvimus et condolemus tanquam de bono et sincero amico nostri dominii. Sed audientes excellentiam suam ad dignitatem dominii loco dicti quondam patris sui ascendisse, singularissimam leticiam sensimus et habemus . . . . . .

Et facta expositione predicta, si per aliquem ex parte dicti domini tibi aliqua mentio fieret de confirmando pacem, que erat inter quondam pa-

trem suum et nostrum dominium, respondere debeas, quod nostra dominatio in signum conservationis bone amicitie inter partes contenta est dictam pacem de novo cum sua excellentia confirmare. Et quia in dicta pace est unum capitulum super terris Albanie, in quo specificantur solum Scutarum, Drivastum et Alexium, sicut videre poteris per copiam dicte pacis, quam tibi mittimus pro tua informatione, debeas instare et solicitare, quod dicatur generaliter pro terris nostris Albanie. Et si ob hec peteretur maior quantitas denariorum, ea que continetur in capitulo predicto, debeas respondere, quod propter continuas guerras, que iam multis annis fuerunt in dictis partibus, loca predicta sunt adeo destructa et desolata, quod nullius sunt utilitatis, non contribuendo ultra quam contineatur in capitulo predicto. Et si hoc obtinere non posses, et vellet illam confirmare in illa forma, qua iacet, debeas illam confirmare prout iacet. Si vero nulla fieret tibi mentio per aliquem ex suis de confirmando pacem predictam, volumus, quod captato tempore condecenti, tu debeas dicere, quod, ut videat bonam intentionem nostram, et quod sumus dispositi bonam amiciciam cum dicto domino conservare, debeas facere mentionem de pace predicta, et sequi debeas in facto dicte pacis, sicut superius continetur.

Confirmata autem dicta pace, cum illis pertinentibus verbis, que tue discretioni videbuntur, debeas dicto domino dicere, quod vigore dicti capituli, si loca nostra Albanie per aliquem molestantur, debet ipsa defendere. Et quia dominus despotus Raxie damnificat loca nostra predicta, in observatione capituli dicte pacis requirere debeas dictum dominum, quod circa hoc faciat et provideat in defensionem locorum nostrorum predictorum, sicut videbit fore necessarium pro honore sue excellentie et observatione pacis predicte.

Et quia credendum est, quod dictus dominus Turchorum vigore pacis predicte faciet provisionem circa defensionem locorum nostrorum predictorum, tamen quia posset occurrere, quod dictus dominus occupatus circa maiora non possit mittere gentes suas in subventionem locorum predictorum, volumus, quod procurare debeas, quod ad minus idem dominus faciat mandatum capitaneis suis existentibus circa loca Albanie, quod si requirerentur a rectoribus nostris de subventione pro defensione locorum predictorum, dictis nostris rectoribus subvenire debeant. Et procura, quod dictum mandatum mittatur per nuntios proprios dicti domini capitaneis suis predictis. Et ultra hoc procura de habendo etiam tu mandatum predictum per literas suas, quas rectores nostri occurrente casu necessitatis possint dictis suis capitaneis transmittere . . . .

De parte 95 — de non 5 — non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum lib. VIII. *c. 33., u mlet. arkivu.*

God. 1421. 30. listopada, u Mletcih.

Mletčani kore svoje providure u Albaniji, što su odlučili ustupiti srbskomu despotu Ulcinj i Drivast, neimajući za to povlasti; a kad bi jih na to sila nagnala, neka mjesto Ulcinja ustupe Budvu.

1421. 30. octobris. Quod scribatur provisoribus nostris ad partes Dalmatie et Albanie, et ser Jacobo Dandulo ad dominum despotum Rascie in hac forma:

Recepimus litteras vestras, quas vos ser Marcus Miani provisor noster nostro dominio scripsistis, datas vigesimo secundo mensis elapsi et primo mensis presentis, per quas displicenter intelleximus tam conditionem locorum nostrorum, in qua scripsistis dicta loca nostra esse, quam etiam propter praticam per vos factam cum domino despoto Rascie, quam videmus esse cum onere nostri dominii, quia videmus occasione dicte pratice vos ser Marcum et ser Andream socium vestrum et comitem nostrum Catari propter accessum vestrum ad civitatem Catari pro conferendo cum eis deliberasse et terminasse de dando dicto despoto civitatem nostram Dulcigni, sicut per litteras vestras, per vos ser Andream et ser Antonium a Bocholis nostro dominio scriptas, et datas die octavo octobris, clare apparet. De qua vestra deliberatione admiramur, cum nullam a nobis habueritis libertatem alienandi et terras et loca nostra; et si dubitabatis, ne loca nostra pervenirent ad manus despoti predicti, potius debebatis illa submittere fortune, quam sine mandato nostro cum tanto onere nostri dominii illa alienare. Et dolemus etiam et non parum, quod deliberaveritis potius dare civitatem Dulcigni quam terram Budve, quia bene cognoscitis differentiam existentem inter Dulcignum et Budvam. Sed multo plus dolemus, quod deliberaveritis dicto despoto dimittere civitatem nostram Drivasti, considerantes, quod castrum tenemus, et se defendere potest, quia habet victualia ad sufficientiam et homines aptos ad defensionem. Et propterea cum nostris consiliis rogatorum et addicionis fidelitati vestre scribimus et mandamus, quatenus si non pervenissetis ad conclusionem cum dicto domino despoto, debeatis omnino instare et procurare ac sollicitare, quod idem dominus despotus nobis restituat civitatem nostram Drivasti, quia sine Drivasto civitas Scutari parum valet. Insuper volumus, quod si non pervenistis ad conclusionem cum dicto domino despoto, et ei non dedissetis civitatem Dulcigni, illam sibi nullo modo dare debeatis; et licet intraveritis in dicta pratica, que nobis valde displicet, et de qua nullam habebatis libertatem, tamen coacti ob dictam praticam, in casu quo aliter fieri non posset, condescendimus, quod eidem dare debeatis Buduam et non Dulcignum. Insuper vobis denotamus, quod cum presenti galea mittimus vobis ballistarios sexaginta sub tribus conductoribus, et duodecim sine conductoribus, quos duodecim mittere debeatis Catarum, ut ponantur in castro Catari, et illos sexaginta, si non venissetis ad aliquam conclusionem cum domino despoto, ponere debeatis ad defensionem locorum nostrorum, sicut vobis melius videbitur; et si conclusionem fecissetis ut scripsistis, dictos ballistarios ponere debeatis in locis nostris, cassando tot alios de insuficientioribus.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 35, u mlet. arkivu.

God. 1421. 7. studenoga, u Mletcih.

U poslu vojničkoga zapta.

Thomas Mocenigo dei gracia dux Veneciarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato comiti et Marco Dandulo capitaneo Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Significamus vobis, quod in consiliis nostris rogatorum et additionis in MCCCCXX primo, indictione XV die XXVII octobris pars capta fuit tenoris infrascripti, videlicet: cum in 1411 die quinto mensis novembris captum fuerit in hoc consilio et mandatum rectoribus nostris Padue, Vincentie et Verone, quod alicui vel aliquibus nostris conductoribus et provisionatis ac stipendiariis equestribus et pedestribus comorantibus in dictis terris non possent nec deberent ullo modo concedere nec dare licentia standi et dormiendi extra terras predictas nisi solum pro tribus diebus et noctibus, in quibus tamen perdant soldum, et si stabunt ultra dictum terminum, perdant duplum soldum etc. sicut in parte suprascripta distinctius continetur; et sicut notum est omnibus propter adeptionem patrie Foroiulii et aliquarum terrarum Dalmacie tenemus in ipsis locis, pro custodia earum multas gentes armigeras pedestres et equestres, sitque necessarium providere, quod gentes deputate stare in dictis locis stare debeant ad suam custodiam prout tenetur, ex nunc captum sit et ordinatum auctoritate huius consilii, quod sicut pars suprascripta capta die quinto novembris solum se extendit ad rectores Padue, Verone et Vincentie, ita de cetero sit commissa cum omnibus strincturis in illa contentis rectoribus nostris Tervisii, Foriiulii et parcium Dalmacie, quam teneantur observare et facere inviolabiliter observari etc.

Date in nostro ducali palacio die VII mensis novembris, indictione XV, MCCCCXXI.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 31, u zadarskom arkivu.

God. 1422. 22. siečnja, u Mletcih.

Mletčani odobravaju dielovanje nadbiskupa zadarskoga u poslu tičuću se samostana i crkve sv. Ambrosa u Ninu.

Thomas Mocenigo dei gracia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato comiti et Marco Dandulo capitaneo Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Cum alias scripsimus reverendo patri domino archiepiscopo Jadrensi, rogantes suam paternitatem, ut monasterio et ecclesie sancti Ambrosii de Nona, pro quibus sepe et sepius per fideles nostros None apud nostrum dominium extiterit supplicatum, oportune provideret. Et idem dominus archiepiscopus se excusans, hoc ad eum asseruisse de iure non attinere. Tandem per sedem apostolicam causa predicta eidem comissa fuit; qui requisitionibus nostris assentiens, nobilium virorum ser Andree Zane et ser Pauli Corrario predecessorum vestrorum comunicatis consilio et assensu, in prelibata causa debite ac mature processit, quemadmodum ex relatione ipsius domini archiepiscopi vive vocis oraculo dominio nostro facta nobis constitit evidenter. Quapropter attento pri-

mum, quod sibi scripsimus ob contemplacionem fidelium nostrorum de Nona, attenta etiam commissione summi pontificis sibi facta, cui volumus obedire; consideratis etiam dillapidatione, perversis modis atque intrusione contra fratris Alfoni, qui olim pro abate ipsius abatie se gesserat, et virtutibus venerabilis viri fratris Anthonii presens exhibitoris, de quo nobis optimum fuit exhibitum testimonium, quicquid in presenti negocio per prelibatum dominum archiepiscopum actum extitit, approbantes, fidelitati vestre mandamus, quatenus debeatis omne actitatum et gestum per eundem dominum archiepiscopum usque modo, et quod actitabitur et agetur in posterum, inviolabiliter observare ac facere observari, cum eidem domino archiepiscopo respondeamus, quod sumus contenti de omni eo, quod ipse hactenus egit in dicta materia, et hactenus est acturus, cum cognoscamus animum sue paternitatis fore dispositum ac vigilem ad ea, que concernunt statum et exaltationem nostri dominii.

Date in nostro ducali palacio die xxii mensis ianuarii, mccccxxi, indictione xv.

Ducali e terminazioni, lib. 1. c. 32, u zadarskom arkivu.

God. 1422. 9. veljače, u Mletcih.

Parba medj plemićem zadarskim i mletačkim glede baštinstva neka se rieši u Mletcih.

1421. die 9. februarii. Cum spectabilis miles dominus Aluisius de Matafarris noster nobilis Jadratinus a nobis humiliter imploravit, quod cum nobilis vir ser Nicolaus Venerio illustris memorie domini Antonii predecessoris nostri alias contraxerit parentellam cum dicto supplicante, contrahendo matrimonium inter unum filium suum et unam neptem prelibati supplicantis, filiam olim spectabilis militis domini Viti de Matafarris fratris sui, et nunc sit exorta lis et controversia inter predictas partes ratione hereditatis dicti quondam domini Viti, seu ratione spectantium ad predictam hereditatem, et dictus ser Nicolaus velit huiusmodi controversiam agitari et finem capere in Jadra coram illis iudicibus deinde, de quibus merito potest haberi ymaginatio, quod non vellent nec auderent facere contra dictum ser Nicolaum, qui est presentialiter comes ibi, et non esset etiam bonum committere talem causam capitaneo nostro civitatis predicte, et presertim in his temporibus, ne suscitaretur inter eos causa scandalorum et differencie, dignaremur providere, ac de gratia sibi facere, quod talis causa transferatur huc Venetias, et capiat finem ad curias nostras. Et sit honestum et iuri consonum illud, quod dictus nobilis a nostro dominio requisivit; vadit pars, quod auctoritate huius consilii, consideratis dictis respectibus et aliis, qui possent considerari, predicta causa reducatur ad civitatem nostram Venetiarum, et ad iuditia et curias nostras Venetiarum, ubi debeat talis causa capere finem. Et mandetur dicto ser Nicolao, quod ipse nec filius eius innovet aliquid, nec procedat in ea nisi postquam expleto suo regimine redierint Venetias, ubi postea dicta causa in antedictis nostris curiis, ut iustum fuerit, ventilabitur, acque ibi capiet finem debitum. De parte alii, de non 5, non sinceri 8.

Misti lib. 53, c. 218 tergo, u mlet. arkivu.

God. 1422. 1. ožujka do rujna 1440, u Mletcih.

Naglavja raznih odluka mletačkoga senata.[1]

a) Ambaxatores et tractatores c. I.

Vol. 54. (1422—3.)

Pro congaudendo de creatione domini regis Bossine eligatur unus ambassiator cum conditionibus ibi notatis. c. 7.

Quod suprascriptus ambassator eligatur per scrutinium cum aliis conditionibus captis. c. 10.

Ad presentiam magnifici domini Sandali eligatur iturus unus ambassiator. c. 122.

Vol. 60. (1437—40.)

Quid scriptum fuit nobili viro ser Marco Dandulo oratori nostro ad ser. dominum imperatorem romanorum pro molendinis et possessionibus comunitatis Spaleti. c. 23.

b) Auserum et Chersum c. 11. a.

Vol. 54. (1422--23.)

Quod nobilis vir ser Johannes Gerardo comes Chersi et Auseri possit expendere in reparatione palatiorum et carcerum sicut ibi. c. 61.

Concessum eidem ser Johanni posse venire Venetias per unum mensem propter mortem sui genitoris. c. 157.

Elongetur terminus ser Johanni Girardo comiti Chersi et Auseri stando Venetias diebus xv. c. 184.

Vol. 55. (1424—25.)

Quid captum fuit et commissum omnibus rectoribus Dalmatie super furtis et raubariis, que committuntur in ipsis partibus per Morlacos et alias personas. c. 49.

Quid captum et commissum fuit omnibus rectoribus Dalmatie et Istrie super talea data Decano et sociis piratis, et super provisione fienda ad persecutionem et destructionem ipsorum. c. 50.

Vol. 56. (1426—28.)

Quid scriptum fuit cum consilio C. comiti Chersi et Auseri et successoribus suis super facto talee date Marco Sgroda socio Decani pirate, qui Marcus captus fuit et suspensus per magnificum dominum Segne. c. 44.

---

[1] Zadnja od onih knjiga, koje se nalaze u mletačkom arkivu pod naslovom *Senato. Misti*, i u kojih se navadjaju riešenja mletačkoga senata, jest pedeset-treća, koja pako svršuje koncem veljače g. 1422 Bilo jih je još sedam, naime u sve šestdeset, t. j. do rujna 1440, kadno se uveo drugi red u upisivanju senatskih odluka, ali je tu sedam zadnjih knjiga ovog reda, nezna se kada i kako, ponestalo. Ostala su ipak od njih naglavja (rubriche), iz kojih smo izcrpili ono, što se nas tiče od god 1422 do god. 1440, a to ovdje prilažemo.

Vol. 57. (1428—30.)

Ser Ludovicus Baffo comes Chersi et Auseri pro cohopertura palatii expendat libras ccl. parvorum. c. 70.

Comes Chersi et Ausseri pro reparatione palatii possit expendere libras centum parvorum. c. 101.

Ser Ludovicus Baffo comes Chersi et Auseri pro cohopertura palatii possit expendere alias libras ducentas. c. 174.

Provisio facta ad persecutionem Decani pirate armandi barchas. c. 175.

Mittant singulis tribus mensibus denarios superhabundantes Jadram. c. 212.

Vol. 58. (1430—33.)

Rector Chersi et Auseri et successores sui dare debeant illi, qui interfecit Decanum, ducatos quinque singulo mense quousque habuerit restum talee, quam habere debet causa predicta. c. 13.

Concessum aliquibus de Cherso posse extrahere de Venetiis aliquos rotulos rassiarum, quos non valuerunt vendere in festo ascensionis. c. 54.

Ser Andree Suriano comiti Chersi et Auseri concedatur posse expendere libras centum parvorum pro reparatione palatii. c. 93.

Concessum comiti Arbi et successoribus suis posse expendere pro reparatione castri barbachani et catene portus libras 1237. de pecunia comunis; et ulterius, quod mutuare debeat illi comunitati ducatos trecentos de pecuniis camere deinde. c. 102.

Mandatum comiti Auseri et Chersi, quod restituere debeat quandam barcham, captam in portu Castrinovi cum eius carico. c. 123.

Quid responsum fuit ambassiatoribus nobilium insularum Chersi et Auseri circa angarias occurrentes. c. 209.

Vol. 60. (1437—40.)

Concessum nobili viro ser Jacobo Delphino comiti Chersi et Auseri, quod pro reparatione palatii et culminis magazeni, et pro aliis reparationibus possit expendere libras cxx. de pecunia nostri comunis, ut ibi. c. 142.

Quid scriptum fuit comiti Chersi et Auseri duper ducatos 628, quos solvere debent nostro comuni singulo anno. c. 237.

c) Arbum. c. 11. b.

Vol. 54. (1422—23.)

Mandatum comiti Arbi, quod navigium Ratizii quondam Gregorii de Jadra retentum et intromissum per eum, debeat restituere patrono illius, cum conditione, quod debeat conducere vinum, quod erat in illo, Jadram. c. 6.

Concessum comunitati Arbi, posse de cetero expendere in salariis medici, magistri scolarum et fabri libras IIIIc. parvorum de introitibus deinde. c. 70.

Vol. 55. (1424—25.)

Quid responsum fuit per collegium ad capitula porrecta per ambassiatores comunitatis Arbi. c. 11.

Quid captum fuit et commissum omnibus rectoribus Dalmatie super furtis et raubariis, que committuntur per Morlachos et alias personas c. 49.
Quid captum fuit et commissum omnibus rectoribus Dalmatie et Istrie super talea data Decano et sociis piratis, et super provisione fienda ad persecutionem et destructionem ipsorum. c. 50.
Responsiones facte ad quedam capitula porrecta pro parte comunitatis Arbi. c. 138.
Acceptetur ad episcopatum Arbi dominus frater Franciscus ordinis predicatorum. c. 156.

Vol. 56 (1426—28.)

Ser Mafeus Baduario comes Arbi possit expendere in cohopertura palacii libras ccl. et in magazinis salmarum libras ducentas. c. 75.
Communitas Arbi habeat terminum solvendi id, quod dare tenetur pro tempore elapso pro herbaticis in annis tribus proxime et affictus secuturos ut ibi. c. 101.

Vol. 57. (1428—30.)

Mittat unum ambaxatorem Venetias informatum de factis salis. c. 41.
Provisio facta super sale Arbi et Dalmacie, et pretio solvendo ad exitum. c. 62.
Ser Vitalis Michael comes Arbi pro reparatione castri palatii possit expondere libras cc. parvorum. c. 111.
Provisio fienda ad prosecutionem Decani pirate de armando galeotam in Arbo, et alibi. c. 179.
Mittat singulis tribus mensibus pecuniam superhabundantem Jadram. c. 212.

Vol. 58. (1430—33.)

Ser Vitalis Michael comes Arbi possit expendere pro reparatione muri illius terre usque ad summam librarum 150. c. 37.

Vol. 59. (1433—36.)

Comes Arbi debeat restituere barchas et alias res intromissas quibusdam de Sibinico et Spaleto. c 172.

Vol. 60. (1437—40.)

Concessum comiti Arbi posse expendere libras ducentas parvorum de pecuniis nostri comunis pro reparatione palatii, ut ibi. c. 68.

d) Farra et Liesna. c. 67.

Vol. 58. (1430—33.)

Captum, de confirmando statuta et ordines comunitatis Farre iuxta eius supplicationem, et mandetur comiti et successoribus suis, quod illa observare et observari facere debeant, remanendo tamen in nostra libertate addendi, minuendi etc. c. 18.

Vol. 60. (1437—40.)

Mandetur comiti Liesne, quod fustam nostri comunis, que ibi est, dare debeat paratam Petro Blanco, qui de nostro mandato vadit ad partes Sirie. c. 69.

e) Farra et Braza. c. 127.

Vol. 54. (1422—23.)

Declaratum et captum, quod episcopatus Farre et Brace non intelligatur subiacere parti alias capte super facto beneficiorum, et quod ipsa pars suspendatur in tantum, quod possit scribi summo pontifici in recomendationem domini Francisci episcopi Drivastensis pro episcopatu Farre predicto. c. 80.

Vol. 55. (1424—25.)

Responsiones facte ad certa capitula porrecta pro parte comitis et nobilium insule Braze. c. 68

Item responsiones facte ad quedam capitula porrecta pro parte aliquorum nobilium populi et universitatis Braze. c. 68.

Concessum ser Johanni Baduario comiti Braze posse expondere in reparatione palatii libras cxx. parvorum. c. 115.

Vol. 57. (1428—30.)

Petrus Misithie de Braza pro homicidio commisso ante adeptum dominium per nos habendo cartam pacis, possit reverti et stare illic. c. 215.

Vol. 58. (1430—33.)

Quid responsum fuit capitulis porrectis pro parte comunitatis Braze. c. 37.

f) Jadra c. 85.

Vol. 54. (1422—23.)

Commissum rectoribus Jadre, Arbi, Pagi et Chersi, quod non debeant facere bulletum alicui de vino, oleo vel aliqua alia re conducenda ad partes Segne, nisi de his, que nascerentur et extraherentur de locis nostris sibi commissis. c. 6.

Quid responsum fuit capitulis porrectis dominio per dominum Simeonem de Detricho militem et Thomam de Petrizo ambassiatores nobilium civitatis nostre Jadre. c. 14.

Item responsiones facte capitulis porrectis per ambassiatores fideles populi civitatis Jadrensis. c. 16.

Declaratum, quod vina, que nata sunt et nascentur in insulis et districtu Jadre, que conducentur ad alia loca, quam ad civitatem Venetiarum, non solvant ad exitum aliquod datium nostro comuni ultra solitum. c. 19.

Commissum rectoribus Jadre et successoribus suis, quod in chavalcatis, que fient in illis partibus per gentes nostras deinde, in quibus capitaneus noster Jadre non equitabit, Baptista Bivilaqua conductor noster personaliter equitans, habeat decimam, uti capitaneus. c. 20.

Quid scriptum fuit capitaneo Jadre circa remotionem Viviani Sala castellani Novigradi. c. 30.

Quod datium vini, quod venditur ad spinam in Jadra, sicut solvitur ad presens de xv. unus, ita solvatur quartum. c. 38.

Quod mandetur comiti et capitaneo Jadre et ceteris rectoribus Dalmatie, quod ordinem, quod si fideles nostri Dalmatie volent mercationes et res inde extrahere pro conducendo alio quam Venetias, possint hoc facere, solventibus ipsis ut ibi, non debeant observare etc. ut in parte. c. 46.

Cum poneretur de addendo ducatos decem auri in anno pro quolibet castellanorum Jadre, cum diminutione expensarum unius famuli, ut facerent officium camerlengarie deinde, non faciendo de cetero camerlengos, captum fuit de non. c. 47.

Eligatur unus camerarius iturus Jadram cum modis et salario solitis et commissione ut ibi. c. 47.

Commissio camerarii Jadre predicti. c. 47.

Quid commissum fuit rectoribus Jadre presentibus et futuris pro obviando contrabannis salis Dalmatie. c. 53.

Johannes de Grisogonis de Jadra confinatus dehinc, possit ire Jadram, et ibi stare per duos menses. c. 53.

Quid scriptum fuit rectoribus Jadre super modis servandis contra Decanum et complices suos. c. 54.

Quid scriptum rectoribus Jadre pro talea data Decano de Tragurio c. 57.

Captum quod cavalerii rectorum Jadre reducantur ad salaria, quibus esse consueverant. c. 87.

Eligatur unus provisor Jadre per quatuor menses cum salario et conditionibus ut ibi. c. 91.

Eligatur unus provisor Jadre per sex menses cum salario ducatorum VIIc. et aliis conditionibus ut ibi. c. 91.

Baptista Bevilaqua conductor equester in Jadra habeat ducatos decem in mense pro sua provisione a camera Jadre. c. 93.

Quando ponentur provisores de factis salis districtus Jadre pro Nicholeto Maripetro, qui fuit rector Sibinici, possit interesse consilio et ponere partem. c. 119.

Provisiones facte super factum salis districtus Jadre. c. 119.

Certe modificationes et declarationes super talea data Decano pirate et eius sotiis. c. 124.

Pars de 1422 die ultimo junii continens, quod vinum a spina civitatis Jadre solveret quartum, revocetur et reducatur ad solucionem de xv. unum ut primo. c. 133.

Armetur una galea in Jadra et una galeota in Sibinico, pro quarum armamento possint accipi de decima superabundanter a solutione prima. c. 134.

Ser Fantinus de cha da Pesaro, iturus comes Jadre, elevetur cum sua familia super galea itura ad culphum. c. 150.

Commissum rectoribus Jadre, quod cum galea Jadre illuc applicuerit, illam faciant disarmari. c. 158.

Concessum ser Fantino de Pesaro comiti Jadre posse expendere pro aptando palatium ducatos xl. c. 160.

Pro mittendo Jadram accipiantur de denariis deputatis ut ibi. c. 163.

Mandatum rectori Jadre, quod mittere debeat simul cum navigio, super quod onerabuntur mercationes reductas cum galea de Leze, tres barchas armatas usque Polam. c. 169.

Processus et condemnatio ser Johannis Corrario olim provisoris Jadre. c. 182.

Vol. 55. (1424—25.)

Quid scriptum fuit rectoribus Jadre super facto salis Pagi, quod conducitur ad partes Segne et Fluminis, videlicet quod de cetero solvi debeant ducatos 30 pro cento modiorum, et de sale, qui extrahitur de cameris Jadre et Sibinici, se intelligant cum aliis rectoribus Dalmatie. c. 8.

Quid scriptum fuit rectoribus Jadre et aliis rectoribus Dalmatie super facto stipendiariorum nostrorum habentium uxores vel concubinas Sclavas, Dalmatinas vel Hungaras. c. 23.

Elongetur terminus ser Laurentio Donato ituro capitaneo Jadre, eundi ad suum regimen per dies xv. c. 41.

Dentur per officium omni anno dominio, de denariis spectantibus laboreriis litoris ducati IIIIm. pro mittendo Jadram, et captum quod de ipsis denariis dentur ad presens ser Laurentio Donato ituro capitaneo Jadre ducati IIm. c. 44.

Quid scriptum fuit et commissum omnibus rectoribus Dalmatie et Istrie super talea data Decano et sociis piratis, et super provisione fienda ad persecutionem et destructionem ipsorum. c. 50.

Quid scriptum fuit et commissum omnibus rectoribus Dalmatie super furtis et raubariis, que committuntur in illis partibus per Morlachos et alias personas. c. 49.

Captum quod comittatur rectoribus Jadre, quod informent dominium de illis diebus, quibus galee Baruti et Alexandrie stabunt Jadre. c. 53.

Concessum ser Laurentio Donato capitaneo Jadre posse expendere in certis reparationibus ducatos LX. c. 55.

Concessum ser Laurentio Donato capitaneo Jadre posse vendere sex equos, non vendendo illos stipendiariis. c. 61.

Concessum ser Fantino de Pesaro comiti Jadre posse vendere tres de equis suis. c. 98.

Collegium habeat libertatem providendi circa facta salis Pagi et Dalmatie. c. 100.

Concessum cuidam genero Pauli de Canarutis posse ire Jadram per sex menses, pro litibus ipsius Pauli. c. 124.

Fiat restauratio ser Thomasio de Petrice de Jadra de libris Xm. per modum ibi notatum. c. 126

Cancellarii ituri cum comite Jadre nichil ponant in comune de eo quod lucrabuntur, sed tota utilitas perveniat in eos. c. 137.

Concessum patri abbatis sancti Grisogoni de Jadra posse repatriare et redire Jadram. c. 151.

Quid commissum fuit rectoribus Jadre circa factum cuiusdam possessionis, quam habet affictum a comuni Donatus de Calcina, et circa restaurum sibi fiendum. c. 161.

Prohibitum rectoribus Dalmatie dare licentiam conducendi de oleo, caseo et aliis rebus intra polmentorias pro portando alio quam Venetias. c. 170.

Vol. 56. (1426—28.)

Rectores Jadre mittant unum ex comestabilibus castri deinde Venetias pro conducendo balistarios pro cambiendo senes et impotentes, accipiendo pecuniam prout ibi. c. 61.
Ser Alexander Georgio comes Jadre pro reparatione palacii possit expendere ducatos quinquaginta. c. 65.
Extraordinarii de primis denariis de tribus et duabus pro c°. galearum flandarum dent camerariis comunis pro dando ser Marco Lipomano capitaneo Jadre pro suo salario ducatos IIIIc. sub pena. c. 85
Capitaneus Jadre et comes Sibinici conveniant insimul pro differentiis existentibus inter loca domini comitis Segne et bannatus cum aliquibus terris nostris Dalmatie et exequantur ut ibi. c. 93.
Rectores Dalmatie non possint facere aliquem salvumconductum alicui exteri pro debitis nisi solverit debita, et teneantur vicissim ad requisitionem alterius compellere ipsos debitores ad solvendum. c. 134.
Pro subventione stipendiariorum Jadre possint accipi de denarijs impositionis duc. II ultra II habitis ab offitio salis. c. 144.
Pro custodia culphi armetur galea Jadre cum modis et conditionibus ibi contentis. c. 189.

Vol. 57. (1428—30.)

Ser Marcus Lipomano capitaneus Jadre pro reparatione domus sue possit expendere ducatos triginta. c. 2.
Ser Alexander Georgio comes Jadre vadat ad videndum differentias inter illos de Ostroviza et illos de Spalato, et vadat Spalatum, ut ibi. c. 18.
Scriptum rectoribus Dalmatie, quod mittant ad nostram presentiam unum ambaxatorem sufficientem et informatum de factis salis, qui sit Venetiis, ut ibi. c. 41.
Johannes de Nassis Jadratinus possit ire Jadram et ad loca Dalmatie per unum mensem. c. 51.
Ser Marco Erizo ituro comiti Jadre dentur ducati 400 pro parte salarii de duabus et tribus pro cento. c. 54.
Pedites ordinati stare et esse pro custodia Jadre, pro Nona, pro Laurana, pro Novigradu et pro castro Jadre. c. 54.
Pecunia mittenda omni anno Jadram pro solutione stipendiariorum deinde, quomodo et unde. c. 54.
Provisio facta super sale Dalmatie et pretio solvendo ad exitum. c. 62.
Cressi de Galellis de Jadra moram faciens hic, possit ire Jadram per unum mensem. c. 84.
Marinus de Cressana possit ire Jadram pro mensibus duobus. c. 146.
Simon de Varicassis possit ire Jadram pro mensibus duobus. c. 147.
Franciscus de Petracha de Spalato confinatus hic possit ire Jadram. c. 152.
Capitaneus Jadre pro cohopertura palatij possit expendere libras centum. c. 159.
Franciscus Botono de Jadra confinatus possit ire Jadram pro mensibus tribus. c. 170.
Cresi de Galelis Jadratino hic confinato, possit ire Jadram. c. 177.
Franciscus de Petrarchis possit ire Jadram ut ibi. c. 190.

Franciscus condam Georgii de Podolinis de Jadra possit ire Jadram ut ibi. c. 209.

Commissio virorum nobilium ser Pascalis Maripetro et Pauli Valaresso iturorum Jadram. c. 212.

Et ibi in fine continetur, quod rectores Pagi, Arbi, Chersi et Auseri mittant pecuniam Jadram singulis tribus mensibus. c. 212.

Rectores Jadre de illis centum peditibus illic missis retineant LXXV. et cassent totidem alios, et reliquos XXV. mittant Tragurium. c. 220.

Ser Pasqualis Maripetro et ser Paulus Valaresso provisores in partibus Dalmatie possint cum suis provisionibus venire ad consilium rogatorum. c. 220.

Multe provisiones et ordines facti pro reformatione camere nostre Jadre per provisores Jadre. c. 235.

Forma litere scripte rectoribus Jadre et successoribus suis pro observatione suorum ordinum. c. 235.

Insuper cassationes facte secundum consilium ipsorum sindicorum per consilium. c. 235.

Manfredinus Lugnano castellanus castri Laurane possit venire Venetias per unum mensem, non . . . . ando stipendium. c. 236.

Simon de Pechiar confinatus Jadre, possit ire Jadram pro mensibus quatuor, ut ibi. c. 243.

Johannes de Nasis de Jadra possit ire Jadram pro diebus xx. et rector sibi deinde ius ministrat. c. 245.

Vol. 58. (1430—33.)

Aliquis noster nobilis non possit se impedire in datiis nostri comunis locorum nostrorum Dalmatie nec in affictibus terrarum et possessionum comunis, nec facere plezariam sub pena. c 8.

Mandatum capitaneo Jadre, quod vadat Pagum pro factis Johannis de Nassis de Jadra. c. 41.

Ser Vito de Canali ituro capitaneo Jadre, concedatur pro reparatione coquine sue habitationis posse expendere libras 100 parvorum. c. 50.

Ser Lucas Truno comes Jadre pro reparatione palatii sue habitationis possit expendere usque libras centum parvorum. c. 69.

Vol. 59. (1433—36)

Scribatur capitaneo Jadre, quod mittat informationem de condicionibus et qualitate stipendiariorum Jadre et de cassandis et permutandis. c. 2.

Nobiles viri Jacobus de cha da Pesaro comes et Victor Bragadino capitaneus Jadre pro reparatione cooperture palatiorum suarum habitationum et pro nonnullis aliis laboreriis possint expendere libras centum parvorum pro quolibet de pecunia camere nostre de inde. c. 8.

Rectores Jadre de debito, in quo tenetur Bartholus de Bertholatio, qui fuit supracomitus galee Jadre, quod debitum est circa ducatos 600 debeant excomputare medietatem ipsius debiti in eo quod habere debet pro refusuris ipsius supracomitarie, et aliam modietatem idem debitor exbursare et solvere debeat manualiter camere nostre Jadre

Cressius de Galelis de Jadra possit ire Jadram, et ibi stare duobus mensibus pro expeditione suorum agendorum, non habendo provisionem pro tempore, quo stabit extra. c. 41.

Quod scriptum fuit rectoribus Jadre, debere observari per eos in facto cuiusdam ville detente per illos de Ostroviza unius fidelis Jacobi de Glubanaciis. c. 44.

Marinus de Cresseva Jadratinus possit ire Jadram et Spaletum per spatium duorum mensium tantum. c. 47.

Johannes Cagnolo comestabilis in Jadra pro diebus, quibus stetit extra eius custodiam, perdat solummodo simplicem soldum; et ita scriptum fuit capitaneo Jadre. c. 48.

Damianus de Begna civis Jadre possit ire Jadram et stare per duos menses pro certis agendis. c. 54.

Post mortem domini Simonis de Detrico nobilis Jadre, unus ex filijs suis habeat duas lanceas, prout habet ad presens dictus dominus Simon, et filii sui similiter post mortem dicti domini Simonis singulo anno habeant a camera Jadre ducatos centum pro stipendio, sicut habet ad presens dictus dominus Simon, ad beneplacitum dominij. c. 57.

Jacobus condam Sabote Victuri de Tragurio possit ire Tragurium et ibi stare per unum mensem, ut providere valeat factis suis. c. 60.

Sicut captum est, quod capitanei terrarum, a parte terre debeant facere condenationes contra omnes, qui condenandi de nocte repe- riuntur, ita observari debeat etiam per capitaneos terrarum a parte maris. c. 63.

Qui pretendunt esse comestabiles citadele Jadre faciant se scribi ad cancellariam, et sint homines maris, et alii quam homines maris non possint se ponere ad talem probam, et probentur in consilio de quadraginta. c. 65.

Christoforus de Papali de Spaleto possit ire Spaletum, et ibi stare per duos menses. c. 67.

Petrus et Damianus Calcina possint ire Jadram, et ibi morari per mensem unum tantum pro expeditione suorum agendorum. c. 69.

De denariis salis, qui mittuntur Jadram, dari debeat Urbano de Pisis, qui ibi servivit, medietas nunc denariorum, quos habere restat, et alia medietas usque ad tres menses de aliis denariis, qui debebunt mitti Jadram. c. 69.

Johannes de Nassis de Jadra possit ire Jadram, et stare pro providendo factis suis duobus mensibus, eundo directe Jadram et cum condictione partis. c. 73.

Comes None pro reparatione palatii dicti loci possit expendere de pecunia comunis libras ducentas parvorum. c. 73.

Prudens vir Augustinus Dragoievich habeat ab una ex cameris terrarum Dalmatie, que habilior et comodior erit, excepto Sibinico, libras centum viginti parvorum singulo anno donec perseverabit in fidelitate et obedientia dominii. c. 86.

Simon de Varicassis possit ire et stare Jadra per duos menses. c. 92.

Franciscus Petracha de Spalato possit ire Jadram et ibi stare per duos menses cum conditione partis. c. 109.

Marinus Cresauche de Jadra possit ire Jadram et Spaletum, et ibidem tribus mensibus habitare, ut facta sua valeat expedire. c. 125.
Blasius Victuri possit ire Jadram et Sibinicum per tres menses, et lapsis dictis tribus mensibus possit ire et stare Tragurium per unum mensem, pro expeditione suorum agendorum. c. 125.
Simon de Varicassis, et Damianus et Petrus Calcina possint ad beneplacitum suum redire Jadram, et a provisione, quam hic habent, cassentur. c. 125.
De ducatis VIIm. obligatis mitti omni anno Jadram per officium salis et per officium extraordinariorum, debeant mitti solummodo ducati IIIm. singulo anno ut ibi. c. 130.
Possit Cressius de Galelis pro duobus mensibus ire Jadram, non habendo provisionem a comuni. c. 131.
Scansatio quarundam expensarum Jadre. c. 131.
Modus observandus per capitaneos ituros de tempore in tempus ad regimen Jadre in conducendo illuc ballistarios et observando ut ibi. c. 131.
Rectores Dalmatie et etiam Istrie non possint facere alicui buletum aliquod, quo possit extrahi de Segna et Flumine ferrum vel alie mercationes prohibite, et si fecerint, non valeat, sed mercationes, que reperirentur extracte, habeantur pro contrabanno. c 145.
Nobilis vir Jacobus Barbadico comes Jadre possit expendere in reparatione palatii libras quinquaginta parvorum. c. 146.
Dominus Johannes Mich de Sibinico et quidam presbiter possint repatriare. c. 153.
Quidam de Nona, qui relegatus fuit extra Nonam, possit redire Nonam. c. 153.
Bartholo de Bartholatiis de Jadra dentur duodecim saline pro contracabio, pro eo, quod valent, et comes et camerarius Pagi residuum solutionis salinarum suarum destructarum satisfacere et solvere debeant per cameram Pagi de tractis salis ut ibi. c. 177.
Collateralis in Jadra eligendus habeat salarium et utilitates, quod et quas habebat Baptista de Vincentia, qui erat collateralis in Jadra, et renunciavit illi officio, et elligatur ut ibi. c. 189.

Vol. 60. (1437—40.)

Quid responsum fuit capitulis porrectis dominio per oratores comunitatis Jádre. c. 4.
Mandetur rectoribus Jadre, quod dare debeant principium cavationi fossati a parte dextra, faciendo cavari a marina usque ad saxum ut ibi. c. 25.
Quod eligi debeat per scruptinium etc. unus noster nobilis ad castellaniam Laurane ut ibi. c. 35.
Quoddam feudum nostri comunis, quod tenebat in Laurana olim Johannes Ociel, detur Cressulo de Cannaruto et Lancilao de Vocasin ut ibi. c. 70.
Rectores a parte maris non permittant extrahere frumentum de locis sibi commissis, nisi pro Venetiis, Mothono et Corono et Dalmatia. c. 95.
Eligatur per collegium unus provisor, qui vadat Jadram cum conditionibus ut ibi. c. 115.

Mandetur viro nobili ser Paulo Valaresso ituro provisori Jadre, quod cum duobus galeis Crete ire debeat Jadram et seq. ut ibi. c. 116.
Concessum caligariis de Jadra, quod de Segna et Flumine possint habere coria pro usu suarum apotecharum, ut ibi. c. 122.
Mandetur capitaneo Jadre, quod si comes noster Sibinici decessisset vel decederet, debeat immediate se transferre ad regimen dicti loci. c. 156.
Ducati Vc., qui sunt ad camerarios comunis de ratione pecuniarum mittendarum Jadram, possint pro nunc accipi et expendi pro rebus nostri status, ut ibi. c. 162.
Probus vir Marinus de Canaruto, qui habet pagas 4or. in Jadra, possit substituere eius loco persona, que placeat capitibus ad beneplacitum dominii. c. 177.
Concedatur viro nobili ser Christoforo Duodo capitaneo Jadre, quod pro reparatione palatii sue habitationis possit expendere libras L. parvorum. c. 183.
Nobili viro Johanni de ca de Pesaro comiti Jadre concedatur, quod pro reparatione palatii possit expendere libras c. parvorum de pecuniis nostri comunis. c. 218.
Mandetur rectoribus et camerario Jadre, quod omnes denarii accepti pro pena a Johanne Georgio Drapario et a Johanne Pontarichio ponant pro parte eius, quod dare tenentur. Et camerarins Jadre non accipiat de cetero penam. c. 222.
Mandetur camerario Jadre, quod ponere debeat in camera id, quod accepit pro pena ab aliquibus datiariis in capitale ad computum sui debiti. c. 227.
Ducati MV centum, qui sunt in deposito pro mittendo Jadram, accipiantur et mittantur ad exercitum. c. 248.

g) Pagum. c. 125.

Vol. 54. (1422—23.)

Quid resposum fuit supplicationi porrecte parte comunitatis Pagi circa datium modiorum vini. c. 38.

Vol. 55. (1424—25.)

Captum, quod de sale Pagi, quod extrahitur pro Segna, Flumine et Vegla, solvantur ducati 30 pro centenario modiorum. c. 8.
Commissum comiti et camerario Pagi examinandi facta salinarum deinde cum libertate ibi notata 46.
Quid captum fuit et commissum omnibus rectoribus Dalmatie super furtis et raubariis, que committuntur in ipsis partibus per Morlacos et alias personas. 49.
Concessum ser Andree Suriano comiti Pagi posse expondere pro cohopertura sue habitationis libras cc. parvorum. 67.
Item concessum eidem posse expendere in operibus et reparatione palatii. 88.
Libertas data collegio providendi circa facta salis Pagi Dalmacie. 100.

*

Vol. 56. (1426—28.)

Ser Andreas Gradonico comes Pagi pro reparatione palatii possit expendere libras quinquaginta parvorum. 76.

Ser Andree Suriano olim comiti Pagi elongetur terminus veniendi ad consilium cum suis provisionibus. 92.

Concessum comunitati Pagi posse facere unam frataleam sub vocabulo sanctorum Marci, Georgii et Francisci; numerus eorum non sit ultra centum. 186.

Vol. 57. (1428—30.)

Mittat Venecias unum ambascatorem informatum de facto salis. 41.

Certa provisio pro sale Pagi et Dalmatie et pretio solvendo ad exitum. 62.

Comes Pagi pro reparatione palatii posse expendere libras ducentas parvorum. 101.

Proiciatur singulis annis in Pago unum aut duo bravia valoris librarum c. parvorum cum balistis. 209.

Mittat singulis tribus mensibus pecuniam superhabundantem Jadram sub prima. 212.

Vol. 58. (1430—33.)

Ser Michael Leono iturus comes Pagi pro reparatione palatii sue habitationis possit expendere libras c. de pecunia comunis. 51.

Quid scriptum fuit comiti Pagi super facto salis mittendi Spalatum et Tragurium. 89.

Concessum comiti Pagi et . . . successoribus suis pro fabrica castri nostri Pagi posse expendere duc. ducentos de pecunia comunis. 103.

Quid responsum fuit capitulis porrectis parte comunitatis Pagi. 183.

Concessum comiti Pagi, quod pro reparatione domus habitationis sue possit expendere usque ad summam librarum centum. 217.

Vol. 59. (1433—36.)

Comes Pagi pro reparatione palatii dicti loci possit expendere libras centum parv. de pecunia comunis, et pro obviando contrabannis possit etiam in unam barcham emendam expendere ducatos sexdecim in decemocto de pecunia comunis. 73.

Vol. 60. (1437—40.)

Concessum viro nobili ser Zusto Paradiso ituro comiti Pagi posse expendere libras L. par. de pecunia nostri comunis pro reparatione sue habitationis ut ibi. 35.

Debitores camere nostre Pagi teneantur solvisse usque tres menses sub pena ut ibi. 38.

Vetitum posse portare fichus de partibus Sclauonie ad partes Forijuli et Istrie sub pena ut ibi. 44.

Pars alias posita de pena soldorum duorum pro libra illis, qui non solvent pro sale etc. revocetur. 69.

Concessum ecclesie s. Francisci de Pago posse extrahere de sale, quem acquirent elimosine usque summam star. CL. sine datio cum conditionibus. 69.

Comunitas Pagi absolvatur a datio vocato i mozi catiui ut ibi. 102.
Concessum magnifico domino Stefano magno vayuode Bossine, quod de insula Pagi possit extrahi facere salem cum conditionibus ut ibi. 140
Suspendutur id, quod fecit vir nobilis ser Zustus Paradiso comes Pagi circa onera imposita civibus Jadratinis pro possessionibus suis sitis in Pago. 194.
Nobili viro ser Aloisio Donato comiti Pagi concedatur, quod pro reparatione sui palatii possit expendere libras CL. de pecuniis nostri comunis. 219.
Mandetur comiti Pagi, quod domum custodis palate faciat fabricari prope palatam, expendendo id minus, quod poterit. 246.

h) Rassie regum et Bossine et Albania. c. 129.

Vol. 54. (1422—1423.)

Quid scriptum et responsum fuit domino Johanni Castrioti circa Raguseos transeuntes per viam Scutari et territorium Croye. 11.
Eligatur unus ambassiator ad magnificum d. Sandali. 122.
Dominium possit expendere in presentando ambassatores dom. Sandali duc. L. 172.
Quid scriptum fuit d. Sandali in favore ser Fantini Maripetro. 173.
Responsiones facte ad capitula porrecta per ambassatores d. Sandali magni vaivode Bossine. 174.
Quid quidam Nicha Erman remaneat Venetias sicut terminabitur per collegium vigore pacis contracte cum domino despoto Rassie. 182.

Vol. 55. (1424—1425.)

Eligatur unus noster nobilis, qui sit capitaneus omnium gentium maris in Scutaro et aliis partibus Albanie existentium cum conditionibus ut ibi. 3.
Confirmatio trium equorum ad latinam, et certorum terictoriorum Raicho Moneta nobili Albanensi cum modis ut ibi; et captum, quod rectores Albanie non absolvant aliquem a servitiis, que facere debet pro suis territoriis, neque a solutione scoch et broch.
Commissum comiti Scutari, quod si capitaneus partium Albanie volet ire per mare Catarum, armare debeat brigantinum deinde ad expensas comunis; et mandatum rectoribus Albanie et Catari, ut obediant dicto capitaneo super facto confinium, et quod se adinvicem insitelligant de facto pacis, tregne vel guerre, et sibi ad invicem subveniant. 22.
Quoddam privilegium factum Pastrovichis per ser Franciscum Bembo capitaneum culfi, confirmetur eis, et captum, quod isti ex ipsis, qui huc venerunt, induantur. 22.
Sicut executio partis capte in rogatis super differentia existente inter Pamaliotos et comunitatem Dulcigni pro quibusdam villis et territoriis de confinibus Dulcigni sibi datis, commissa erat capitaneo culfi et comiti ac provisori Scutari, ita committatur comiti et capitaneo ac camerario Scutari et capitaneo partium Albanie. 36.

Commissum capitaneo partium Albanie, quod procuret, quod Ivanus Castrioti destrui faciat omnes salinas, quas fieri fecit. 52.
Concessum Pamaliotis, Propatis et Trunsis solvendi solumodo ducatum et modium frumenti, et insuper quod forenses, qui venerunt habitatum super villis suis, sint absoluti per quinque annos a solutione dicti ducati et modii, et quod concessiones per nos eis facte se extendant ad filios. 144.
Quid scriptum fuit comiti et cap. Scutari, ac capit. Albanie et camerario circa contracambium dandum Niche Ermam. 145.
Item quid commissum fuit eisdem rectori circa factum pecunie Sellete dande Raucho Moneta. 145.

Vol. 56. (1426—1428.)

Responsiones facte magnifico domino Georgio Vulco, ad quasdam eius litteras videlicet super ratificatione pacis contracte inter dominum despotum et eum ex una parte, et dominium ex alia, extendendo etiam ad filias heredes acque nepotes, super facto gentium suarum pro partibus Çente oblatarum per eum et acceptarum per dominium, super excusatione per dominium facta eidem requirenti Dulcignum, super facto salis conducendi Buduam et Antibarum, et alianum rerum conducendarum pro usu sue curie, sine datio. 22.
Comes et capitaneus Scutari debeat concludere cum suprascripto domino Georgio in facto gentium suprascriptarum, et quod in aliis rebus debeat ipse et... successores eius observare ut superius dictum est. 22.
Ea que scripta et conclusa fuerunt per ser Franciscum Bembo militem capitaneum culfi et ser Franciscum Quirino rectorem nostrum Scutari cum domino Georgio condam Vulchi nepotem domini dispoti Rassie, vice ipsius domini dispoti ratificentur per literas nostras patentes. 75.
Responsiones facte ad tria capitula porrecta per oratores magnifici Sandali magni voyvode Bossine. 106.

Vol. 57. (1428—1430.)

Collegium possit respondere ad capitula ambaxiatoris Ivani Castrioti. 29.
Capitula cum responsionibus factis ad ea, presentata per ambaxiatorem Ivani Castrioti. 29.
Quid scriptum fuit domino regi Bossine pro equis suis retentis in Spaleto. 210.
Quid scriptum fuit domino Sandali ad literas suas, notificantes requisitionem ei factam pro parte imperatoris Turchorum et domini regis Hungarie. 210.

Vol. 58. (1430—1433).

Quid captum fuit de respondendo capitulis et petitionibus porrectis per ambaxatores domini Georgii dispoti Rassie. 24.
Responsum factum capitulis porrectis per nuncium Ivani Castrioti. 207.

(Vol. 59. (1433—1436.)

Quedam litera scripta illustri domino despoto Rassie. 105.
Eligatur unus ambassator ad dominum despotum Rassie. 106.

Commissio nobilis viri Nicolai Memo ambaxiatoris ad illustrem dominum Georgium despotum Rassie. 111.

Quid commissum fuit nobili viro ser Nicolao Memo ambaxatori suprascripto pro factis ser Mafei Contareno et aliorum. 112

Possit nobilis vir ser Nicolaus Memo, iturus ambaxator ad dominum despotum Rassie, portare de suis argenteriis pro valore ducatorum centum ad periculum comunis. 112.

Vol. 60. (1437—1440.)

Salvusconductus in persona magnifice domine Elene consortis qm. magnifici domini Sandali magni vayvode Bossine pro locis nostris Dalmatie. 26.

Quid responsum fuit ambaxiatoribus magnifici domini Ivani Castrioti super nonnullis capitulis ut ibi. 69.

Panni, qui extrahentur aliunde quam de Venetiis, et conducentur ad partes Albanie et Sclavonie, solvere debeant duc. 25 pro cent. 84.

Quid responsum fuit ambaxiatori magnifici Stefani magni voyvode Bossine circa salem extraendum de insula Pagi, ut ibi. 140.

i) Sclavonia in genere. c. 137.

Vol. 54. (1422—1423.)

Mandatum comiti Catari, quod de denariis comunitatis deinde solvere debeat ser Drago de Drago yperperos 1050. 24.

Johannes de Lusa castellanus castri Catari habeat duc. XII. in mense ubi habebat duc. X. 46.

Mittantur Catarum pedites L., frumentum et denarii. 50.

Eligatur unus comes Catari per scrutinium in consilio rogatorum cum conditionibus ut ibi. 52.

Stipendiarii nostri Catari reducantur ad minus stipendium ut ibi. 53.

Eligatur unus provisor Catari per scrutinium in rogatis cum conditionibus ut ibi. 53.

Mittantur ser Marco Barbadico provisori Catari vigintiocto petie pannorum veronensium et ducati IIIc. pro faciendo pacta et conventiones cum Pastrovichis. 94.

Provisiones super facta salis Sclavonie, videlicet Spaleti, Tragurii et Catari. 121.

Ser Stephanus Quirino iturus comes Catari possit expendere ducatos centum pro aptari faciendo palatium. 150.

Mandatum comiti Catari, quod restituat de denariis camere nostre deinde quibusdam nobilibus dicti loci, qui fuerunt in servitiis comunis, iperperos XXVIII. et grossos VII., quos ipsi expendiderunt. 150.

Captum de induendo quator nobiles Catarinos, qui erant obsides in Bossina, qui venerunt Venetias cum ser Johane Georgio reverso ambassiatore a domino Sandali. 172.

Vol. 55. (1424—1425.)

Concessum comiti Catari posse expendere in quibusdam expensis ibi necessariis duc. CL. 17.

Responsiones facte ad plurima capitula porrecta per ambassatores comunitatis Catari. 18.

Magister Thomas de Cingulo cancellarius Spaleti confirmetur in dicta cancellaria cum conditionibus ut ibi. 22.

Mandatum comiti Catari, quod obediat capitaneo nostro Albanie in facto confinium, et quod se intelligat cum rectoribus Albanie in facto pacis, tregue vel guerre, et sibi ad invicem subveniant. 22.

Quid scriptum fuit rectoribus Jadre et aliis rectoribus Dalmatie super facto stipendiariorum habentium uxores vel concubinas sclavas Dalmatinas vel Hungaras. 23.

Captum, de armando duas barchas, que sunt in arsenatu, et mitti prout videbitur collegio ad persecutionem Decani pirate, et captum de mittendo pro dicta causa unum nuncium ad presentiam comitis Segne. 42.

Quid captum fuit et commissum omnibus rectoribus Dalmatie super furtis et raubariis, que deinde committuntur per Morlachos aut alias personas. 49.

Quid captum fuit et commissum omnibus rectoribus Dalmatie et Istrie super talea data Decano et sociis piratis, et super provisione fienda ad persecutionem et destructionem ipsorum. c. 50.

Captum, quod comes Spaleti solvere debeat de tempore in tempus magistro Thome de Cingulo cancellario dicti loci de suo salario et affictu domus, de intritibus datii tinctorie deinde. 68.

Collegium habeat libertatem providendi circa facta salis Pagi Damatie. 100.

Dentur ducati III c. cuidam comiti Corbavie pro eius expensas. 101.

Prohibitum rectoribus Dalmatie dare licentiam conducendi de oleo et aliis rebus infra Polmentarias pro portando alio quam Venetias. 170.

Vol. 56. (1426—1428.)

Capitula porrecta per ambassiatores Catari cum responsionibus super illis factis. 6.

Commissum comiti Catari, quod debeat mandare Episcopo . . . Catarensi, quod sub pena indignationis gratie nostre debeat ad presentiam dominii se conferre. 7.

Quid responsum fuit certis capitulis comunitatis Catari. 53.

Scriptum rectoribus Dalmatie et . . . successoribus suis, quod non dent salem stipendiariis in solutionem sub pena. 55.

Dominus episcopus Catari habeat licentiam redeundi ad episcopatum suum per menses tres tantum, in fine quorum revertat Venetias. 82.

Comes Catari omnino teneat modum, quod ser Stefanus Quirino precessor suus habeat id, quod hic restat pro resto salarii. 97.

Ad capitula presentata parte comunitatis Catari respondeatur per collegium. 145.

Responsiones facte ad capitula presentata pro parte comunitatis Catari. 150.

Concessum comunitati Curzole, quod pro reparatione palatii comitis habeat trentesimum per unum annum, et quod possit extrahere de Venetiis lignamen ad valorem duc. cxx. 189.

Commissum comunitati Curzole, quod ad finem comitis presentis possit eligere ser Pangratium Georgio, ut ibi. 189.

Vol. 57. (1428—1430.)

Ad partes Albanie, Dalmatie, Istrie et alio mittantur duo Sindici ut ibi. 73.

Quod scriptum fuit comiti Catari de denariis, quos asserit restare habere magnificus dominus Sandali de introytibus, quos sibi damus annuatim. 95.

Acceptetur expensa facta per comitem Curzole pro mittendo Venetias nuntium rectorum Salonici cum literis et posse de cetero pro simili causa expendere ut ibi. 98.

Quod scriptum fuit comiti Catari pro solvendo magistro Rizardo olim medico dicte comunitatis. 110.

Pars capta de mense decembri elapsi revocetur in tantum, et sal, qui vigore dicte partis solvebat ad exitum duc. quinque, reducatur ad duc. decem prout primo erat, remanente ipsa parte in aliis in sua firmitate. 158.

Provisio facta pro sale Corphoy conducendi Catarum. 162.

Mandatum factum comiti Curzole, ut mittat Jadram omnes denarios de ratione quarentesimi sub pena. 181.

Comes Catari mittat galeotam, quam ibi habet, et provisor Alexii aliam galeotam ad omnem requisitionem comitis et capitanei nostri Scutari, et subveniant illi loco ut ibi. 196.

Quid responsum fuit egregio viro Marino Johannis Zelchovich ambaxiatori comunitatis Curzole ad ea, que exposuit pro parte dicte comunitatis de territoriis aptis ad seminandum datis ad plantandum et super aliis. 233.

Radum Grubazuvich de Pastrovichiis et fratribus habeant de soldo in Cataro yperperos octo pro quolibet in mense, et induatur sicut ordinabitur per dominium per officium rationum. 236.

Vol. 58. (1430—1433.)

Quod aliquis noster nobilis non possit se impedire in daciis nostri comunis locorum Dalmatie nec in affictibus terrarum et possessionum comunis, nec facere plezariam etc. sub pena. 8.

Mandatum fuit cnmiti Catari, ut faciat officiare ecclesiam sancti Marci, et de presbitero tenendo, et bonis rebelium. 12.

Si terrena rebellium non supplebunt ad seminandum staria xii., comes Cathari suppleat de territoriis comunis. 12.

Detur Marco de Pago et sociis talea librarum v. c., qui ceperunt Jacobum Radozuch piratam. 18.

Mandatum comiti Catari et . . . successoribus suis, quod sub pena ducat. v. c. solvere debeant domino Sandali de eo quod habere debet a camera nostra deinde tam tempore suorum precessorum quam tempore sui regiminis. 46.

Mandatum comiti Catari, quod sequestrare debeat res et bona Johannis Cassan, causa ibi notata. 74.

Ser Franciscus Georgio quondam ser Prangratii, qui erat comes Curzole, possit stare in ipso regimine donec illuc applicabit successor antedicti patris sui, cum omnibus salario et utilitatibus, cum quibus erat dictus condam ser Prangratius. 88.

Mandatum comiti Catari, quod subveniat rectori Dulcigni de ducatis ducentis. 201.
Responsiones facte ad capitula porrecta parte comunitatis Catari per ser Marinum de Drago. 207.
Quid scriptum fuit comiti Catari circa inobedientiam villicorum Zuppe et Gerbilj. 207.
Captum, quod appellationes illorum de Cataro de cetero mittantur ad collegia doctorum Padue, Vicentie, Verone, Tarvisii, salva forma statutorum suorum. 216.

Vol. 59. (1433—1436.)

Oratores Catari possint expediri per collegium. 6.
Nobilis vir Thomas Michael comes Curzole possit causa pestis stare extra ipsum locum per duos menses non lucrando aliquod salarium. 6.
Ambassiatores comunitatis Pagi circa capitula porrecta per eos possint expediri per collegium sicut videbitur fore utile. 7.
Trintesimum Braçe usque ad sex annos sit dicte comunitatis pro salario comitis, et ipsi de Braça residuum salarii comitis et cancellarii suppleant et dent eo modo, quo hucusque fecerunt. 9.
Quid commissum fuit comiti Catari pro facto hominum de Gerbelis. 12.
Mandetur comiti Catari, quod de introytibus dicte terre quomodocumque spectantibus et pertinentibus comuni Venetie debeat solvere Basilio de Bisantis nobili Catarino, qui fuit supracomitus galee armate in Cataro, de toto eo, quod restat habere vigore sue supracomitarie, providendo, quod hoc nostrum mandatum omnino habeat executionem. 16.
Possit omni anno per comitem Catari concedi licentia traficandi Dabisio de Cataro, sicut et quando videbitur comiti, et eius filius, si post mortem suam erat aptus ad arma, sit stipendiarius et provisionatus dominii sicut ipse est. 64.
Presbiter Trifonus plebanus ecclesie sancti Marci de Cataro habeat de cetero omnia notata in informatione data et scripta manu viri nobilis Antonii de cha da Pesaro, ut ibi. 112.
Per collegium possit responderi capitulis comunitatum Pagi, Spaleti et Tragurii, et quod ut ibi. 123.
Responsio facta ambassiatoribus comitis Stefani nepotis q. Sandali. 158.
Responsio facta comiti Corbavie super facto denariorum depositatorum per suos predecessores ad cameram frumenti. 269.

Vol. 60. (1437—1440.)

Lesio Pastrovich de Cataro detur una paga in Cataro. 6.
Salvusconductus in persona magnifice domine Elene consortis condam magnifici domini Sandali magni vayvode Bossine pro locis nostris Dalmacie. 26.
Concessum nobili viro ser Zusto Paradiso ituro comiti Pagi posse expendere libras L. parvorum pro reparatione sue habitationis. 35.
Debitores camere nostre Pagi teneantur solvisse usque tres menses sub pena ut ibi. 38.

Vetitum portare fichus de partibus Sclavonie ad partem foro Julii et Istrie sub pena ut ibi. 44.

Panni, qui extrahentur aliunde quam de civitate Venetiarum, et conducentur ad partes Sclavonie et Albanie, solvere debeant duc. 25 pro cent. 84.

Concessum nobili viro ser Mapheo Fuscareno comiti Curzolle posse ire Spaletum pro diebus xx. cum conditionibus ut ibi. 95.

Rectores nostri a parte maris non permittant extrahere frumentum de locis sibi commissis, nisi pro Venetia, Mothono et Corono et Dalmatia. 95.

Partes et provisiones capte pro bannitis a parte terre, intelligantur etiam habere locum in partibus Istrie et Dalmatie ut ibi. 96.

Concessum fidelibus nostris locorum Dalmatie, ut possint de Segna et Flumine extrahere certam quantitatem ferramenti pro usu dictorum locorum ut ibi. 101.

Quid scriptum fuit comiti Catari, quod caveat inducere dominium nostrum in guerram cum domino Stefano vayvoda, aut cum Teucris ut ibi. 160.

Carati, qui ad presens tenentur per nobiles Catarinos, qui vacabunt decetero, distribui debeant per cedulas inter nobiles predictos. 239.
et similiter carati, qui vacabunt a popularibus, distribui debeant inter populares ut ibi.

Electio duorum sindicorum ad partes Albanie, Dalmatie et Istrie cum conditionibus ut ibi. 116.

k) Sibinicum c. 139.

Vol. 54. (1422—1423.)

Quid responsum fuit capitulis porrectis per ambassiatores comunitatis Sibinici. c. 27.

Saline dominii, que sunt ad Sibinicum, vendantur ad publicum incantum, respondendo decimam salis ut ibi. 50.

Denarii, qui trahentur de decima salis proprie dicti, non possint expendi nisi pro fabrica castri Sibinici. 50.

Quid scriptum fuit comiti Sibinici de modis servandis contra Decanum et eius complices. 54.

Item libertas eidem data ad providendum contra quemdam alium pirratam. 54.

Quid scriptum fuit comiti Sibinici pro d. Francisco de Sibinico milite. 62.

Quando ponentur partes super factis salis Dalmatie ser Nicholaus Maripetro possit interesse consilio et ponere partem, quia fuit comes Sibinici. 119.

Provisiones super factis salis districtus Sibinici. 121.

Non possit scribi aliquis stipendiarius castri Sibinici habens uxorem paisanam, sed habentes cassentur. 129.

Armetur una galeota in Sibinicho et una galea in Jadra, pro quarum expeditione accipiatur de denariis superabundantibus a solutione prodis. 134.

Elongetur terminus ser Nicolao Maripetro olim comitis Sibinici veniendi cum suis provisionibus ad consilia. 138.
Commissum ser Jacobo de cha da Pesaro comiti Sibinici posse expendere pro reparatione palatii ducatos triginta. 139.
Elongatum fuit terminus ser Nicolao Maripetro olim comiti Sibinici veniendi cum suis provisionibus ad consilia. 160.

Vol. 55. (1424—1425.)

Quid scriptum fuit et commissum omnibus rectoribus Dalmatie super furtis et raubariis, que committuntur per Morlacos et alios. 49.
Quid scriptum fuit et commissum omnibus rectoribus Dalmatie et Istrie super talea data Decano et sociis piratis, et super provisione fienda ad persecutionem et destructionem ipsorum. 50.
Concessum ser Johanni Corrario comiti Sibinici posse expendere in reparatione palatii ducatos xl. 125.
Prohibitum rectoribus Dalmatie dari licentiam conducendi de oleo, caseo et aliis rebus intra Polmentoria pro portando alio quam Venetias. 170.

Vol. 56. (1426—1428.)

Quid ordinatum fuit comiti Sibenici pro mittendo unam galeam in ordine pro custodia culfi. 44.
Comes Sibinici et capitaneus Jadre conveniant insimul pro differentiis existentibus inter loca domini comitis Segne et banatus, cum aliquibus terris nostris Dalmatie, et sententient et exequantur ut ibi. 98.
Ser Johanni Cornario olim comiti Sibinici prorogetur terminus veniendi ad consilium cum provisionibus suis. 129.
Rectores Dalmatie non possint facere aliquem salvumconductum alicui exteri pro debitis, nisi solverit debitum, et teneatur unus ad requisitionem alterius compellere ipsos debitores ad solvendum. 134.
Victor de Feltro, qui erat cancellarius q. ser. Viti Darpmo remaneat cum comite eligendo. 156.
Ser Johanni Corario olim comiti Sibinici prorogetur terminus veniendi ad consilium cum provisionibus suis. 176.
Ser Johanni Corario olim comiti Sibinici prorogetur terminus veniendi ad consilium. 186.
Armetur una galea in Sibinico, cuius sit patronus d. Thomas Jurich ut ibi. 189.

Vol. 57. (1428—1430.)

Daniel filius ser Thomasii Jurich de Sibinico exerceat offitium capitaneatus de extra loco ser Georgii Belcovich, qui propter senetutem exercere non potest, et post mortem eius sit capitaneus. 15.
Comes Sibinici pro reparatione palatii habitationis sue possit expendere libras cl. 22.
Judices Sibinici habeant de cetero libras triginta in mensibus sex, et comes noster pro rehedificatione turris molendinorum possit expendere duc. cc. 38.
Mittat unum ambaxatorem Venetias informatum de factis salis. 41.

Provisio super sale Dalmatie, quod portatur per viam maris, et pretium quid solvi debet ad exitum. 62.

Comes Sibinici pro reparationibus necessariis ut ibi, possit expendere duc. quinquaginta. 126.

Provisio facta pro lamentationibus, que fiebant contra massarios nostros Sibinici, Spalati et Tragurii, qui tenent computum salis. 189.

Et ibi continetur, quod nemo possit tenere canipam salis nec salem in canipis extra cintas civitatis sub pena.

Quid scriptum fuit comiti Sibinici super pratica, quam habuit cum Juvenatio Criacovich subdito comitis Johannis de Citines. 210.

Expensa, quam faciet comes Sibinici ser Franciscus Michael propter nova occurrentia, acceptetur. 211.

Et similiter fiat de expensis, quas faciet ipsa causa ser Moyses Grimani iturus illuc. 211.

Ser Moyses Grimani comes Sibinici pro cohopertura palatii et reparatione domus stipend. possit expendere libras trecentas. 236.

Ser Francisco Michael olim comiti Sibinici prorogetur terminus veniendi ad consilium cum provisionibus suis. 242.

Vol. 58. (1430—1433.)

Ducati centum auri ultimo dati ser Thomasio Jurich de Sibinico electo supracomitto galee deinde, propter expensas per eum factas pro dicta causa, eidem remaneant libere. 9.

Vol. 59. (1433—1436.)

Nobilis vir ser Marcus Eriço comes Sibinici possit expendere duc. sexaginta de pecunia comunis pro reparatione cisterne et palacii dicti loci. 69.

Debeat comes Sibinici esse cum consilio illius civitatis, et narata petitione egregii viri Augustini Dragoech, scire a dicto consilio, quod dicte comunitati videretur esse contribuendum et fiendum Augustino predicto, rescribendo dominio responsionem, quam habuit et parere suum.

Vol. 60. (1437—1440.)

Comes Sibinici mittere debeat ad manus comitis nostri Spaleti duc. III c. pro solvendo stipendiariis. 19.

Mandetur comiti Sibinici, quod de pecuniis illius camere nostre dare debeat de tempore in tempus id, quod dare poterit Petro Cipcho usque ad integram solutionem ut ibi. 151.

Mandatum capitaneo nostro Jadre, quod decedente comite nostro Sibinici, immediate se transferat ad regimen dicti loci ut ibi. 156.

Duo cancellarii Sibinici cassentur, et eligatur unus cancellarius ut ibi. 175.

Detur licentia comiti Sibinici posse expendere in cohopertura et napis palatii libras CL. parvorum de pecunia nostri comunis. 176.

Concessum nobili viro ser Jacobo Donato comiti Sibinici posse expendere in aliquibus laboreriis palatii libra CL. parvorum de pecuniis nostri comunis. 179.

l) Spalatum c. 141.

Vol. 54. (1422—23.)

Responsiones facte capitulis porrectis dominio per dominum archiepiscopum Spaleti et cives Spaleti, ambassiatores communitatis illius civitatis Spaleti. c. 20.
Commissum comiti Spaleti, quod procurare debeat de veniendo ad praticam et conclusionem treuguarum cum Polizianis. c. 20.
Scriptum ser Bertucio Diedo et successoribus suis, quod officialibus sive camerariis camere salis deinde dare debeat libras 350 parvorum in anno pro ambobus, cum conditione illa notata. c. 22.
Quid scriptum fuit ser Bertucio Diedo comiti Spaleti pro libertate sibi data pro possendo facere expensas occurrentes pro factis salis deinde expediendi pro dominio. c. 47.
Vinum forense non possit conduci Spaletum, salvo quod esset necessarium pro usu stipendiariorum nostrorum deinde. c. 51.
Stipendiarii Spalati reducantur ad minus stipendium, ut ibi. c. 53.
Quid scriptum fuit comiti Spalati de modis servandis contra Decanum et eius complices. c. 54.
In favorem domini episcopi Spaletini possit scribi per collegium summo antistiti pro factis decimarum. c. 103.
In favorem ecclesie et episcopi Spaletini possit scribi pontifici summo prout dominio videbitur. c. 113.
Provisio super facto salis Spaleti, Tragurii et Catari. c. 121.

Vol. 55. (1424—24.)

Magister Thomas de Cingulo cancellarius Spaleti confirmetur in dicta cancellaria cum condictionibus ut ibi. c. 22.
Declaratum, quod dominus magister Thomas cancellarius confirmetur cum salario et utilitatibus solitis, et cum quibus est ad presens. c. 22.
Quid scriptum fuit et commissum omnibus rectoribus Dalmatie super raubariis et furtis, que committuntur per Morlacos aut alias personas. c. 49.
Quid scriptum fuit et commissum omnibus rectoribus Dalmatie et Istrie super talea data Decano et sociis piratis, et super provisione fienda ad persecutionem et destructionem ipsorum. c. 50.
Dentur Christoforo de Papale et Francisco de Petracha Spalatinis, et quibusdam aliis Tragurinis hic confinatis ducati quinque in mense pro quolibet. c. 136.
Commissum comiti Spaleti, quod subveniat de tempore in tempus de denariis comiti Tragurii. c. 169.
Prohibitum rectori Dalmatie dare licentiam conducendi de oleo, caseo et aliis rebus intra Polmentorias pro portando alio quam Venetias. c. 170.

Vol. 56. (1426—28.)

Quid scriptum et responsum fuit comiti Spalati super facto comitis Petrice Iuranich. c. 108.

Rectores Dalmatie non possint facere aliquem salvumconductum alicui exterorum pro debitis, nisi solverit debita, et teneantur unus ad requisitionem alterius compellere ipsos debitores ad solvendum. c. 134.

Vol. 57. (1428—30.)

Mittat unum ambaxiatorem Venetiis informatum de facto salis. c. 41.
Provisio de sale Dalmatie de precibus solvendis in exitu per mare. c. 62.
Quid scriptum fuit comiti Spalati in favorem Jacobi Drago et contra Beltrami et nepotum. c. 157.
Provisio facta pro querelis, que fiebant contra massarios Sibinici, Spalati et Tragurii, qui tenent computum salis. c. 189.
Franciscus de Petrarchis confinatus, possit ire Jadram. c. 190.

Vol. 58. (1430—33.)

Quid scriptum fuit comiti Spalati, ut stipendiarii deinde equaliter tractentur in suis pagis habendis. c. 3.
Michael Tèodori de Spalato, bannitus de Spalato, extrahatur de banno pro causa ibi specificata. c. 10.
Scriptum comiti Spaleti et successoribus suis, quod emere debeant unam domum sive muralia contiguam domunculis Monialium sancte Clare, possendo expendere usque ad summam ducatorum quadringentorum de pecunia nostri comunis. c. 74.
Scriptum comiti Spaleti, quod mittere debeat comiti Tragurii usque summam librarum VI. m. pro complemento castri Tragurii. c. 54.
Quid responsum fuit capitulis porrectis pro parte comunitatis Spaleti. c. 64.
Mandatum comiti Spaleti, et aliorum locorum ibi notatorum, quod proclamari faciant, quod nullus pannus alicuius consortis, qui non fuerit extractus de Venetiis, possit illuc conduci, nisi solvendo decem pro C. c. 65.
Quid deliberatum fuit de equis captis super duabus carachiis de bestiis, qui erant comitis Francisci per illos de Spaleto. c. 79.
Mandatum comiti Spaleti, ut faciat compleri et fortificari castrum deinde, possendo expendere id, quod eidem videbitur. c 85.
Quid scriptum fuit comiti Spaleti pro sale de Pago. c. 89.
Mandatum comiti Spaleti, quod sub pena ducatorum in suis propriis bonis mittere debeat Tragurium ducatos quingentos pro fabrica castri civitatis nostre Tragurii. c. 113.
Ser Johanni Gradonico militi prorogetur terminus veniendi cum suis opinionibus ad consilium, quia fuit comes Spaleti. c. 146
Mandatum comiti nostro Spaleti, quod de introitibus nostris deinde mittat comiti Tragurii ducatos v. c. auri. c. 199.

Vol. 59. (1433—36.)

Possit Antonius Cipriani de Spaleto ire Spaletum et stare per tres menses causa differentie, quam habet cum magnifico domino Georgio voyvoda Bossine condam Voyslavi. c. 48.
Christoforus de Papaleis de Spaleto, ultra terminum sibi concessum, possit stare Spalati per duos menses pro expedictione quarumdam rerum, sicut fecit humiliter supplicari. c. 88.

Camere Spaleti et Tragurii fulciri debeant de cetero sale Pagi ordine ibi contento. c. 109.

Vol. 60. (1437—40.)

Ex illis ducatis III c., quos comes Sibinici mittet Spaletum, comes Spaleti solvere debeat stipendiariis ut ibi. c. 19.

Quid scriptum fuit nobili viro ser Marco Dandulo oratori nostro ad ser. dominum imperatorem pro molendinis et possessionibus alias donatis comunitati Spaleti. c. 23.

Quid scriptum fuit comiti Spaleti circa possessiones et bona arrepta per magnum Petrum fratrem magnifici Mathiconis ut ibi. c. 23.

Quid scriptum fuit magnifico domino Petro de Tallovich supra eademet causa ut ibi. c. 23.

Quid scriptum fuit comiti Spaleti circa restitutionem pecunie exacte de venditione unius barche magistri Georgii Medici comitis Mathiconis, et circa alia spectantia dicto comiti ut ibi. c. 103.

Viro nobili ser Victori Delphino, qui fuit comes Spaleti, elongatur terminus veniendi ad istud consilium cum suis provisionibus, ut ibi. c. 182.

m) Tragurium. c. 152.

Vol. 54. (1422—23.)

Stipendiarii nostri Tragurii reducantur ad minus stipendium ut ibi. 53.

Decan de Tragurio habeat taleam ut ibi. Et armentur barce, et fiant alie provisiones ut ibi. 54.

Micacius de Tragurio habeat taleam ut ibi. 57.

Provisio super facto salis Tragurii, Spaleti et Catari. 121.

Mittantur Tragurium ducati mille pro subventione stipendiariorum deinde. 149.

Vol. 55. (1424—25.)

Quid scriptum fuit et commissum omnibus rectoribus Dalmatie super furtis et raubariis, que committuntur per Morlacos aut alias personas. 49

Quid scriptum fuit et commissum omnibus rectoribus Dalmatie et Istrie super talea data Decano et sociis piratis, et super provisione fienda ad persecutionem et destructionem ipsorum. 50.

Concessum comiti Tragurii posse expendere in reparatione corredorum et bertestarum c. parvorum. 50.

Comes Tragurii faciat restaurare Paulo Jacobi de Tragurio de libris XL parvorum. 104.

Detur Buffallo de Dominico, Simoni de Nicola, Nicole Pauli, et Dragulino de Nicola Tragurinis, et quibusdam aliis Spalatinis hic confirmatis ducati quinque in mense pro quolibet. 136.

Commissum comiti Spaleti, quod subveniat de tempore in tempus de denariis comiti Tragurii. 169.

Prohibitum rectoribus Dalmatie dare licentiam conducendi de oleo caseo et aliis rebus intra Polmentorias pro portando alio quam Venetias. 170.

Vol. 56. (1426—28.)

Michacio Nicole Victuri de Tragurio fiat salvusconductus ut ibi. 41.

Quid scriptum fuit comiti Tragurii super solutione magistri Nicolai de Craina cancellarii domini regis Bosne, et eo quod hinc debet ab illa comunitate pro resto sui salarii. 76.

Rectores Dalmatie non possint facere salvumconductum alicui extero pro debitis, nisi solverit, et teneantur unus ad requisitionem alterius compellere ipsos debitores ad solutionem. 134.

De denariis impositionis possint accipi duc. mille, qui dentur ser Johanni Nani ituro comiti Tragurii pro dispensationibus inter stipendiarios, et possint promitti duc. M. ut ibi pro dicta causa. 154.

Vol. 57. (1428—30.)

Mittat unum ambaxiatorem Venetias informatum de facto salis. 41.

Provisio super sale Dalmatie, et quid solvi debeat in exitu. 62.

Blasius qm. ser Luce Victuri militis de Tragurio hic confinatus possit ire in Pirano vel in Parentio, presentando se potestati nostro. 149.

Provisio facta pro querelis, que fiebant contra massarios Sibinici, Spaleti et Tragurii contra computum salis. 189.

Ser Magdalinus Contareno iturus comes Tragurii possit de ducatis M sibi datis expendere ut ibi. 212.

Dragolinus Nicolai confinatus hic Venetias possit ire Tragurium. 239.

Vol. 58. (1430—33.)

Scriptum comiti Tragurii, quod examinare faciat . . . Jacobi Satete . . . et illud solvat ut ibi. 32

Quid scriptum fuit comiti Tragurii et . . . successoribus suis super facto salis de Pago. 89.

Mandatum comiti Tragurii, quod duc v. c., qui sibi mittentur per comitem Spaleti, expendere debeat in fabrica castri. 113.

Vol. 59. (1433—36).

Comes Tragurii possit expendere libras centum parvorum de pecunia comunis pro aptatione lobie Tragurii. 24.

Pratulinus de Nicola Roncio de Tragurio hic confinatus possit pro expeditione aliquorum suorum negotiorum ire Tragurium et vendere tot de possessionibus suis, quas habet in Tragurio, quod possit solvere debita sua et stare ibi tribus mensibus, quibus finitis, subito debeat reverti Venetias. 46.

Cassentur in loco Tragurii page quadraginta inutiles. c. 66.

Tragurium recipiat a comite Sibinici pro complemento castri et solutione stipendiariorum denarios ut ibi. 68.

Egregius miles dominus Blasius And. de Tragurio possit redire Tragurium et ibi stare ad beneplacitum dominii. 94.

Camere Tragurii et Spaleti fulciri debeant de cetero Pagi ordine ibi contento. 109.

Comes Tragurii nullo modo celebrari faciat nundinas aut celebrationes ullas eo tempore, quo celebrabuntur nundine Spaleti, sed si fieri de-

bent in Tragurio vel districtu aliqua indulgentia vel nundine, fiant uno mense ante nundinas Spaleti, aut uno mense post, ne uno eodem tempore nundine predicte celebrentur. 154.

Libertas data collegio terminandi differentias, que vertentur inter nobiles civitatis Tragurii ex una parte et populares ex altera 177.

Vol. 60. (1437—40.)

Concessum comiti Tragurii posse expendere in reparatione domus sue habitationis de pecuniis nostri comunis. 2.

Comes Sibinici mittere debeat Tragurium ducatos III. c. pro laborerio castri. 19.

Concessum comunitati Tragurii, quod pro aliquibus causis expendi possit per rectores nostros Tragurii libre III. c. parv. singulis annis de pecuniis camere nostre deinde, et quod omnes galee nostre armate ad culfum debeant in transitu suo ire Tragurium ut ibi. 151.

Mandetur comiti Tragurii, quod de pecuniis nostri comunis dare debeat Petro Cipcho duc c. pro parte solutionis sue ut ibi. 151.

Aliqui cives Tragurii, qui hic sunt, licentientur, quod repatriare possint, ut ibi. 191.

God. 1422. ožujka, u Mletcih.

O izvozu vina iz Dalmacije i iz Istre u Senj.

Thomas Mocenigo dei gracia dux Veneciarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato comiti et Marco Dandulo capitaneo Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Significamus vobis cum nostris consiliis rogatorum et additionis, in presentibus millesimo, indictione et die capta fuit pars tenoris infrascripti. Cum comes noster Jadre nostro dominio significaverit, quod quidam Firmus de Georgiis civis noster Jadre patronus unius navigii caricavit vinum, recedens de Jadra, et habens bulletas a nostro comite predicto de conducendo dicta vina Segnam, que empta fuerunt per quemdam Gregorium de Mergane civem Jadre, captus fuit et intromissus per comitem nostrum Arbi; unde nostro dominio scripserit super deliberatione dicti navigii et rerum omnium, que in eo erant. Considerato, quod dicta licentia sibi concessa fuit, ut conduceret de frumento Jadram; et considerato, quod nulla prohibitio est, quod de partibus nostris Istrie et Dalmacie possint conduci vina ad partes Segne; vadit pars, quod mandetur comiti nostro Arbi quod dictum navigium cum vino et aliis rebus, que in eo erant, debeat restituere patrono eius, cum hac tamen conditione, quod dictus patronus teneatur et debeat dare bonam et sufficientem plezariam de conducendo dictum vinum Jadram, ubi vendi debeat, et nullo modo ire Segnam, nec ad alia loca prohibita. Et quia, sicut notum est, alias captum fuit, quod comes Signe posset conduci facere vina Signam de partibus et locis nostris Istrie et Dalmatie, et sub hoc velamine posset contraveniri prohibicioni nostre, quia patroni navigiorum conducerent vina de alienis locis et irent ad capiendam bulletas a rectoribus dictorum nostrorum locorum, et ad hoc sit utiliter

providendum; vadit pars, quod mandetur omnibus rectoribus nostris Istrie Arbi, Pagi, Chersii et Auseri, quod non debeant facere bulletam aliam de vino, oleo vel aliqua alia re conducenda ad partes Segne nisi de hiis rebus, que solum nascerentur et extraherentur de locis nostris sibi commissis.

Date in nostro ducali palacio die . . . mensis marcii, indictione xv, MCCCCXXII.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 21, u zadarskom arkivu.

God. 1422. 27. ožujka, u Mletcih.

Odgovori na molbe zadarskih poslanika.

Thomas Mocenigo dei gracia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato comiti et Marco Dandulo capitaneo Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Accedentes ad presentiam nostri dominii spectabiles et egregii viri dominus Simon de Detricho miles et Thomas de Petrizo, ambaxiatores nobilium civitatis nostre Jadre, aliqua capitula nobis presentarunt, petentes nomine nobilium civitatis nostre Jadre per nos confirmari. Ad que capitula cum nostris consiliis rogatorum et additionis nostras fecimus responsiones, uti inferius videbitis contineri. Qua de re vestre fidelitati cum nostris predictis consiliis scribimus et mandamus, quatenus iuxta responsiones nostras ad eadem capitula observare et observari facere debeatis ipsa capitula cum responsionibus nostris factis superinde ad memoriam futurorum, facientes in actis nostre canzelarie deinde registrari. Tenor autem capitulorum et responsionum sequitur, videlicet:

Primo humiliter supplicant, quod sua serenissima et graciosissima ducalis dominatio dignetur et vellit talem ordinem adhibere super vino forensi conducto et deinceps conducendo Jadram, qui sit ad honorem sue inclite ducalis dominationis et bonum et proficuum statum tocius sue comunitatis Jadrensis, prout eidem ducali dominationi melius videbitur, ne vinee Jadrensis districtus interlaxentur et pecunie ad alienas partes trasportentur, et ad hoc, ut vinearum laboratores et alii sui pauperculi cives Jadrenses de suarum vinearum introitibus possint et valeant cum eorum familiis suam vitam substentare. — Ad primum autem, per quod petunt, quod dignemur adhibere modum et ordinem oportunum super facto vini forensis conducendi Jadram, respondeatur, quod dominatio nostra disposita est, ut illa civitas nostra sit copiosa et opulentissima pro comuni bono omnium, non videns, huic sue requisitioni posse totaliter annuere, tamen est contenta pro beneficio suorum vinorum et pro maiori comodo suo, volumus, quod pro vino forensi, quod undecunque conducetur ad civitatem nostram Jadre et omnibus locis suppositis regimini Jadre solvi debeant ultra trentesimum, quod solvitur ad presens, solidi septem pro quoquo modio vini.

Anchora excelso principo perchè le stà dà ordene, che tutto quello sale, el qual fosse sta fatto sulle saline delle insule e di terra ferma

della vostra cittade de Zara, che tutto quello sale, el qual dovesse esser conducto per tutto el mexe de octubrio alla terra sotto pena ordinada, la qual cosa, serenissimo principo, si è di gran afanno e spexa di quelli, che ano le lor saline su le insole e starea. Et per questo, excelso principo, fina qui sono sta interlaxade de molte saline, e ogni di se vanno interlaxando. Et per tanto viene humilemente supplicando alla serenitade vostra per li servitori vostri di Zara, che tutti quelli, che ano le lor saline sulle issole, i qual non vozzano condur le lor sal alla terra, voyando, chel so sale stessi ala isola, che quello possano far, fazando per li officiali della vostra camera de Zara mesurar over stimar el dito sal, e a quelli signor delle saline se debia defalcar callo competente, e che ditto sale debia star a ogni risego e perigolo di quelli, de chi fosse el ditto sale; e tutto quello, che fosse trovado, che manchesse del ditto sal, el paron delle saline fosse tegnudo de pagar de quello tal sal, manchando la tratta, como se luy portesse el ditto sal in terra ferma. Et quando fosse trovado, chel paron del sal overo alguno salmer avesse firado del ditto sal per fraudar la camera della vostra sublimitade, che messer lo conte de Zara, che se troverà al quel tempo, ultra la pena dela tratta podesse dar tal punicion a quelli, che si lassessi far tal furto, la qual paresse a luy, e che fosse ad exemplo de altri, li quali pensesse cometer tali furti, non se intendo in questa supplicacion lo sal, che fosse fatto in le saline di terra ferma, perchè quello tal sal per nesuno modo poria star seguro, perchè o furtivamente o per forza seria tolto per li Morlachi. E pertanto tutti quelli per ben de la vostra camera bixognano sia conducti alla città di Zara — Ad secundum continens, quod dignemur providere super sale salinarum insularum districtus Jadre etc., respondeatur, quod nostra dominatio informabit se superinde et providebit per illum modum, quem cognosset concernere comoditatem camere nostre et universale bonum omnium civium illius nostre civitatis.

Anchora, serenissimo principo, perchè de tutte le terre de Dalmacia della vostra inclita signoria li cittadini di quelle liberamente cum le sue intrade e altre mercadantie pono andar liberamente dove a lor piaze, come servidori della vostra gracia vien devedado andar altrove che a Vinexia cum sue intrade e altre grasse; e per tanto, excelso principo e gloriosissimo signor nostro li servitori della inclita signoria vostra, i cittadini della vostra città de Zara supplica humilmente, che la vostra benigna et graciosa signoria se degne, che li servidori de la vostra gracia de Zara come fano li altri vostri de la Dalmacia possano andar liberamente cum le sue intrade e altre mercadantie, dove loro voleno. — Ad tercium continens, quod dignemur concedere nostris fidelibus Jadretinis, quod possint mittere suos introitus ad vendendum ad quascunque partes, et quod similiter de alienis partibus possint conduci Jadram mercantie pro usu suo etc., respondeatur: quod volemus libenter eis complacere, sed, sicut bene sciunt, quia civitas nostra Venetiarum circumquaque habet de huiusmodi rebus opportunitatem, sumus contenti, quod possint illud, quod habent ex introitibus suis ac ex dictis victualibus rebus et mercantiis conducere ad civitatem nostram Venetiarum. Verum si pro contentumento suo et in quantum placeret eis, quod vellent tales res alio

conducere quam Venetiis, sumus contenti in eorum complacentiam, quod possint hoc facere, solventibus tamen ipsis pro dacio ad illa loca, de quibus extraherent, illa datia, que solverent Venetiis, si res predicte et mercimonia conducta fuissent ad civitatem nostram Venetiarum. Et hoc idem debeat observari in ceteris nostris locis Dalmacie.

Anchora excelso principo perchè fra le altre gracie a noi concesse per la vostra inclita signoria a noy fo concesso, che noy dobiamo aver uno medico ciroico, el qual fo ordinado, che dovesse aver per lo salario ducati cento per anno, et perchè da spon per la vostra sublimitade fo determinado, che partė de quello salario dovesse pagar li soldadi vostri, li quali non ano voglia consentir a questo, digando, che quelli debiano pagar al medigo, a li quali fosse de bisogno. E anchora nostro signor piissimo, che un medico ciroico non seria sufficiente per cittadini e soldati de Nona e Aurana per certi casi, che porave intervegnir, e maximamente alli tempi de pestilentia, la qual visita spesso quella terra. E per tanto excelso principo e signor nostro humilmente supplica a la vostra inclita signoria li servidori vostri de Zara, che loro possano aver uno medico ciroico per si cum salario per avanti per la vostra sublimitade deputado e secondo la gracia a quelli concessa. — Ad quartum, quod detur salarium ducatorum centum uni medico ciroico etc. respondeatur, quod volentes, quod id, quod alias fuit concessum illi comunitati per formam nostri privilegii super facto dicti medici, observetur, sumus contenti, quod de illis ducatis vi centum alias concessis illi comunitati dispensandis in suis salariatis, dentur dicto medico ciroico ducati centum, prout requirunt; et ex nunc revocetur id, quod captum fuit in collegio super facto salarii medici antedicti.

Anchora excelso principo, perchè per li Morlachi vien fate molte robarie, furti e homicidii alli subditi de Dalmacia della nostra inclita signoria, i qual Morlachi abiando fatto alguno delicto nel districto de Zara, vanno liberamente a Scibinico e al altre terre de Dalmacia, perchò non vien constricti ala satisfacion; e così versa vice quando li dicti Morlachi fano alguno delicto in alguna de le terre de Dalmacia, liberamente vien alla vostra città de Zara. Azo che li ditti Morlachi, excelso principo, se possano remover de far tanti danni e mali, quanto loro fanno ogni di alli subditi della vostra inclita signoria per tutte le terre della Dalmacia, parendo a la vostra sublimitade, che per quella fosse ordinado, che tutti quelli Morlachi, li quali avesse comesso alguno delicto in lo tegnir della vostra cittade de Zara, dovesseno esser constricti a satisfacion de danni per loro fatti; e parendo a la sublimità vostra punidi segondo el delicto per loro fatto. E per lo simile quelli Morlachi, li quali fesse alguno delicto in alguna delle terre de Dalmacia over in lo tegnir di quelle sia trovadi in Zara, siano punidi per lo mudo come dicto de soura. Perchè, excelso principo e signor nostro, siando observado questo modo, speremo, serà gran cason de remover quella pessima generacion, che quella non faza tanti mali ali subditi della vostra illustra signoria delle vostre terre di Dalmacia. — Ad quintum continens, quod dignetur mandare, quod omnes Vlachi possint astringi realiter et personaliter pro damnis illatis subditis nostris, et quod similiter omnes fures et derrobatores realiter et

personaliter possint capi et puniri per quoscunque rectores nostros Dalmacie etc., respondeatur, quod mandabimus omnibus nostris rectoribus Dalmacie, quod si deinceps aliquod furtum per aliquem committetur in aliquo locorum nostrorum Dalmacie, et contingerit, quod delinquentes seu delinquens seu eorum bona perveniant in fortiam alicuius ex rectoribus dictorum locorum, quod idem rector debeat cogere dictos delinquentes et intromittere eos realiter et personaliter usque ad integram satisfactionem furti per eos comissi. Et similiter observetur et fiat de debitoribus, qui de uno loco ad alium se transferrent. Verum de robariis et aliis enormibus delictis, que per aliquos in aliquo dictorum locorum committentur et occurrent, quod delinquentes perveniant in forciam alicuius ex nostris rectoribus, volumus, quod ille rector, in cuius manus ipsi delinquentes inciderint, debeat ad requisitionem illius rectoris, sub cuius districtu talia comissa fuerint, mittere sibi delinquentes predictos, ut contra illos procedat secundum eorum demerita.

Anchora, serenissimo principo, como siando noy al conspecto della vostra signoria, noy avemo narrado a quella, como li canzeliri, che ierano stadi in quella nostra cittade, segondo el parer nostro se feva pagar ingordamente per le scripture, che loro facevano; e mo da puo che la nostra inclita signoria a voyudo, che la mittade de tutti quelli dinari, li quali el cancelier receve per le scripture facte in la vostra città de Zara, la mittade de quelle debia vegnir nella camera vostra de Zara. E per questo serenissimo principo per no ne aver li canceliri manco de lo usado levano per le scripture doa tanto che soglano. Et per tanto excelso principo humilmente supplichemo alla vostra illustra et excelsa signoria, che quella se degne de dar tal ordine, che fosse data tal metà a li canceliri de quella vostra città, che per le scripture loro faranno meritamente, e cum raxon se dovesseno contentar, e che anchora li subditi de la vostra signoria non pagasse quello, che non fosse ultra el dover. — Ad sextum respondeatur, quod scribemus rectoribus nostris Jadre, quod superinde summant bonam informacionem, qua habita, debeant in solutionibus fiendis canzelariis et aliis scribanis limitare et taxare quid et quantum solvi debeat, ponendo illam metam, que sit iusta et racionabilis tam erga cancelarios et scribanos, quam totam universitatem; et de hoc ordinent statuta et ordines, qui continuo appareant. Verum si dicti rectores non erunt superinde concordes, volumus, quod intret camerarius Jadre; et quicquid per maiorem partem eorum fuerit terminatum, sit firmum et validum, mittendo nobis taxacionem, quam facient, ut videamus, si erit racionabilis et honesta; informando etiam de solucionibus, que fiunt ad presens.

Anchora serenissimo principo, perchè a noy si è sta imposto per lo spectabile et egregio homo messer Nicolò Venero honorabile conte de la città de Zara, che noy per parte de la soa gracia recordar a la vostra sublimitade, perchè in quella vostra cittade de Zara no è tal prexon per poder metter quelle tale femene, le qual avesse fatto alguno delicto, che noy dovessamo supplicar a la inclita vostra signoria, che quella se degnesse de farli gracia, che de le intrade de Zara possa spender ducati trenta per poder far una prexon. E anchora perchè uno muro del con-

tado de Zara manaza ruina, supplica, che luy possa spender ducati cento per poder conzar quello. — Ad septimum super facto carcerum mulierum, respondeatur, quod sumus contenti, quod faciendo dictos carceres possint expendere ducatos triginta de introitibus Jadre prout petunt.

Anchora serenissimo principo, perchè ultra lo usado noi vegnimu astricti a pagar lo dacio di quello sal, el qual noy mandemo alle isole per far salar li formagui, e vol che noi paghemo segondo che se vende el sal in la nostra camera; e per questo el viene supplicando alla vostra gracia, che quelli, li qual voranno mandar del sal proprio per salar el suo formaio della isola, che quello far possa, perchè la mazo parte di quelli formaguy pagano trentesimo, e anche viens mandadi a Venexia. — Ad octavum respondeatur, quod libenter velemus eis complacere; sed sicut sciunt introitus nostri Jadre sunt ita exigui, quod non possunt supplere ad expensas occurrentes, propter quod non possumus facere secundum suam requisitionem; sed volumus, quod servari debeat in dicto facto, sicut ad presens.

Date in nostro ducali palacio die XXVII marcii, indictione XV, millesimo quadrigentesimo vigesimo secundo.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 34, u zadarskom arkivu.

God. 1422. 30. ožujka, u Mletcih.

Mletačko vieće zabranjuje svojim predstojnikom u Zadru pačati se u poslove zadarskog nadbiskupa.

Thomas Mocenigo dei gracia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato comiti et Marco Dandulo capitaneo Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Reverendus pater dominus Blaxius Molino archiepiscopus Jadrensis nobis exposuit cum querella, quod cum fecisset generalem inhibitionem monialibus monasterii sancte Marie civitatis nostre Jadrensis, ut de monasterio sine sua licentia speciali et voluntate presumerent egredi quovismodo, quia sic requirit honestas et constitutiones ecclesie, vos comes ad instanciam et requisitionem regiminis Ragusii compulistis vicariam, ut sineret egredi ex dictis monialibus et ire Ragusium in comitiva hominum laycorum, de quo plurimum se gravavit, conquerens, quod vos voluistis vos ingerere in hiis, que non sunt iurisdictionis vestre sed sue. Et quia non est urbanum nec decens in alienam messem mittere falcem, fidelitati vestre mandamus, quatenus de cetero non debeatis vos intromittere quovis modo in hiis, que fuerint de iurisdictione domini archiepiscopi Jadrensis suprascripti sive sui archiepiscopatus prenominati; facientes has nostras literas in actis cancelarie deinde ad futurorum memoriam registrari, et presentes literas exhibitori earum restitui facere debeatis.

Date in nostro ducali palacio die penultimo marcii, indictione XV, MCCCCXXII.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 26, u zadarskom arkivu.

God. 1422. 4. travnja, u Mletcih.

Poslaniku despota Stjepana srbskoga, koj je zahtjevao, da republika izruči istomu Skadar i druga mjesta u Albaniji, odgovaraju Mletčani, da su oni ta mjesta primili od Gjorgja Stracimirovića, a kašnje oružjem osvojili.

1422. 4. aprilis. Cum ad presentiam nostri dominii comparuerit quidam ambassiator illustris domini despoti ducis Rassie, et prepositis salutationibus et oblationibus dicendo, illum suum dominum semper fuisse et esse bonum amicum nostri dominii, petierit parte domini sui, quod Scutarum et alia loca, que tenemus in partibus illis, que asserit ad se spectare et pertinere, demus eidem domino, ne causam habeat aliter providendi, bonum sit non differre tam pro respondendo pro iustificatione nostrorum iurium quam providendo et trahendo ab eo, utrum habeat alia referenda, ut presto veniamus ad conclusionem superinde fiendam. Vadit pars, quod dicto ambassiatori respondeatur in hac forma, videlicet: quod auditis et intellectis expositis per eum nostro dominio parte domini sui, et magnam admirationem habemus, nam ut domino suo est manifestum, habuimus pacifice per amicabilem compositionem quondam a magnifico domino Georgio Strazimiri Scutarum et Drivastum cum territoriis, iurisdictionibus et pertinentiis suis, ex habitione quorum conservavimus omnia loca illarum partium, que nisi fuisset magna subventio nostra per tempora facta, pervenissent ex opressionibus et molestationibus illatis ad manus Turchorum, et cum dico domino Georgio, quem et statum suum conservavimus, ut est dictum, viximus in bona benivolentia et pace. Sed Balsa postea contra fidem et promissiones suas accepit de manibus nostris Drivastum, que iuridice recuperavimus, et de bona guerra alia loca de inde aquisivimus: et credebamus dictum suum dominum, cuius et progenitorum suorum fuimus semper et esse intendimus boni et intimi amici, misisse dictum ambassiatorem ad offerendum et faciendum nostro dominio restitutionem locorum nostrorum nobis ablatorum eius nomine cum excusatione de tali intromissione facta et aliis novitatibus per gentes suas illatis et attentatis contra nostrates; et propterea perseverantes in optima et amicabili dispositione nostra, rogamus et ortamur ipsum dominum ad standum ut perfectus amicus in bona amicitia cum nostro dominio, restituendo nobis loca dominio nostro ablata. Et circa predicta debeant iustificari et manuteneri iura nostri dominii cum illis modis et pertinentibus verbis, que collegio utilia videbuntur; et quia est credendum, quod dictus ambassiator porriget alia superinde, ex nunc sit captum, et auctoritate huius consilii detur libertas collegio possendi in predictis, que ob considerationes fiendas requirunt prestam expeditionem, praticare cum dicto ambaxatore, sustinendo et iustificando iura nostra, ut dicto collegio apparebit, non possendo quecunque definitive facere nec concludere, sed cum habitis debeat postea veniri ad istud consilium, ubi terminabitur et fiet id, quod cognoscetur esse et pertinere ad bonum et conservationem status sui.

Secreta consili rogatorum, lib. VIII. c. 48, u mlet. arkivu.

God. 1422. 7. travnja, u Mletcih.

Republika dozvoljuje Zadranom izvoz njihova vina kudgod jim drago, uz obične daće.

Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato comiti et Marco Dandulo capitaneo Jadre et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Significamus vobis, quod in nostris consiliis rogatorum et addictionis 1422. die quarto aprilis capta fuit pars infrascripti tenoris, videlicet. Cum ambaxatores comunitatis nostre Jadre post responsionem per dominationem factam capitulis per ipsos porrectis humiliter et cum magna instancia supplicaverint, quod responsio facta ad capitulum tercium, per quam concessum est, quod de Jadra et aliis locis nostris Dalmacie possint extrahere res grassas et mercancias et omnes alias eorum res pro omni loco pro conducendo ad civitatem nostram Venetiarum; et si pro alio loco quam pro civitate nostra Venetiarum, solverent illud dacium, quod solverent Venetiis, si res et mercantie predicte fuissent conducte Venetias, sit revocata quantum ad factum vinorum nascentium in insulis Jadre et districtu, ut illa vina sua possint destinare Segnam illo modo, quo comes Segne et eius subditi possunt; et sit conveniens huic sue requisitioni condescendere, vadit pars, quod dicta responsio facta ut supra, in quantum contineat factum vinorum declaretur hoc modo, videlicet, quod vina, que nata sunt et nascentur in insulis et districtu Jadre, que vina volent conduci in aliis locis quam in civitate nostra Venetiarum, non debeant ad exitum nostro comuni aliquod datium ultra solitum solvere; et ad similem conditionem sint cetera loca nostra Dalmacie. Quare mandamus vobis cum dictis nostris consiliis, quatenus predictam partem observare et observari facere inviolabiliter debeatis, facientes similiter ad futurorum memoriam in actis vestre cancelarie deinde registrari.

Data in nostro ducali palacio die VII mensis aprilis, indictione XV, MCCCCXXII.

Ducali e terminazioni, lib. I, c. 22, u zadarskom arkivu.

God. 1422. 7. travnja, u Mletcih.

Odgovor na molbe poslanika puka Zadarskoga.

Thomas Mocenigo dei gracia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato comiti et Marco Dandulo capitaneo Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Accedentes ad presentiam nostri dominii prudentes viri Andreas de Ranger et Georgius Longino ambasiatores universitatis populi fidelis civitatis nostre Jadre, aliqua capitula nobis presentarunt nomine populi prelibati per nos confirmari; ad que capitula cum nostris consiliis rogatorum et additionis nostras fecimus responsiones, uti inferius videbitur contineri. Qua de re vestre fidelitati cum consiliis predictis scribimus et mandamus, quatenus iuxta responsiones nostras ad

eadem capitula observare et observari facere debeatis ipsa capitula cum responsionibus nostris factis superinde ad memoriam futurorum, facientes in actis vestre cancelarie deinde distincte registrari. Tenor autem capitulorum et responsionum sequitur, videlicet:

Che tuti povolani, isolani et tuti altri consueti contribuir ala spexa del povol seando streti a pagar ala soa rata, e che la signoria se degna de proveder, che sempre bisognando mandar a Vinexia per ben e utele dela prefata signoria de povol de Zara, tuti i povolani, isolani e cittadini siano tegnudi a contribuir. — Et primo ad primum capitulum respondeatur, quod sumus contenti, quod semper, quando occurret oportunum, quod pro bono status nostri et cum licentia nostri regiminis Jadre destinarent ad presentiam nostri domini, quatenus possint ad hanc expensam facere contribuere illos, qui soliti sunt per elapsum contribuere, et usque in diem presentem contribuerunt.

Anchora che la signoria nostra si degne proveder, perchè vini forestieri in alguna terra de Dalmacia non se possa portar, e in la città vostra de Zara quotidie se porta grandissima quantitate cum grande interesse, che se degne la signoria vostra madre di justicia comandar, che li vostri subditi possa apresso di voi viver. — Ad secundum capitulum respondeatur, quod nostra dominatio est disposita, ut illa civitas sit copiosa et oppulentissima pro comuni bono omnium. Sed in hoc non videns posse presentialiter eidem superinde totaliter complacere, est contenta tamen pro beneficio suorum vinorum et suo maiori comodo, quod pro vino forensi, quod undecunque conducetur ad civitatem Jadre, ad districtum et alia loca superposita regimini Jadre, excepto vino, quod nascitur in districtu Jadre et omnibus locis suppositis regimini Jadre, solvi debeat ultra trentesimum, quod solvitur ad presens pro quolibet modio vini soldos septem.

Ancora che tutte nostre intrade, le quali avemo delle nostre rendende, possamo retrar per ogni luogo o portar intro i luogi, che portano tutti li Dalmatini, secondo le usanze consuete. Anchora che la magnifica signoria nostra se degne concedirne per gracia special per la fidelità e carita, che noi possamo portar e mandar formagui, animali, polame e altre mercandatie come e dove portano tutti li Dalmatini. — Super tercio et quarto respondeatur, quod libenter velemus eis complacere; sed quia, sicut sciunt, civitas nostra Venetiarum circumquaque habet de huiusmodi rebus opportunitatem, sumus contenti, quod possint ex introitibus suis ac ex victualibus et rebus et mercantiis conducere ad nostram civitatem Venetiarum. Verum pro contentamento suo et in quantum placeret eis, quod vellent tales res et mercanciones conducere alio quam Venetias, placet nobis in eorum complacentiam, quod possint hoc facere, solventibus tamen pro dacio ad illa loca, de quibus extraherentur, illa datia, que solverent Venetiis, si res et mercanciones predicte conducte ad nostram civitatem Venetiarum fuissent. Et hoc idem debeat observari in ceteris (civitatibus) nostris Dalmacie. (*In margine legitur manu diversa*: revocatus dictus ordo, ut patet literis ducalibus registratis in isto ad cartas 126. Venetiis datis sub die 12 septembris 1422, indictione prima.)

Anchora azo che niuna consideracion annsta subiugarsi ali zentilomeni non sia, supplichemo la potente signoria vostra se degne separarde in tal modo, che niente abiamo a far cum essi ne loro cum noy, ne che loro possa esser cavi, azo che potentemente bisognando e cum animo perfecto possiamo sostegnir stado dela excelente signoria vostra. — Ad quintum respondeatur, quod pro presenti non videtur nobis aliquid superinde innovare, sed mandabimus rectoribus nostris Jadre, quod in omni casu habere debeant bonam diligentiam et advertentiam, et procedere, uti eis videbitur pro conservatione status nostri in dicta civitate, et quod tractabuntur benigne et humane per modum, quod habebunt merito contentari.

Anchora chel statuto o capitulario de Zara, piazando alla altitudine vostra sia reducto in volgare per queli, che non intende litere e corretto come alla spectabile vostra excelentia piaxerà. — Ad sextum respondeatur, quod placet nobis, quod in sui complacentia debeat fieri una copia statutorum Jadre in vulgari sermone pro maiori intelligentia minus intelligentium; et ita mandabimus nostris rectoribus Jadre, quod servare debeant.

Anchora che alla vegnuda del primo conte possamo elligere fra noy doy interpretri, e cosi de tempo in tempo alla vegnuda del novo conte cum salario consueto. — Ad septimum respondeatur, quod quia habuimus informationem a nostris nobilibus, qui fuerunt rectores Jadre, quod unus interpres ibi sufficit, volumus, quod solumodo sit unus, sicut nunc est, et sicut alias pecierunt.

Anchora che la signoria nostra si degne specificar, che prexio de aver tutti nostri noder e canzeliri de tutte le scripture, che li fano. — Ad ultimum respondeatur, quod scribemus rectoribus nostris Jadre, quod superinde summant bonam informationem, qua habita, debeant in solutionibus fiendis canzelariis rectorum et aliis scribanis taxare et limitare quid et quantum solvi debeat, ponendo illam metam, que sit iuxta et rationabilis tam erga cancelariam et scribanos quam totam universitatem civitatis nostre Jadre, et quod de hoc dicti nostri rectores ordinent, quod fiant statuta et ordines, qui continuo appareant. Verum si dicti rectores non erunt de talibus metis concordes, volumus, quod intret camerarius Jadre; et quicquid per maiorem partem eorum terminabitur, sit firmum et validum, destinantes nobis taxationes, quas facient, ut videamus, si erunt racionabiles et honeste, ac nos informantes de solutionibus, que fiunt ad presens. Date in nostro ducali palacio die IIII mensis aprilis, indictione XV., MCCCCXXII.

Thomas Mocenigo dei gracia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato comiti et Marco Dandulo capitaneo Jadre, et . . successoribus suis salutem et dilectionis affectum. Significamus vobis, quod in nostris consiliis rogatorum et addicionis MCCCCXXII. die IIII. mensis aprilis capta fuit pars infrascripti tenoris, videlicet: cum ambasciatores comunitatis nostre Jadre post responsionem per dominationem factam capitulis per ipsos porrectis humiliter et cum magna instancia supplicarint, quod responsio facta ad capitulum tercium, per quam concessum est, quod de Jadra et aliis nostris locis Dalmacie

possint extrahere res grassas et mercancias et omnes alias eorum res pro omni loco pro conducendo ad civitatem nostram Venetiarum; et si pro alio loco quam pro civitate nostra Venetiarum, solverent illud dacium, quod solverent Venetiis, si res et mercantie predicte fuisset conducte Venetiis, sit revocata. Quantum ad factum vinorum nascentium in insulis et districtu, ut illa vina sua possint destinare Signam illo modo, quo comes Signe et eius subditi possunt. Et sit conveniens huic sue requisitioni condescendere; vadit pars, quod dicta responsio facta ut supra, in quantum contineat factum vinorum declaretur hoc modo, videlicet quod vina, que nata sunt et nascentur in insulis et districtu Jadre, que vina volent conduci in aliis locis quam in civitate nostra Venetiarum, non debeant ad exitum nostro comuni aliquod datium ultra solitum solvere, et ad similem condicionem sint cetera loca nostra Dalmacie. Quare mandamus vobis cum nostris consiliis rogatorum et addicionis, quatenus dictam partem observare et observari facere inviolabiliter debetis, facientes similiter ad futurorum memoriam in actis nostre cancelario deinde registrari. Date in nostro ducali palacio die VII aprilis, indictione XV, MCCCCXXII.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 33, u zadarskom arkivu.

God. 1422. 8. travnja, u Mletcih.

Nalaže se zapoviednikom Zadarskim, neka složno rade sa knezovi Šibenika, Trogira i Spljeta proti neprijatelju.

Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato comiti et Marco Dandulo capitaneo Jadre et successoribus suis fidelibus diletis salutem et dilectionis affectum. Volentes providere ad deffensionem et conservationem terrarum et locorum nostrorum Dalmacie et eorum districtuum et ad offensionem inimicorum nostrorum, fidelitati vestre cum nostris consiliis rogatorum et additionis scribimus et mandamus, quatenus debeatis vos intelligere cum rectoribus nostris Scibinici, Tragurii et Spaleti et ad deffensionem terrarum et districtuum vobis et eis commissorum et ad offensionem inimicorum nostrorum, subveniendo vobis ad invicem in casibus occurrentibus tam contra comitem de Cetenes et Polizanos, quam contra alias gentes descendentes ad damna nostra, semper tamen cum securitate terrarum et locorum vobis commissorum. Date in nostro ducali palacio die VIII mensis aprilis, indictione XV, MCCCCXXII.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 22, u zadarskom arkivu.

God. 1422. 14. travnja, u Mletcih.

Novi dogovori medju odaslanici mlet. vieća i poslanikom srbskoga despota u poslu Albanije.

1422. die 14. aprilis. Cum nostri deputati fuerint cum ambassiatore domini despoti ducis Rassie pro audiendo ea, que dicere vellet et pro sustinendo iura nostra, et dicti nostri deputati defenderint et sustinuerint iura nostra, et finaliter idem ambassiator dixerit, quod si nostra

dominatio volebat domino suo dare Scutarum et alias terras de inde. volebat dare nostro dominio in anno ducatos duos mille et ultra in vita sua per illum modum, qui nostro dominio placeret, et super hoc idem ambassiator fecit suam conclusionem, et bonum sit dicto ambassiatori respondere; vadit pars: quod predicti nostri deputati ire debeant ad dictum ambassiatorem, et ei respondere, quod reportaverunt nostro dominio ea, que requisivit ex parte illustris domini sui domini despoti, et audita requisitione sua et his, que petit et requirit, nostra dominatio maximam admirationem habuit, quia non poterat credere, quod talem requisitionem faceret, considerans iura nostra et iustitiam nostram, et quod dicta loca iuste possidemus, et pro eorum conservatione maximas expensas fecimus, sicut ample et clare dicto ambassiatori fuit declaratum; et quod dominus suus teneat pro constanti, quod requisitioni sue dominatio nostra nullo modo condescenderet nec assentiret. Sed volente domino suo venire ad iusta et honesta, sunt certi, quod etiam nostrum dominium ab honestate non recederet. Et super hoc debeant dicti nostri deputati sustinere iura nostra cum illis pertinentibus verbis, que sue sapientie videbuntur. Et si dictus ambassiator, auditis dictis nostris deputatis, ulterius se elargaret de intentione domini sui, debeant dicti nostri deputati respondere, quod audiverunt ea, que sibi placuerunt dicere, et quod reportabunt nostro dominio intentionem suam, et per nostrum dominium eidem fiet debita responsio.

Si vero dictus ambassiator, audita responsione nostra suprascripta, ulterius non se elargaret, nec aliquid de intentione domini sui apperiret, debeat unus ex dictis nostris deputatis in recessu suo, non ostendens super hoc habuisse collationem cum sociis suis, dicere, quod nostra dominatio maximam admirationem habebit de his, que requirit dictus ambassiator, considerans, quod per illustrem dominum suum, dum esset cum gentibus suis contra Scutarum, provisoribus nostris nec ambassiatori nostro nunquam tales requisitiones facte fuerunt, quibus requisitionibus nullo modo condescenderemus; et ea, que dicti deputati a dicto ambassiatore habebunt, reportare debeant isto consilio, ut possint fieri ille provisiones, que videbuntur necessarie.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 50, u mlet. arkivu.

God. 1422. 17. travnja, u Mletcih.

Dogovori medj poslanici despota račkoga i mlet. republike.

1421. die XVII aprilis. Cum secundum continentiam partis capte in isto consilio die quartodecimo presentis, nostri deputati fuerint cum ambaxiatore domini despoti Rassie, et sustinuerint et defenderint iura nostri dominii, declarando dicto ambassiatori, quod nostra dominatio nunquam condescenderet nec assentiret requisitioni domini sui, et quod volente dicto domino suo venire ad ea, que essent iusta et honesta, erant certi, quod nostra dominatio ab honestate non recederet. Et dictus ambassiator steterit firmus et constans in requisitione sua, dicens, quod pro expensis per nos factis dominus suus contentus erat dare ducatos duos mille in anno et plures, si plures vellemus, sicut alias dixerat. Et fina-

liter dicti nostri deputati ab eo nichil aliud habere potuerunt, salvo quod dixit, quod deberent dicti nostri deputati dictas res iustas et honestas declarare; ad quam requisitionem fuit per dictos nostros deputatos pertinenter responsum. Et videntes nil aliud extrahere posse, recesserunt. Et necessarium sit, dicto ambassiatori respondere; vadit pars, quod committatur dictis nostris deputatis, quod iterato ire debeant ad dictum ambassiatorem, et sibi dicere, quod reportaverunt nostro dominio requisitionem suam, de qua maximam admirationem dictum nostrum dominium habuit et habet considerata iusticia nostra et quantum juridice tenemus dicta loca, et quod dictus ambassiator teneat pro constanti, quod nunquam dominatio nostra assentiret requisitioni sue predicte, sicut alias sibi dixerunt, et super hoc sustinere et defendere debeant dicti nostri deputati iura nostra, sicut aliis vicibus fecerunt. Et cum illis pertinentibus verbis et modis, qui sapientie sue videbuntur pro possendo aliud habere et extrahere a dicto ambaxiatori; et si dic us ambassiator aliquid ulterius de intentione domini sui apperiret, debeant dicere, quod reportabunt nostro dominio intentionem suam, et sic facere debeant, ut audita intentione dicti ambaxiatoris per istud consilium deliberari, et terminari possit illud, quod erit necessarium pro bono et comodo nostri dominii.

Si vero dictus ambassiator nichil aliud diceret nec aperiret de intentione domini sui, et dicti nostri deputati non possent aliud a dicto ambassiatore extrahere, tunc quando eis tempus videbitur debeant dicto ambassiatori dicere quod pridie dum essent secum in pratica, dictus ambassiator dixit eis, quod dicti nostri deputati vellent sibi declarare ea, que essent iusta et honesta; cui responderunt, quod nesciebant intentionem domini sui nec commissionem, quam dictus ambassiator habebat; et propterea non poterant declarare dicta justa et honesta petenda per dominum suum. Sed ut dictus ambassiator videat, et dominus suus cognoscere possit, quod nostra dominatio vult ostendere bonam intentionem suam, quam habet erga dominum suum, et eum habere in bonum amicum non obstantibus his, que dici et allegari possunt contra dominum suum, qui venit ad oppressionem locorum nostrorum nulla causa a nostro dominio procedente, et accipit de manibus nostrorum locum Antibari; est contenta, quod dictus locus Antibari remaneat dicto domino suo sicut habet, et dictus dominus suus restituat nobis locum Drivasti, et nos sumus contenti dicto domino dare illam provisionem, quam dabamus quondam domino Georgio Strazimiri et postea Balse, videlicet ducatos mille in anno de introitibus Scutari, sicut in compositione, quam fecimus cum dicto domino Georgio, continetur, de quibus mille ducatis poterit disponere vel pro maritando filias Balse vel aliter, sicut sue sapientie videbitur. Et ad obtinendum istam nostram intentionem cum dicto ambassiatore debeant dicti nostri deputati facere posse suum cum illa honestate, modis et verbis pertinentibus, que dictis nostris deputatis videbuntur. Et cum eo, quod dicti nostri deputati habebunt, debeant venire ad istud consilium, ut possit deliberari et provideri, sicut videbitur opportunum fore. De parte 121, de non 9, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. c. 50 tergo, u mlet. arkivu.

God. 1422. 21. travnja, u Mletcih.

Dalnje ugovaranje o miru medju mletačkimi i srbskimi poslanici.

1422. die xxi aprilis. Cum nostri deputati fuerint cum ambassiatore domini despoti Rassie, et cum dicto ambassiatore sustinuerint et deffenderint iura nostra, sicut in praticis preteritis fecerint, et praticantes dicti nostri deputati ante quam vellent aliquid aperire de intentione nostra, conati fuerunt extrahere a dicto ambassiatore quicquid possunt, finaliter dictus ambassiator dixit, quod postquam videbat intentionem nostri dominii esse de non dando Scutarum domino suo, dictus dominus suus est contentus non petere illud, sed tamen non restabit pro tempore futuro de supplicando nostro dominio, ut illud sibi demus, sed contra dictum locum Scutari nunquam aliquam novitatem faciet. Et subiunxit dictus ambassiator, quod locum Drivasti nunquam posset dimittere, quia promisit Drivastinis sub fide sua, eos nunquam relinquere nec restituere nostro dominio. Et ob hec remanente loco Drivasti et tota alia contrata domino suo ultra Scutarum, dictus dominus suus contentus est, quod sicut dabamus Georgio Strazimiri ducatos mille in anno, ita contentus est nobis dare ducatos mille in anno. Quibus auditis, dicti nostri deputati responderunt, quod audiverant intentionem suam, et illam reportarent nostro dominio. Et (quum) dicti nostri deputati non se aperierint de intentione nostra pridie capta in isto consilio, vadit pars, quod committatur dictis nostris deputatis, quod ire debeant ad dictum ambassiatorem, et ei dicere, quod reportaverunt nostro dominio intentionem suam, et quod nostra dominatio ei respondet, quod requisitio sua non videtur nostro dominio iusta nec rationabilis, et quod licet petere possemus iuste terram Antibari, quia illam iuste aquisivimus, tamen ut dominus suus videat bonam intentionem nostram, sumus contenti, quod dicta terra remaneat domino suo domino despoto, et quod nobis restituat locum nostrum Drivasti, et circa hoc faciant omnem instantiam possibilem. Quando autem dictus ambaxiator ad hoc condescendere nolet, debeant dicti nostri deputati ei dicere, quod licet dominatio nostra cognoscat honestatem nostram, tamen sumus contenti, quod retineat loca Antivari et Drivasti, pro quibus locis dare debeat nostro dominio singulo anno ducatos mille, et quod nostro dominio remaneant loca Dulcigni et Budue, cum iuribus et pertinentiis suis, et civitas Scutari cum confinibus et pertinentiis suis per illum modum et cum illis conditionibus, cum quibus dictam civitatem habuimus a quondam domino Georgio Stracimiri; et si differentia caderet in solutione dictorum ducatorum mille, quod dictus ambaxiator solvere recusaret, debeant dicti nostri deputati cum illis pertinentibus verbis, que eis videbuntur, retrahere se a requisitione predicta dictorum mille ducatorum, et dicere, quod sumus contenti, quod eidem domino suo remaneant loca Antibari et Drivasti sine solutione dictorum mille ducatorum in anno, et quod nostro dominio remaneant loca Dulcigni et Budue cum confinibus et pertinentiis suis, et civitas Scutari cum illis conditionibus, cum quibus dictam civitatem Scutari habuimus a quondam Georgio Stracimiri, sicut superius continetur. Et si dictus ambassiator remanebit contentus prout superius continetur, tunc in bona gratia concludi debeat;

sed si ad hoc condescendere nolet, debeant dicti nostri deputati declarare et dicere dicto ambassiatori, quod hec est ultima et finalis intentio nostra, quam eidem volumus declarare, et ostendere honestatem nostram, et esse excusatos deo et mundo, postquam ad istam honestatem nos posuimus, si pro honore nostro et defensione locorum nostrorum nos faciemus illas provisiones, que nobis videbuntur necessarie. Nam dispositio nostra est totis viribus nostris et cum quibuscunque gentibus nobis possibilibus recuperare honorem nostrum et loca nostra. Et hoc volumus predisisse dicto ambaxiatori, ut referat domino suo, quia occurente casu, quod pro defensione locorum nostrorum faciamus provisiones debitas pro conservatione honoris nostri et recuperatione locorum nostrorum, que veniant in preiudicium domini sui et suorum subditorum, dictus dominus suus cognoscat fuisse causa et non nostrum dominium. De parte 125, de non 6, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII c. 51 tergo, u mlet. arkivu.

God. 1422. 21. travnja, u Mletcih.

Pošto su njekoji u mlet. vieću zahtjevali, da se vidi, imali despotov poslanik punomoće u redu, riešeno je, da se o tom za sada ne govori.

1422. die xxi aprilis. Quia honor nostri dominii est servare in ista pratica, quam fecimus cum ambassiatore domini despoti Rassie, illud quod servamus in aliis praticis pacis aut concordii, videlicet videndi sindicatum et libertatem, quam habent ambaxiatores talia praticantes; vadit pars, quod committatur nostris deputatis, quod ire debeant ad dictum ambaxiatorem, et ei dicere, quod reportaverunt nostro dominio requisitionem suam, sed ut in ista pratica servetur illud, quod servatur in aliis praticis, quando tractatur de concordio vel pace, placeat dicto ambassiatori ostendere sindicatum vel libertatem quam habet de veniendo ad concordium et pacem cum nostro dominio. Et si dictus ambassiator ostendet sindicatum vel libertatem suam, et appareat dictis nostris deputatis, quod habeat libertatem veniendi ad pacem et compositionem, debeant sequi ad praticam secundum quod terminabitur per istud consilium; quando autem non haberet libertatem nec sindicatum, non debeant aliquid de intentione nostra apperire dicto ambaxiatori, sed debeant reportare isti consilio quicquid habebunt, ut possit provideri, sicut videbitur opportunum fore. De parte 47.

Quia dicti nostri deputati hucusque non petierunt videre libertatem vel sindicatum dicti ambassiatoris possendi venire ad pacem vel concordium, et si nunc peteretur dictus sindicatus vel libertas, videretur quod assentire vellemus sue requisitioni, et ut cum maiori comodo nostro dictam praticam facere possimus, vadit pars, quod intrari debeat ad praticam cum eo, quod terminabitur per istud consilium, non petendo videre sindicatum vel libertatem predictam. De parte 85, de non 6, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. c. 51 tergo, u mlet. arkivu.

God. 1422. 23. travnja, u Mletcih.

Poslanik srbskog despota pita dozvolu, da može otići.

1422. die xxiii aprilis. Cum nostri deputati fuerint cum ambaxiatore domini despoti, et habita cum eo pratica opportuna et necessaria super his, que dictis deputatis commissa fuerunt praticando cum dicto ambaxatore, et dicto ambassiatori declaraverint intentionem nostram, ad quam idem ambassiator condescendere noluit, et dixit, quod dominus suus vult retinere Antivarum et Drivastum cum contracta de supra Scutarum, et vult aut Dulcignum aut Buduam et ducatos mille in anno sicut dabamus Balse; et videntes dicti nostri deputati nil aliud habere posse, dicto ambassiatori dixerunt, quod illud quod dicto ambassiatori dixerant, erat ultima et finalis responsio nostra. Qui ambassiator respondit, quod vellet comparere ad presentiam nostri dominii, et petere licentiam recedendi. Et necessarium sit debitam provisionem facere super hoc, et si possibile est providere, quod dictus ambaxator non recedat in discordia; vadit pars, quod mitti debeat pro dicto ambaxiatore, quod veniat ad presentiam serenissimi domini ducis, dominii et colegii, et debeat per serenissimum dominum ducem dicto ambaxiatori dici, quod dixit dictis nostris deputatis, quod volebat venire ad presentiam nostram pro accipiendo licentiam recedendi, et propterea misimus pro eo, quia licentia recedendi est in arbitrio suo, et ut possit dicere quid sibi placet. Et si dictus ambaxiator intraret ad praticam preteritorum, et staret constans ad ultimam conclusionem per eum dictam dictis nostris deputatis, videlicet de volendo Antibarum et Drivastum et contractam de supra Scutarum et Dulcignum aut Buduam et ducatos mille in anno, debeat serenissimus dominus dux sibi dicere, quod illud, quod sibi proponi feceramus, videbatur nobis iustum et rationabile, videlicet quod teneret Antibarum et Drivastum et daret nobis ducatos mille in anno. Sed quia cum domino suo volumus bonam amicitiam habere et conservare, sumus contenti, quod dictos ducatos mille in anno non solvat nostro dominio, et quod teneat Antibarum et Drivastum cum pertinentiis et confinibus suis solitis, et loca Dulcigni et Budue remaneant nostro dominio cum confinibus et pertinentiis suis, et civitas Scutari cum toto districtu, pertinentiis et confinibus suis per illum modum, quo dictam civitatem habuimus a quondam Georgio Strazimiri, prout sibi dixerunt nostri deputati. Et si per illum modum, facta instantia possibili et honesta, videretur, quod dictus ambaxiator non esset contentus, habeatur libertas promittendi duc. mille in anno de introitibus Scutari, prout dabamus Georgio Strazimiri, ultra Antibarum et Drivastum, sicut superius continetur. Si vero dictus ambaxiator nichil diceret de praticatis per nos, sed solum peteret licentiam recedendi, tunc responderi debeat dicto ambaxiatori, quod licentia recedendi est in arbitrio suo, et auctoritate istius consilii detur dicto ambassiatori licentia. De parte 70, de non 21, non sinceri 6.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII c. 52, u mlet. arkivu.

God. 1422. 26. travnja, u Mletcih.

Mletčani gledaju, da srbski poslanik privoli na primirje, a da će oni odaslati despotu svoga poslanika, neka nastavi dogovore o miru.

1422. die xxvi aprilis. Cum post factam responsionem ambassiatori despoti, nobilis vir ser Marcus Barbadico petierit licentiam eundi ad dictum ambassiatorem, quia sine mandato dominii solus ire nolebat, et dicta licentia fuerit sibi data, et dictus ser Marcus iverit, et dum loqueretur cum dicto ambaxiatore de rebus illarum partium, quia in partibus de inde praticus est, sicut est notum, dictus ambaxiator dicto ser Marco dixit, quod receperat et habuerat magnum honorem a nostro dominio, et quod multum erat obligatus nostro dominio, et quod libenter vellet, quod bonum concordium secutum fuisset inter nostrum dominium et dominum suum, et dolebat, quod hoc restaret pro minima re, et quod libenter vellet, quod nostra dominatio mitteret unum nostrum ambassiatorem ad dominum suum, quia sperabat, quod dominus suus faceret de rebus gratis et acceptis nostro dominio, et quod prorogeretur treugua per illud tempus, quod esset rationabile et conveniens, vel donec ambaxiator noster iret, staret et rediret, quia habet sindicatum et libertatem ad plenum; vadit pars, quod dici debeat dicto ambaxiatori, quod nobilis vir ser Marcus Barbadico nobis reportavit et dixit ea, que sibi dixit de bona intentione sua, que esset, ut bonum concordium sequeretur inter dominum suum et nos propter causas dicto ser Marco dictas, et quod sibi videretur, quod mittere deberemus unum nostrum ambaxatorem ad dominum suum, et quod treugue prorogerentur usque illud tempus, quod esset conveniens vel donec ambaxiator noster iret, staret et rediret. Et respondemus, quod libenter vellemus pro honore dicti ambaxatoris venisse ad bonum concordium cum domino suo, quia dispositio nostra fuit et est cum dicto domino suo velle vivere in bona amicicia et pace, et ut hoc sequeretur, proposuimus eidem res iustas et rationabiles et etiam cum onere nostro. Et hoc fecimus, quia dispositio nostra semper fuit et est tam cum domino suo quam cum quibuscunque aliis dominis et principibus mundi in pace et quiete vivere. Et sumus contenti treuguas, que sunt inter domiunum suum et nos, prorogare et per illud tempus, quod sit iustum et rationabile, per illum modum, quo consuetum est treuguas facere, videlicet, quod qui tenent fortilicia, teneant districtus, confinia et pertinentias terrarum et fortiliciorum, que tenent. Et si contentus est dictas treuguas elongare per modum predictum, sumus contenti mittere ad presentiam domini sui unum ambaxiatorem, sicut requiri fecit. Et ex nunc sit captum, quod si dictus ambaxiator erit contentus elongare treuguas, prout superius continetur, collegium habeat libertatem prorogandi dictas treuguas per illud tempus, quo collegio videbitur. Et si ad conclusionem dictarum treuguarum venietur, captum et ordinatum sit, quod mitti debeat unus noster ambassiator ad dictum dominum despotum per illum modum et cum illa commissione, que terminabitur per istud consilium. De parte 82.

Ser Andreas Contareno consiliarius. Vult, quod respondeatur dicto ambaxiatori, quod deus novit, quod intentio nostri dominii semper fuit et

est cum omnibus principibus et dominis mundi in pace et quiete vivere, et cum domino suo, cum cuius progenitoribus semper habuimus bonam amiciciam et fraternitatem, et libenter voluissemus, quod per medium dicti ambassiatoris secuta fuisset bona pax aut concordium inter dominum suum et nos pro honore dicti ambaxiatoris, sed intellectis his, que nobis dixit nobilis vir Marcus Barbadico habisse a dicto ambaxiatore, videlicet quod videretur dicto ambaxiatori, quod mitteremus nostrum ambaxiatorem ad dominum suum, et quod contentus est elongare treuguas usque illud tempus, quod sit conveniens, vel donec noster ambaxiator ibit, stabit et redibit, quia habet libertatem et sindicatum ad plenum, respondemus, quod sumus contenti treuguas inter dominum suum et dominium nostrum existentes, prorogare per illud tempus, quod sit conveniens et rationabile, et in illa forma et per illum modum, quibus fiunt alie treugue, videlicet, quod tenentes terras et loca, illas et illa teneant et possideant cum districtibus, pertinentiis et confinibus suis. Et ad hoc instari et procurari debeat, quod dicte treugue elongentur per modum predictum. Et si ad hoc condescendere nolet, tunc condescendi debeat ad faciendum dictas treuguas per illum modum, quo facte fuerunt per . . . provisores nostros. Et habeat collegium libertatem prorogandi dictas treuguas per illud tempus, quod dicto collegio videbitur.

Et ex nunc sit captum, quod si dictus ambassiator erit contentus elongare dictas treuguas, prout superius continetur, mitti debeat unus noster ambassiator ad dictum dominum despotum per illum modum et cum illa commissione, que terminabitur per istud consilium. De parte 23, de non 0, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. c. 52 tergo, u mlet. arkivu.

God. 1422. 27. travnja, u Mletcih.

Nastoji se o sklopljenju primirja, a da će republika odaslati poslanika despotu, da s njim nastavi dogovore o miru.

1422. die 27 aprilis. Cum hodie comparuerit ad presentiam dominii ambassiator domini despoti. et per serenissimum dominum ducem dicto ambaxiatori fuerit dictum illud, quod captum fuit heri in isto consilio de volendo elongare treuguas per illum modum, quod est consuetum fieri treuguas, videlicet quod qui tenent fortilicia, teneant districtus, confinia et pertinentias earum. Et eramus contenti, si ad elongationem treuguarum predictarum venire velet per modum predictum, nostrum ambaxiatorem mittere ad dominum suum. Et dictus ambassiator responderit, dictas treuguas elongare non posse nisi per modum, quo facte fuerunt per dominum suum, et aliter non faceret pro non excedendo mandata domini sui. Et super hoc facta fuerit omnis possibilis experientia cum illa honestate, que fuerit necessaria. Et dictus ambassiator conclusive responderit, dictas treuguas elongare non posse nisi in illa forma, qua facte fuerunt; vadit pars, quod dici debeat dicto ambaxiatori, quod quia dicit non habere libertatem possendi elongare treuguas nisi in illa forma, qua sunt et facte fuerunt per dominum suum cum provisoribus

nostris, sumus contenti illas elongare usque diem octavum iunii proximi in illa forma, qua facte fuerunt. Et sumus contenti ad presentiam domini sui mittere unum nostrum ambassiatorem. Et si dictus ambaxiator habet libertatem faciendi salvumconductum dicto nostro ambaxiatori possendi ire ad presentiam domini sui, stare et recedere, placeat dictum salvumconductum facere ambaxiatori nostro predicto. Quando autem non haberet libertatem, dictus noster ambaxiator erit in Scutaro, et ibi expectabit salvumconductum domini sui; et illo habito, ibit ad presentiam suam. In quo salvoconductu contineatur, quod non obstante expiratione treuguarum, dictus ambaxiator sit salvus et securus usque reditum suum ad presentiam nostram. Et ex nunc sit captum, quod mitti debeat ad presentiam dicti domini desposti nobilis vir ser Jacobus Dandulo, qui est in partibus de inde, in nostrum ambaxatorem, et de commissione sua providebitur per istud consilium, sicut videbitur opportunum fore. De exeniis autem mittendis per dictum ambaxiatorem provideri debeat per collegium, non excedendo summam ducatorum quingentorum, et dicta commissio et exenia mitti debeant dicto ser Jacobo die sabati secunda mensis proxime futuri ad longius. Et si dictus ambassiator petet licentiam recedendi, debeat dicta licentia dicto ambaxiatori dari. De parte 32—31.

Ser Fantinus Viaro consiliarius, ser Johannes Navaierio, ser Laurentius Bragadino, sapientes super terris etc. Volunt, quod respondeatur dicto ambaxiatori, quod quia dicit non habere libertatem possendi elongare treuguas, nisi in illa forma, qua facte fuerunt per dominum suum, deliberavimus mittere ad presentiam domini sui unum nostram ambaxiatorem, sicut requisivit; et si dictus ambassiator habet libertatem faciendi salvumconductum dicto nostro ambaxiatori possendi ire ad presentiam domini sui, stare et recedere. placeat dictum salvumconductum facere ambaxiatori nostro predicto. Quando autem non haberet libertatem faciendi dictum salvumconductum, noster ambaxiator erit in partibus Scutari, et ibi expectabit salvumconductum suum, et illo habito, ibit ad presentiam suam. In quo salvoconductu contineatur, quod dictus noster ambassiator sit salvus et securus usque reditum suum ad presentiam nostram.

Et ex nunc sit captum, quod mitti debeat ad presentiam dicti domini despoti nobilis vir ser Jacobus Dandulo, qui est in partibus de inde, in nostrum ambaxatorem, et de commissione sua provideri debeat per istud consilium, sicut videbitur opportunum fore. De exeniis autem mittendis per dictum ambaxiatorem, provideri debeat per collegium, non excedendo summam ducatorum quingentorum. Et dicta commissio et exenia mitti debeant dicto ser Jacobo die sabati secunda mensis maii proximi ad longius.

Et si dictus ambaxiator petet licentiam recedendi, debeat dicta licentia dicto ambassiatori dari. De parte 49, 63; de non 17; non sinceri 12, 16.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. c. 63, u mlet. arkivu.

God. 1422. 28. travnja, u Mletcih.

Odgovor na zahtjeve poslanika vojvode Sandalja.

1422. die XXIII aprilis. Quod ambassiatoribus magnifici vaivode Sandali respondeatur in hac forma:

Et primo ad requisitionem quam faciunt, ut velimus domino suo vaivode Sandali dare domum suam videlicet terram Catari et cet. Respondemus, quod alias dum communitas Catari multum opprimeretur per modum, quod non poterant se sustinere, misit ad presentiam nostram suos ambassiatores, et supplicavit, ut dignaremur dictam terram cum castro, pertinentiis et iuribus suis sub nostro dominio acceptare, ne iret ad manus aliorum contra velle suum. Nos vero videntes terram predictam nulli esse subiectam, et compacientes dicte comunitati, et ut non iret ad manus alienas, a quibus non habuissemus bonam vicinanciam, deliberavimus dictam communitatem acceptare, et promisimus, dictam communitatem Catari tenere et conservare sub nostro dominio, et dictam communitatem non dare nec submittere alicui. Et pro observatione promissionum nostrarum et pro conservatione nostri honoris nos intendimus dictam civitatem Catari sub nostro dominio tenere et conservare, et rogamus dictum dominum suum, quod a tali requisitione se removeat.

Ad requisitionem autem quam faciunt, ut velimus dicto domino suo dare suos denarios, quos hic posuit in deposito, respondemus: quod semper velemus facere ea, que convenientia forent erga dictum dominum Sandali. Sed sicut dictis ambassiatoribus notum est, dictus dominus suus habet captivos quatuor notabiles cives nostros Catarinos, et ipsos in carceribus tenet, quod est contra omnem humanitatem et equitatem. Et propterea si dictus dominus Sandali liberarit fideles nostros predictos, ita quod sint in eorum libertate, et veniant Catarum, nos erimus parati dictos denarios eidem domino suo dare veniente persona ex parte sua cum libertate ad plenum. De parte 18.

Ser Andreas Contareno consiliarius . . . sapientes consilii . . . sapientes terrarum et cet. Volunt quod respondeatur ambaxatori Catari super facto Catari prout in parte suprascripta ser Fantini Michael et ser Laurentii Bragadino continetur.

Ad requisitionem autem denariorum, quos petit et quos posuit in deposito, respondeatur, quod sumus parati dicto domino suo dictos denarios dare. Et propterea potest unus eorum hic remanere vel omnes si volunt, et nos providebimus illi vel illis, qui hic remanebunt, dictos denarios solvere, quia intentio nostra est, quod dictos denarios cum prode domino suo celeriter persolvantur.

Et debeat nostrum dominium instanter rogare ambaxatores predictos, ut vellint apud dominum suum instare, et eundem nostri parte rogare, quod vellit illos quatuor subditos nostros Catarinos, quos habet captivos, liberare. De parte 79, de non 1, non sinceri 3.

Ser Franciscus Fuscari procurator sapiens consilii: Quod ut dictis ambassiatoribus Sandali possit fieri solutio denariorum depositatorum

cum prode, vadit pars, quod illud, quod restabit de quarta, que exigitur, dari debeat dictis ambaxiatoribus, solutis primo denariis, quod restat habere comes Albricus. De parte omnes alii, de non 2, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. c. 53 tergo, u mlet. arkivu.

God. 1422. 28. travnja, u Mletcih.

O izboru poslanika na srbskoga despota.

1422. die xxviii aprilis. Cum ambassiator domini despoti Rassie multum persuaserit nostro dominio, quod dominatio nostra prestissime providere vellit mittere unum suum ambassiatorem ad presentiam dicti domini sui pro concludendo et faciendo bonam pacem inter partes, et ut omnis materia guerrarum et scandalorum removeretur, ad quod pro utili bono nostre dominationis sit necessario providendum mittere unum nostrum ambassiatorem, qui sit informatus de iurisdictionibus et partibus Albanie et praticus in dictis partibus; vadit pars, quod collegium domini et consiliariorum, capitum de xl. ac sapientum consilii terrarum aquisitarum de novo et ordinum, habeant libertatem eligendi unum ambassiatorem, sicut dicto collegio videbitur, aptum ad hanc rem, considerato, quod erit magis acceptus dicto domino despoto, quod de hinc mittatur noster ambassiator, et etiam attento, quod prestissime expedietur de hinc. Dictus autem ambassiator ducat secum tres famulos et unum notarium cum uno famulo et unum truzimanum, quem accipiat Scutarum, et possit expendere in mari ducatos duos, et in terra ducatos tres singulo die, non computatis agoziis equorum et nabulis navigiorum, habeatque pro ista ambassiata ducatos centum de pecunia nostri communis. De commissione autem sua per hoc consilium providebitur ante eius recessum sicut melius videbitur fiendum, remanente propter novitates, que esse possent in dictis partibus, nobile viro ser Jacobo Dandulo provisore Scutari, prout ad presens est, ac donis fiendis dicto domino despoto remanentibus firmis debere presentari, sicut heri captum fuit, que dona portari debeant presentanda per ambassiatorem, qui eligetur per dictum collegium. De parte 52. Electus ambassiator ser Marcus Barbadico maior.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. c. 54, u mlet. arkivu.

God. 1422. 9. svibnja, u Mletcih.

O liekarniku u Sibeniku.

Revocatio concessionis facte per dominum Zanino de Vida speciario Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Maripetro de suo mandato comiti Sibenici et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum.

Significamus vobis, quod in nostris consiliis minori et maiori in millesimo quadringentesimo vigesimo secundo, indictione xv, die iii mensis maii capta fuit pars tenoris infrascripti, videlicet:

Cum alias per istud consilium fuerit provisum, quod providus vir ser Zaninus de Vida hypothecarius civis et fidelis noster iret pro hypothe-

cario ad civitatem nostram Sibenici, secundum informationem datam nobis per nobilem virum ser Bernabonem Lauredanum militem, euntem tunc ad regimen dicte civitatis Sibenici, cum esset multum de neccessitate, et hoc per tempus duorum annorum cum salario ducatorum septuaginta in anno pro comodo dicte civitatis, et completis dictis duobus annis fuerit captum in isto consilio, quod dictus Zaninus confirmetur per alios duos annos cum conditionibus solitis, prout apparet per partem captam in isto consilio die ultimo mensis novembris proxime elapsi; et nuper tam per litteras nostri comitis Sibenici, quam per ambasciatores dicte communitatis instantissime fuerit nostro dominio supplicatum, quod certis rationalibus causis dignemini dictam concessionem revocare, ut ipse Zanius se non habeat in dicta terra amplius pro dicto ministerio exercere, prout distincte nobis super talem materiam nostrum dominium extitit informatum: vadit pars propter multas bonas rationes et causas, et pro contentamento dicte nostre communitatis, quod concessio facta nuper dicto Zanino revocetur in totum, ita quod dicta concessio habeatur pro non facta, sicut requisitum est a nobis per comitem et communitatem predictam. Verum quia dictus Zaninus sub spe gratie sibi concesse noviter per duos annos emerat certas species et res pro apotheca sua, et veniret in maximum damnum sibi, nisi provideretur de expedire rerum suarum, ordinetur, quod illa communitas teneatur et debeat accipere de speciebus et rebus nuper emntis post videlicet concessionem sibi factam usque ad valorem centum ducatorum auri secundum quod fuerit iuste et debite extimatum, volente dicto Zanino dare dictas res suas et species pro extimatione, que fieret de eis, habente tamen dicto Zanino salarium suum constitutum usque quo dictum mandatum nostrum fuerit comiti nostro presentatum. Quare mandamus vobis, quatenus supradictam partem, et omnia contenta in ea observare, et observari facere, in quantum ad vos spectat, inviolabiliter debeatis. Data in nostro ducali palatio die nona maii, indictione xv., MCCCCXXII.

Diplomatarium Sibenicense, u dvor. knjižnici bečkoj, rukopis 13461, list 96.

God. 1422. 10. svibnja, u Mletcih.

Odgovori mlet. vieća na molbe podnesene mu od šibeničkih poslanika.

Capitula ab oratoribus communitatis Sibenici dominio porrecta cum responsionibus. — Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Maripetro de suo mandato comiti Sibenici et successoribus fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Accedentes ad presentiam nostri dominii prudentes viri ambaxiatores fidelis nostre communitatis Sibenici, aliqua capitula nobis presentarunt nomine civitatis prelibate per nos confirmari; ad que capitula cum nostris consiliis rogatorum et additionis, nostras fecimus responsiones, ut inferius videbitis contineri. Qua de re vestre fidelitati cum consiliis predictis vobis scribimus et mandamus, quatenus easdem responsiones nostras ad eadem capitula observare et observari facere debeatis, ipsa capitula cum responsionibus nostris factis supermet ad memoriam futurorum

faciatis in actis vestre cancelarie deinde distincte registrari. Tenor autem capitulorum et responsionum sequitur, videlicet:

I. Narate prefato dominio, qualiter sua serenitas in adeptione dominii civitatis huius dignata est concedere huic sue communitati, quod per rectores suos per tempora mittendos ad regimen huius civitatis, ipsa civitas deberet regi et gubernari cum observatione legum, statutorum et consuetudinum suarum; quodque videtur in aliquibus de premissis per ipsum dominium fuisse aliqualiter conventum, quod tamen creditur processisse, quia sua serenitas pre oculis non habuit concessiones et pacta ipsi communitati promissa, cum nuper quidam ser Zuanne de Vida de Venetiis spiciarius, qui de consensu eiusdem dominationis vigore concessionum ut supra factarum conductus fuit ad salarium pro spiciario ipsius communitatis pro annis duobus iam elapsis, propter eius male gesta et inhonestas operationes ut puta pro vendendo unum pro altero, et sibi solutionem eccessivam summendo, fuit per consilium ipsius civitatis a dicto offitio revocatus, et per ipsum consilium alter ellectus, qui gratus est civitati, et fidelia exhibet opera, et post hoc per ipsam dominationem facta fuit gratia dicto ser Janino, quod habeat stare ad dictum offitium duobus annis sequentibus, in quo videtur contrafactum esse promissionibus suprascripte communitatis. Dignetur sua serenitas mandare, quod observentur promissiones ipsi communitati facte, et quod non fiat hec displacentia predictis fidelibus suis, ne ille pauper, qui de loco suo vocatus est ad huiusmodi offitium, remaneat cum tanto damno et iactura. — Ad primum respondetur, quod super inde providimus scribere comiti nostro Sibenici in forma neccessaria, sicut per litteras nostras dicto nostro comiti scriptas plenissime erunt informati.

II. Item cum spectabilis et egregius miles dominus Bernabas Laurendanus olim comes Sibenici tempore sui offitii affictaverit datium trecentesimi communis, et conductor eiusdem, exigendo sibi pertinentia pro ipso datio, requisiverit ipsum dominum Bernabum comitem, ut astringeret certos conducentes lapides laboratos et non laboratos de insula Curzole et aliud, et non nullos conducentes vinum de Sibenico Scradonam ad solutionem dicti trentesimi, ipse dominus Bernabas, attenta requisitione ipsius conductoris, et quod circa exationem ipsius datii nulla pacta sunt sibi, iussum fuit, quod dictus conductor haberet trentesimum de dictis lapidibus et vino, quod est contra id, quod hic fuit perpetuo observatum, et contra specialem promissionem factam per ipsam dominationem huic civitati, videlicet, de non imponendo aliquas coltas vel aliqua datia ultra consueta; et licet postea tale datium sit sub pleno postergatum, supplicetur prefatum dominium, ut dignetur mandare suis rectoribus presenti et futuris, ut innovationem aliquam collectarum vel aliquorum datiorum facere debeant in ipsa civitate sine speciali mandato dominationis eiusdem.

III. Item cum meser Nicolinus de Nicolinis de Padua phisicus fuit conductus pro medico phisico huius civitatis cum salario ducatorum ducentorum in anno et domo pro habitatione sua, et fuit ei permissum, quod tractaretur sicut tractati fuerunt alii medici phisici elapsi, et nunc requirat, ut debeat sibi solvi passagium a Venetia Sibenicum, sicut fuit

solutum aliis, et inveniatur, quod aliquibus sunt dati ducati xv pro dicto passagio, et aliqui inceperunt lucrare soldum die, qua intraverint barcam pro veniendo Sibenicum, quod sua serenitas dignetur concedere dicto medico, que horum duorum ei placuerit, avisando prefatam dominationem, quod dictus meser Nicolinus stetit in viagio circa per unum mensem. — Ad secundum et tertium responditur, quod propter absentiam nobilis viri ser Bernabonis Lauredano militis non possumus super continentiam dictorum capitulorum habere informationem et propterea in adventu dicti ser Bernabonis, habita illa informatione ab eo, providebimus illo modo, qui videbitur nobis conveniens.

IV. Item cum propter prolixitatem guerrarum civitatis Sibenicensis sit tanta bladi penuria oppressa, quod multi pauperes sine pane vivunt, cum multe villarum ipsius civitatis propter ipsas guerras defecerint, et ville deserte remanserunt, ita quod terrena non seminantur, et bladum non colligitur per medietatem temporis, et maxime quia subtracta est via, per quam habeatur granum de Apulia, et damnosum sit de Marchia granum habere nisi pro excessivo pretio, quod sua serenitas dignetur concedere quod pro usu huius sue civitatis possit exhibi de terris suis Albanie et quibuslibet aliis suis terris et locis extra culphum usque staria mille grani, bladi et hordei anno quolibet, si opus fuerit. — Super quartum respondetur, quod ut videant et cognoscant, quod volemus civitatem Sibenicensem tenere opulentam et uberimam frumento et bladis, sumus contenti, quod possint ex locis et terris nostris Albanie et aliis terris nostris extra culphum pro usu dicte terre Sibenici inter hordeum et bladum prout petunt exhibere staria tria millia bladi.

V. Item cum per spectabiles viros dominum Petrum Lauredano, Vitalem Mianum et Laurentium Capello, tunc provisores in partibus Dalmatie in mccccxiv attendentes damna gravissima, que inferebant Spalatenses et Tragurini camere salis ipsius dominationis in Dalmatia pro sale, quem accipiebant de Sibenico, Jadra et Pago, et Morlachis vendebant per terram firmam, et volentes huic obviare, ne viderentur ullam inferre novitatem dictis Spalatinis et Tragurinis, qui tunc cum ipsa dominante sub tregua vivebant, providerunt, quod quelibet salis quantitas, que conduceretur per riperiam versus terram firmam, solvere deberet ducatos viginti pro centenario pro tracta, et quod ipsi cives Sibenici, quique haberent concessionem a prefata dominatione, quod pro salis extractu per mare de Sibenico solvi non deberet ultra ducatos decem pro centenario, potius volentes in facto proprio damnum pati, quam tantum dispendium sequi prefate dominationi, tali provisioni concesserunt; sed quia nunc mediante gratia altissimi causa talis provisionis sublata est, videlicet quia Spalatini et Tragurini redierunt sub dominio ipsius serenitatis, prefata celsitudo attento, quod talis eccessiva tracta redundat ad maximum damnum horum civium et fidelium suorum, qui salem suum expedire non possunt, et ex hoc salinas destruunt, dignetur reducere predictam tractam pro Narenta et tota riviera ad pretium consuetum, videlicet ad ducatos decem auri pro centenario. — Super quinto respondetur, quod nostra dominatio iam ante adventum dictorum ambaxiatorum ad presentiam nostri dominii erat disposita facere provisionem super sale predicto, quam provisionem deo dante presto faciemus.

VI. Item quod cum ipsa dominatio dignata sit fabricari facere unum castrum in hac sua civitate Sibenici, quod est causa quietis et tranquilli status civium fidelium, et quia illud inceptum est et non finitum, dignetur sua serenitas providere, quod ad perfectionem ipsius castri intendat et fini reddatur optato, ut ipso finito, cives et fideles ipsius dominationis sub tranquilliori statu vivant, et si qui essent grave animum gerentes, quod tamen non creditur, eorum malitiam ostendere non presummant, et ut ostes estèriores eiusdem dominationis optatas spes de ipsa civitate penitus ammittant. — Ad sextum respondetur, quod est intentio nostri dominii, quod castrum predictum fabricetur et fiat, sicut est inceptum, et proinde providebimus per modum, quod penitus complebitur de presto.

VII. Item cum per Vlahos regales damna innumerabilia fuerunt illata prefatis fidelibus suis Sibenici et quotidie inferrantur, de quibus nullam restaurationem seu refutationem habere possunt, dignetur sua serenitas indemnitatem suorum fidelium predictorum aliqualiter provideri. — Super septimo dicimus, quod nostra dominatio providit generaliter per totam Dalmatiam super facto dictorum Vlahorum, litteras cuius provisionis nostre factas sibi faciemus consignari.

VIII. Item cum per eandem dominationem his elapsis diebus missa fuit una campana, qua fuit ex alia campana facta, qua erat super turrim castri, et que pulsatur ad horas et custodias nocturnas, et ipsa sit adeo parva, quod per civitatem non auditur, ita quod si necesse esset, quod custodes postarum respondantur custodie castri, et ventus ad oppositum spiret, ipsam penitus audire non poterit, dignetur prefata dominatio mandare, quod mittatur una alia campana major, que sit ponderis ad minus librarum . . . — Super octavo dicimus, quod mandamus nostris offitiis rationum veterum, quod debeant mittere Sibenicum unam aliam campanam illius quantitatis et magnitudinis, que sibi dicetur per dictos ambaxiatores.

IX. Item cum per elapsa tempora sit servatum, quod pro mercantiis, que conducebantur per Dalmatinos ad aliquam civitatem Dalmatie et in ipsa civitate trentesimum solvebatur, deinde mercator seu conductor earum non possendo eas ibidem expedire, ad aliquam civitatem conducebat, non cogebatur ad aliam solutionem trentesimi pro ipsis mercantiis portando bullam, quomodo in illa prima civitate solverat, eo quod per aliquos rectores suos super hoc fuit innovatum, videlicet quod pro mercantiis conductis Sibenicum, non obstante quod apparuit in aliam civitatem solutionem factam fuisse pro dicto trigesimo ad aliud trigesimum coacti sunt, dignetur sua serenitas mandare rectoribus suis presentibus et futuris, ut talis eorum consuetudo servetur, videlicet, quod pro mercantiis, que conducentur per cives Sibenicenses, si monstrabitur solutionem trigesime in una civitate prefati dominii in partibus Dalmatie factam fuisse, que mercantie postmodum conducerentur ad aliam civitatem prefate dominationis in Dalmatia, ad alium trigesimum cogi non possit conductor earum, et quod ipsi cives, qui de Sibenico extraxerint aliquas res de introitibus Sibenici, videlicet natis in territoriis Sibenici, non debeant cogi ad aliquam solutionem trigesimi secundum quod consuetum

est. — Super nonum dicimus, quod in facto mercantiarum predictarum sicut in capitulo continetur, volumus quod observetur, et fiat prout observatur ad presens.

Item cum multi cives Sibenici habeant practicam Seniam, Flumen et Strisium, ad que loca conducunt de rebus collectis in territorio Sibinici, et inde extrahunt blada et lignamina pro usu ipsius civitatis, et per ipsam dominationem sint aliqua vetita conducere ad loca ipsa et ignoretur per ipsos cives, que res habeant prohibitionem et que non, quod sua serenitas dignetur declarare, que res sint vetite et que non, ut ipsi fideles sui Sibenicenses, qui ad dicta loca practicare habebunt, non errent, errare nolentes. — Ad decimum dicimus, quod sumus contenti, quod possint illud, quod habent ex introitibus suis, ac ex dictis victualibus, rebus et mercantiis conducere ad civitatem nostram Venetiarum; verum si pro contentamento suo, in quantum placeret eis, quod velent tales res conducere alio quam Venetiis, sumus contenti in eorum complacentia, quod possint hoc facere, solventes cum ipsis pro datio ad alia loca, de quibus extrahaerent, illa datia, que solverent Venetiis, si res predicte et mercimonie conducte fuissent ad civitatem nostram Venetiarum; intelligendo, quod vina, que nascentur et nata sunt in districtu Sibenici, possint extrahi libere, et sine solutione alicuius datii et ubicunque conduci.

XI. Item post quam sua domintio est dignata taxare congruas salario domino comiti suo, qui mittitur ad regimen sue civitatis Sibenicensis, videlicet ducatos octingentos in anno, ex quo notabiles et sufficientes viri ad ipsum regimen venire se exponunt, quod sua serenitas dignetur illud salarium confirmare, quod non minuatur per tempora futura, ut ipsi fideles sui sufficientiorem habeant rectorem. — Ad undecimum respondetur, quod super inde non videtur nobis aliquid agere pro nunc, sed in futurum providebimus et faciemus per modum, quod reddere videbimus ad honorem nostre dominationis et bonum regiminis eiusdem civitatis Sibenici.

Data in nostro ducali palatio die x° mensis maii, indictione decima quinta MCCCCXXII.

Diplomatarium Sibenicense, u dvor. knjižnici bečkoj, ruk. 13461, list 91.

God. 1422. 16. svibnja, u Mletcih.

Naputak za Marka Barbadiko mlet. poslanika, koj je imao poći srbskomu despoti Stjepanu, da s njim mir ili primirje utanači.

1422. 16 maii. Commissio nobilis viri Marci Barbadico ambasciatoris ad partes Albanie. — Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum et cet. Comitimus tibi nobili viro Marco Barbadico dilecto civi et fideli nostro, quod de nostro mandato ire debeas noster honorabilis ambassiator ad presentiam illustris et excelsi domini Stephani ducis Rassie, cui presentatis nostris litteris credulitatis, quas tibi fecimus exhiberi, et facta sue excellentie fraterna et amicabili salutatione et oblatione cum verbis pertinentibus et necessariis, prout honori suo et nostro videbis

convenire, debeas dicere et exponere, quod sicut excellentie sue notum est inter illustres progenitores suos et nostrum dominium bona et singularis amicitia semper fuit, quam ex parte nostra procuravimus amicabiliter conservare. Sed considerantes novitates et oppressiones, quas sua excellentia contra loca et subditos nostros partium Albanie attentavit et fecit, non parum condoluimus et dolemus, cognoscentes a nostro dominio nullam causam procesisse, ob quam deberet ad tales novitates et actus procedere; omnes predicte novitates et disensiones reformari deberent. Sed defectu libertatis, quam ad ea, que proposuimus dicto ambassiatori, dixit non habere, non potuimus ad pacem et concordium secum venire, sicut sumus certissimi suam excellentiam a dicto suo ambassiatore fuisse informatam. Et propterea deliberavimus ad presentiam suam te mittere in nostrum ambassiatorem, ut pro bona conservatione pacis et amicitie inter partes differentiis existentibus inter suam excellentiam et nos finis bonus et pacificus imponi possit. Et licet certi reddamur, quod ambassiator suus sue excellentie dixerit et declaraverit intentionem nostram ad ea, que condescenderamus, tamen cognoscentes, illa esse cum onere nostro, sed volentes ex parte nostra illam benivolentiam, fraternitatem et amicitiam, quam continue per elapsum cum suis progenitoribus habuimus, etiam secum habere, et per futura tempora augere, sumus parati ad bonam conclusionem et pacem cum sua excellentia venire per illos modos, quos suo ambassiatori diximus et declaravimus, videlicet, quod dictus dominus teneat loca Drivasti et Antibari cum confinibus suis, et solvat nostro dominio singulo anno ducatos mille, et quod nostra dominatio teneat et possideat loca Dulcigni et Bude cum cum pertinentiis et districtibus suis, et civitatem Scutari cum districtu et pertinentiis suis, et per illum modum, quo dictam civitatem habuimus a quondam domino Georgio Strazimiri. Et copiam compositionis, quam fecimus cum dicto Georgio, tibi dari fecimus pro tua informatione. Et ad obtinendum hoc debeas stare firmus et constans, utendo illis modis, verbis et rationibus, que tue sapientie utiles et necessarie videbuntur.

Et si, facta parte tua omnia instatia possibili et perseverantia debita in obtinendo suprascriptam nostram intentionem, illam obtinere non posses, damus tibi libertatem retrahendi te a requisitione solutionis dictorum ducatorum mille, per dictum dominum solvendorum nostro dominio, sed solum remaneat Drivastum et Antibarim cum confinibus suis, et nihil solvat nostro dominio, et nos teneamus Budvam et Dulcignum et Scutarum cum pertinentiis et confinibus suis, secundum quod in capitulo continetur.

Quando autem ad concordium et pacem cum dicto domino duce Rassie venire non posses, et facta per te omni instantia possibili videres, non posse nostram intentionem obtinere, damus tibi libertatem possendi promittere dicto domino duci Drivastum et Antibarum cum confinibus suis, et nostro dominio Buduam et Dulcinium cum confinibus suis et pertinentiis et civitatem Scutari cum districtu et confinibus suis et per illum modum, quo dictam civitatem habuimus a condam domino Georgio Strazimiri, ut superius continetur. Et si per aliquem modorum suprascriptorum poteris concludere, in bona gratia concludas.

Si vero ocurrisset, quod loca Drivasti et Antibari vel aliquod eorum pervenisset ad manus nostras vel perveniret, antequam pervenires ad aliquam conclusionem cum dicto domino duce Rassie, debeas instare et procurare, quod dicta loca remaneant nostro dominio cum districtibus et pertinentiis suis, et circa hoc debeas facere posse tuum; et quando hoc obtinere non posses, damus tibi libertatem promittendi pro loco Drivasti singulo anno ducatos sexcentos ultra dictos ducatos mille, et pro loco Antibari ducatos quadringentos. Et si hoc obtinere non posses, quia dictus dominus vellet dicta loca sibi restitui, si per rectores nostros non fuisset facta promissio illis dictorum locorum de non restituendo dicta loca dicto domino duci, ut ob hoc non restet conclusio pacis aut concordii, sumus contenti, quod dicta loca Drivasti et Antibari restituere debeas. Si vero rectores nostri promisissent illis dictorum locorum de non restituendo illla dicto domino duci, dicta loca eidem non debeas restituere, sed procura quod nobis remaneant cum solutione dictorum denariorum, ut superius continetur.

Si vero per aliquem modorum suprascriptorum ad concordium et pacem cum dicto domino duce Rassie venire non posses, volumus, quod cum illis dextris modis et sapientibus verbis, que tibi necessaria videbuntur, debeas venire ad praticam secum super facto treuguarum. Et damus tibi libertatem veniendi ad treuguas cum dicto domino duce per illud maius tempus, quo poteris; quas treugus debeas facere in hunc modum, videlicet, quod illi, qui tenent fortilitia, teneant confinia et pertinentias terrarum et fortiliciorum que tenent; et aliter dictas treuguas non debeas facere et concludere.

Et si dictus dominus dux Rassie ad dictas treuguas per modum suprascriptum condescendere nollet, debeas dicto domino duci dicere, quod nostra dominatio pro conservando bonam amicitiam et fraternitatem cum sua excellentia condescenderat ad ea, que sue excellentie proposuisti, quamvis cognosceremus et cognoscamus, illa esse cum onere nostro, et quod tu non habes aliud in mandatis a nostro dominio; et non possendo aliter facere, tu recedes. Et in casu quo recederes, debeas dicto domino duci dicere, quod dolemus, quod ad pacem secum non venerimus, et nostra dominatio se posuerat ad ea, que erant cum onere nostro, et hoc solum feceramus pro conservando secum illam bonam fraternitatem et amicitiam, quam per elapsum habuimus cum progenitoribus suis et secum. Et nos gravat, quia erimus astricti facere illas provisiones, que videbuntur necessarie pro conservatione honoris et status nostri. Et expositis predictis et accepta licentia a dicto domino, debeas redire Scutarum, et informare comitem et capitaneum ac provisorem Scutari de terminis, in quibus remanseris cum domino duce Rassie predicto. Et data informatione predictis rectoribus Scutari de omnibus per te secutis, debeas redire Venetias de omnibus novis et conditionibus de inde plene informatus.

Fecimus etiam tibi dari litteras credentiales in personam magnifici domini Georgii quondam domini Volchi, et volumus, quod si dictus dominus Georgius erit apud dictum dominum ducem Raxie, eidem facta salutatione et oblatione cum verbis pertinentibus, debeas exponere causam tui accessus ad presentiam dicti domini ducis Raxie, et eundem rogare,

ut velit esse propitius apud dictum dominum ducem, quod possis intentionem nostram obtinere.

Insuper fecimus tibi dari certa exenia portanda dicto domino duci Rassie, et volumus, quod quando ibis ad presentiam dicti domini ducis, debeas dicta exenia presentare. Verum si ibi erit dominus Georgius domini Volchi, relinquimus in libertate tua presentandi dicto domino Georgio unam petiam veluti non aureati, et si tibi non videbitur de presentando dictam petiam veluti dicto domino Georgio, omnia dicta exenia debeas dicto domino duci presentare.

Et ex nunc captum sit, quod copia presentis comissionis mittatur rectoribus nostris Scutari, et detur eis libertas, quod si dictus ser Marcus recederet in discordia, et post recessum dicti ser Marci venirent ad aliquam praticam pacis vel treugue cum dicto domino duce Raxie, possint pacem vel treuguas concludere secundum continentiam dicte comissionis. Et si casus daret, quod dicta pratica fieret alibi quam in Scutaro, vel quod esset necesse, quod unus eorum iret ad dictum dominum Raxie, ordinetur, quod ser Jacobus Dandulo ire debeat, et comes et capitaneus remaneat ad custodiam Scutari.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 55, u mlet. arkivu.

God. 1422. 26. svibnja, u Mletcih.

Naputak za poslanika mletačkoga idućeg ka kralju bosanskomu i vojvodi Sandalu.

Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro Johanni Georgio dilecto civi et fideli nostro, quod ire debeas noster honorabilis ambassator cum nostris literis credulitatis ad presentiam serenissimi domini regis Bossine, cui presentatis nostris litteris credulitatis et facta fraterna et amicabili salutatione et oblatione cum verbis pertinentibus et necessariis, prout honori suo et nostro videbis convenire, debeas sue serenitati dicere et exponere, quod nostra dominatio, audiens felices successus suos et creationem suam ad regnum, cordialem consolationem et letitiam habuit et habet propter singularem amorem et intrinsecam amicitiam, que semper fuit inter illustrissimos progenitores suos et serenitatem suam et nostrum dominium, et audita creatione sua ad regnum suum, in mente nostra fuit ad presentiam suam mittere nostram ambassiatam. Et ideo te misimus ad congaudendum secum de felicibus successibus suis et creatione sua tanquam cum fratre et amico nostro carissimo, et supplicamus altissimo, ut dignetur suam serenitatem feliciter et longeve in regno suo conservare secundum desiderium cordis sui.

Facta autem congratulatione cum dicto domino rege de creatione sua predicta, et presentatis exeniis, que tibi dari fecimus, dicto domino presentandis, que presentare debeas prima vice, qua ibis ad presentiam suam, des tibi operam essendi una alia vice cum domino rege predicto, et sue serenitati dicere, quod sicut serenitati sue notum est, terre nostre Dalmatie contigue sunt terris et locis regni sui, sed subditi sui non

possunt secure ad loca et terras nostras venire, et nostri similiter non possunt ad terras et loca regni sui ire, quia in via capiuntur et derobantur. Et cupientes securitatem subditorum suorum et nostrorum, et optantes, quod subditi sui cum nostris et nostri cum suis possint stare, conversari et mercari, ut amicitia inter partes de bono in melius augeatur, rogamus suam serenitatem, ut sibi placeret velle ponere illa remedia, que sint necessaria et possibilia, quod subditi et mercatores sui possint secure ad loca et terras nostras venire et nostri ad terras et loca regni sui similiter secure accedere possint cum eorum mercationibus et bonis, quia hoc redundabit ad honorem sue serenitatis et nostri dominii et ad commodum et bonum subditorum ambarum partium.

Et in dictus dominus rex a te peteret declarari, quid videtur nostro dominio per eum fieri debere ad securitatem subditorum suorum et nostrorum, ut possint insimul conversari secure et quiete, respondere debeas, quod sua excellentia est plenissime informata de conditionibus dictarum partium, et sapientissime sciet remedia necessaria adhibere; et procura, quod a se ipso proponat illa media, que sue serenitati viderentur opportuna. Et si tibi proponeret remedia non conformia intentioni nostre infrascripte, debeas eum inducere ad intentionem nostram infrascriptam. Si vero vellet de intentione nostra et de remediis opportunis et que videbuntur nostro dominio a te declarari, dicere et respondere debeas, quod comes Johannes de Citines est ille, qui impedit subditos suos et nostros, et eos capi et depredari facit, et quod nobis videretur, quod contra eum procedi deberet. Et ut serenitas sua videat, quod hoc non facimus causa aquirendi aliquod dominum, sumus contenti, quod totum illud, quod aquireretur comitis Johannis, sit sue serenitatis, exceptis districtibus terrarum nostrarum, qui tenti et occupati fuissent per dictum comitem Johannem, excepto castro Sclisie et Dalmisio et montanea Polizanorum, que loca habere debeat nostrum dominium, que solum volumus, quia sunt contigua terris et locis nostris, pro securitate subditorum et fidelium nostrorum dictarum partium. Et si dictus dominus rex vellet te declarari, quid ob hoc contribuere vellemus, debeas respondere, quod quocienscunque serenitas sua veniret aut mitteret potentem exercitum contra comitem Johannem predictum, nostra dominatio mittet subditos et fideles nostros terrarum et locorum nostrorum de inde in illa quantitate, que erit iusta et rationabilis. Et si super montanea Polizanorum caderet difficultas, sumus contenti, quod dicta montanea remaneat ad obedientiam sue serenitatis, restituentibus illis totum illud, quod tenent subditorum nostrorum. Et quia forte, si dictus dominus rex se ad hoc disponeret, requireret et peteret, quod necessarium etiam esset habere ballistarios, quia secundum informationem, quam habemus, ballistarii multum essent utiles ad obtinendum loca dicti comitis Johannis, volumus et damus tibi libertatem, quod si dictus dominus rex requireret sudventionem ballistariorum, possis ei promittere ballistarios centum et a centum quinquaginta, sicut melius poteris.

Insuper volumus, non quando incipies praticam super factis dicti comitis Johannis sed postea, quando tibi tempus videbitur, esse debeas cum dicto domino rege, et sue serenitati dicere, quod amicitia et frater-

nitas existens inter suam serenitatem et nos, nos inducit, quod provideamus, quod mercatores et cives nostri conversentur in locis suis, tanquam si essent in locis nostris propriis; et propterea si sue serenitati placeret velle providere, quod alius sal non conduceretur Narentum nisi sal fidelium et subditorum nostrorum, nostrum dominium offert teneri facere per subditos nostros dictum locum Narente continue fulcitum sale habundanter, et dictum salem vendi facere illo precio, quo venditur per alios mercatores. Et quia informati sumus, quod utilitas salis, qui conducitur Narentam, dictus dominus rex concessit tribus vel quatuor ex suis baronibus, qui illam dividunt inter se, que utilitas est ducatorum duorum millium in anno, ut dicitur, volumus, quod quando eris in Tragurio et Spalato procurare debeas de habendo informationem super utilitate dicti salis, qui conducitur Narentam; et si habebis informationem, quod dicta utilitas sit in anno ducatorum duo mille, damus tibi libertatem, ut dictus rex libentius condescendat intentioni nostre, ut illi barones, quibus concessa est dicta utilitas, non sint contrarii, possendi promittere dicto domino regi singulo anno ducatos mille et quingentos usque II mille sicut melius facere poteris, non possendo per aliquem conduci sal Narentam, nisi sal subditorum nostrorum, sicut superius continetur.

Et quia posset occurrere, quod magnificus Sandali esset apud dictum dominum regem, volumus, quod cum nostris litteris credulitatis esse debeas cum dicto Sandali, cui facta amicabili salutatione et oblatione cum verbis pertinentibus et necessariis, debeas sue magnificentie dicere, quod in recessu tuo de Venetiis ambassiator suus habuerat certam partem suorum denariorum, et es certus, quod post recessum tuum presto fuerit expeditus, et habuerit residuum denariorum predictorum; utendo cum dicto magnifico Sandali illis bonis et amicabilibus verbis in signum conservationis bone amicitie inter ipsum et nos, que tue sapientie videbuntur.

Et quia etiam posset occurrere, quod dictus Sandali in locutionibus, quas secum habebis, tibi faceret mentionem de civitate Catari, et conquereretur de nostro dominio, et peteret, dictam civitatem sibi restitui debere, prout requiri fecit per suos ambassiatores volumus, quod dicere et respondere debeas, quod sicut alias suis ambaxiatoribus responsionem dedimus, nostrum dominium non accepit dictam civitatem causa habendi maius dominium, sed dictam civitatem accepimus moti compassione et propter magnas oppressiones et novitates, quas eis faciebat conda Balsa Strazimiri, ne perveniret ad manus dicti Balse, qui sicut sue magnificentie notum est, erat inimicus noster; et etiam quia vidimus intentionem dicte comunitatis esse, potius velle se submittere Turchis, quam subiugari a dicto Balsa. Ex quo dictus dominus Sandali non habet causam conquerelandi de nostro dominio, quia dicta comunitas erat in libertate sua, et poterat se submittere cui placebat; cui comunitati promisimus illam nunquam alicui submittere sed sub protectione nostra tenere et conservare, et aliter pro honore nostro non faceremus. Sed ut dictus dominus Sandali cognoscat bonam intentionem nostram, si sue magnificentie placet bonam vicinantiam facere nostre civitati Catari

et subditis et fidelibus nostris Catari et territoriis suis, et promittere de faciendo et faciat cum effectu, quod caravane veniant per rectam viam ad civitatem Catari et non vadant Ragusium, sumus contenti dare facere singulo anno domino Sandali yperpera de Cataro mille de introitibus camere salis Catari. Et si cum dictis mille yperperis ad concordium venire non posses, damus tibi libertatem promittendi yperpera mille et quingenta usque duo millia, sicut melius facere poteris, faciente dicto domino Sandali promissionem suprascriptam et illam observante. Volumus tamen, quod procures liberationem et relaxationem illorum quatuor obsidum de Cataro, quos dictus Sandali tenet captivos, et circa hoc facias posse tuum in quantum poteris. Et si illos habere non posses, et esses in concordio cum dicto Sandali de aliis tibi comissis, non debeas restare sed concludere, ut superius tibi comittimus.

Et quia in talibus praticis multociens occurrunt differentie, si videres, quod interpositio serenissimi domini regis esset utilis et proficua ad ponendum concordium inter dictum Sandali et nos, volumus, quod compareas ad presentiam dicti domini regis, et sue serenitati dicere, quod sicut optamus bonam fraternitatem habere et conservare cum sua serenitate, sic intentionis nostre est, bonam amicitiam et dilectionem habere cum baronibus suis, narrando dicto domino regi differentiam existentem inter te et Sandali, et rogando suam serenitatem, ut se interponat et inducat dictum Sandali ad condescendendum his, que eidem obtulisses, quam interpositionem regiam, si tibi videbitur necessaria, debeas requirere antequam venias ad ultimam promissionem ypperperorum II mille, ut per medium suum cum dicta quantitate ypperperorum II mille possis intentionem nostram obtinere, utendo circa hoc illis bonis verbis et dextris modis, que tue sapientie videbuntur.

Et si Sandali de facto Catari nullam tibi faceret mentionem, volumus, quod cum dicto Sandali debeas te gravare, quod non permittat caravanas accedere ad terram nostram Catari, considerato, quod sumus in bona amicitia cum domino suo domino rege et secum; et cum istis verbis procura promovere dictam materiam Catari cum illis modis, qui tibi videbuntur; et sollicita de essendo secum in concordio, prout tibi superius comittimus. Et si dictus Sandali non esset apud dictum dominum regem, sed esset in locis suis una vel duabus dietis longe a dicto rege, ad presentiam suam ire debeas, si cum securitate ire poteris, ad exequendum intentionem nostram suprascriptam, quando tibi tempus habile videbitur, primo data notitia dicto domino regi, quod nostra dominatio, cupiens bonam amicitiam conservare cum baronibus suis, prout sumus dispositi facere cum sua serenitate, existente aliqua differentia inter nostrum dominium et dominum Sandali, cum bona licentia sue serenitatis intendis ire ad presentiam dicti Sandalis pro ponendo finem differentie predicte.

Insuper quia dominus archiepiscopus Spalati nostro dominio dixit, quod dictus dominus rex multo optat habere uxorem catolicam, et ut dixit, libenter vellet habere unam de Malatestis, et optaret, quod ad hoc se interponeret nostrum dominium, si dictus dominus rex de hoc aliquam sibi faceret mentionem, volumus, quod offerre debeas nostrum dominium

ad interponendum se cum dominis de Malatestis et cum aliis, secundum quod tibi dicet.

Et si in his, que tibi comittimus exequenda, caderet aliqua differentia, volumus, quod scribere debeas differentias occurrentes, et expecta nostrum mandatum.

Ceterum quia alias nobilis vir ser Marcus Dandulo, qui fuit ambassiator noster ad regem Bossine, obtinuit unum privilegium in favorem mercatorum nostrorum cum multis exemptionibus et prerogativis, cuius copiam tibi dari fecimus pro tua informatione, volumus, quod procurare debeas cum domino rege Bossine habere confirmationem privilegii predicti pro bono mercatorum nostrorum.

Habere quidem debeas pro ista ambassiata ducatos ducentos, et ducere debes tecum unum notarium cum uno famulo, tres domicellos, unum trucimanum et unum cochum; et potes expendere ducatos duos cum dimidio in die, non computatis agoçiis equorum et nabulis navigiorum. De parte 128, de non 3, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 59, u mlet. arkivu.

God. 1422. 12. lipnja, u Mletcih.

Obustavlja se plaća, koja se davala njekomu plemiću u Zadru.

Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato comiti et Marco Dandulo capitaneo Jadrę et successoribus etc. scribit, quod Cressius de Cressana nobilis Jadrensis confinatus Venetiis habet de provisione ducatos quinque in mense, sed nunc „ex nostra sollicitudine apud summum pontificem filius eius prefectus est abbas abbatie s. Grisogoni de Jadra, que est potens et dives abbacia, de qua ipse abbas poterit patri suo et eius familie abunde providere“; propterea revocata sit pro eo supradicta provisio. Date in nostro ducali palatio die 12 mensis iunii, indictione xv, MCCCCXXII.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 22, u zadarskom arkivu.

God. 1422. 30. lipnja, u Mletcih.

Piše se načelnikom Zadra o umaljenju troškova.

Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato comiti et Vito de Canali capitaneo Jadre et successoribus etc. significat, quod propter expensas factas in Jadra, multo introitibus maiores, oportet regulare dictas expensas, et ideo fore necesse „quod datium vini, quod venditur in Jadra ad spinam, sicut ad presens solvitur de quindecim unus, ita reducatur ad solvendum quartum. Date in nostro ducali palacio die 30 mensis iunii, indictione xv, MCCCCXXII.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 23, u zadarskom arkivu.

God. 1422. 22. srpnja, u Mletcih.

Daće, koje su se u Zadru utjeravale na stvari, koje su se izvažale u tuzemstvo.

Thomas Mocenigo dei gracia dux Veneciarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato comiti et Vito de Canali capitaneo Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Juxta requisitionem de continentia literarum vestrarum mittimus annotata dacia, que solvuntur de rebus annotatis inferius; volentes et vobis mandantes, quod de dictis rebus, que exinde extraherentur pro conducendo alio quam Venetiis, exigi faciatis secundum quod distincte notatum est. Et si velletis de rebus aliis declarari, potestis nobis scribere, et per nostras literas declarabimus vobis omnia, de quibus requisiveritis declarari.

Cera de Sclavonia paga per meiaro — soldi VII. dener VIII.
Item paga una per cento del valor — I[a.] per C[o.]
Mel paga per meiaro de peso — soldi o deneri XXX[ta.]
Item paga do per cento de valor — II. per C[o.]
Corame e pelame
Martore e foine } paga III% de valor.
Schilati, volpe, lonicer neri
Rasa paga II. per cento de valor.
Plombo III. per cento de valor.
Stagno paga VI. per cento de valor.
Pegola paga XII. per meyer.
Item II. per cento de valor.
Formayo paga el meyer — soldi VIIII. deneri III.
Sevo paga per meier — soldi VIII. grosso I%.
Item I. per cento de valor.
Fige paga I. per cento de valor.
Foya paga II% per cento de valor.
Animali paga picoli VI per livra ala becaria.
E le pele de quei paga picoli VI. per livra.
Oglo per meyer paga ducati III. aurei et grossi III.

Datum in nostro ducali palacio die XXII mensis iulii, indictione XV, MCCCCXXII.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 14 r., u zadarskom arkivu.

God. 1422. 31. srpnja, u Mletcih.

Nalaže se pomorskomu kapetanu, neka Skadar čim prije bojnom spravom obskrbi.

1422. die ultimo iulii. Cum omnes et capitaneus ac provisor Scutari scripserint nostro dominio maximam extremitatem, in qua se reperit civitas nostra predicta, et quod vident non posse civitatem sustinere, comedendo panem et aquam, nisi per totum mensem novembrum, et supplicant, ut dignemur ad eorum subventionem providere, et necessarium sit

pro honore nostro dicte civitati sucurrere, ne in tanta infamia nostra amittatur; vadit pars, quod mitti debeant pro subventione dicte civitatis staria duo millia frumenti et sex buttas olei, et ultra hoc illos quinquaginta pedites, qui hic sunt, mitti debeant Scutarum. Et ut dicte res introducantur intra Scutarum ad defensionem et conservationem eius, sicut est intentio terre, scribi debeat capitaneo nostro culphi in hac forma:

Capitaneo culphi. Per literas comitis et capitanei ac provisoris nostrum Scutari fuimus nuperrime et distincte informati de extremitate, ad quam reducta est civitas nostra predicta tam victualium, munitionum et ballistariorum quam aliarum rerum necessariarum ad defensionem civitatis predicte, subiungentes, quod si vos cum barchis et ganzarolis ac galeis vobis commissis stetissetis in Boiana Scutari, sicut fuit vobis commissum propter recessum Masarach, qui timore Turcorum se reduxerat Drivastum, potuissetis loco nostro predicto succurrere et subvenire. Et miramur et dolemus de vobis, quod non steteritis in flumine predicto, et apud vos tenueritis barchas et ganzarolos nostros, sicut a nobis habuistis in mandatis, quia illos et illas solum misimus, ut vobiscum in dicta Boiana starent; in temporibus et horis debitis potuissetis succurrere civitati nostre predicte, quam videmus ad dictam extremitatem reductam esse vestra causa et defectu. Et propterea cum nostris consiliis rogatorum et additione vobis scribimus et mandamus, quatenus subito recepto presenti nostro mandato debeatis vos cum barchis et ganzarolis et galeis vobis commissis reducere in Boianam, et solicitare et procurare totis spiritibus vestris de mittendo in Scutarum staria duo millia frumenti, que illuc mittimus cum presentibus navigiis, et buttas sex olei ac pedites quinquaginta, qui sunt cum dictis navigiis, et illas alias res et ballistras, quos et quas posuistis in Dulcigno, dimittendo nihilominus Dulcignum bene fulcitum, succurrendo etiam dicte civitati de quibuscunque aliis possibilibus, ut civitas predicta defendi et conservari possit ad honorem nostri dominii. Et sic est intentio nostra, quod observare debeatis, et taliter contra inimicos nostros guerizare debeatis ad defensionem et conservationem civitatis nostre predicte et offensionem dictorum nostrorum inimicorum, quod ad audientiam nostram perveniant viriles operationes vestre, et quod videamus per effectum per vos mandata nostra fuisse executa. De parte 101, de non 2, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII c. 64 tergo, u mlet. arkivu.

God. 1422. 7. kolovoza, u Mletcih.

Opozivlju se njeke naredbe o daćah na korist Šibeničana, na temelju podjeljenih jim povlastica.

1422. die VII augusti. Cum accesserint et comparuerint ad presentiam nostri dominii quatuor nostri fideles oratores fidelis communitatis terre nostre Sibinici, et presentatis literis credulitatis ac porrecta debite fidelitatis devota recommendatione pro parte dicte communitatis, humiliter exposuerunt, ipsam communitatem habita informatione per nostrum dominium fuisse provisum, et quod iuxta mandata nostri dominii comes noster

Sibenici in executione dicte provisionis ita ordinavit, quod si predicti de Sibenico volent mercationes et res inde extrahere et conducere alio quam Venetias, possint hoc facere solventibus ipsis pro datio de rebus predictis illa datia, que solverent Veneciis, si dicte res et mercationes huc fuissent conducte, deliberasse per vivam et humilimam vocem et expositionem ipsorum oratorum facere nostro dominio humiliter supplicari, cum suprascripta provisio sit contra formam et continentiam privilegiorum suorum per nostrum dominium eidem communitati concessorum, dignemur provisionem predictam revocare, et mandare comiti nostro Sibenici, quod illam nullatenus observet, et debeat pro revocata habere, restituendo his, a quibus fuisset exactum, id quod vigore dicti ordinis solvissent, quod est unum minimum quid; vadit pars consideratis considerandis, et examinata continentia privilegiorum suorum, in quibus inter cetera continetur hoc capitulum, videlicet: Item quod non possint imponere aliquod datium, coltam seu gabellam nec aliquod aliud gravamen in civitate Sibenici et eius districtu in genere nec in specie nisi et prout ea, que ad presens sunt. Ad hoc capitulum respondetur, quod placet nobis ut iacet; quod dictis ambaxiatoribus respondeatur in hac forma, videlicet:

Quod audita et intellecta eorum humili supplicatione nostro dominio reverenter porrecta parte illius nostre fidelis communitatis Sibenici, nos visa continentia privilegiorum concessorum per nostrum dominium eidem communitati, volentes et disponentes dicte communitati predicta concessa servari, sumus contenti ordinem noviter positum circa datia ordinata debere solvi de rebus et mercationibus, quas inde extraherent pro conducendo alio quam Venecias, revocare, et ipsum pro revocato habere; et ita mandabimus comiti nostro Sibenici, quod ordinem predictum nullo modo debeat observare, sed pro revocato tenere, restituendo his, a quibus fuisset exactum, id quod vigore dicti ordinis solvissent et ab eis extitisset acceptum, prout ipsi ambassiatores parte et nomine dicte communitatis Sibenici humiliter supplicaverunt.

Ad partem autem committendi comiti nostro Sibenici, quod debeat acceptare et dare expensas, quas honesto modo facient in ista ambassiata iuxta continentia capituli promissi in privilegio eidem communitati concesso, respondeatur, quod sumus contenti, dictas expensas solvi facere, prout petunt, et ita comiti nostro Sibenici dabimus in mandato, quod debeat observare iuxta continentiam capituli dicte comunitati concessi. De parte 106, de non 0, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. c. 66, u mlet. arkivu.

God. 1422. 17. kolovoza, u Mletcih.

Načelnikom Zadarskim priobćuju se njeke naredbe tičuće se samostana duvna.

Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato comiti et Vito de Canali capitaneo Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Significamus vobis, quod in nostro maiori consilio

presentibus millesimo, indictione et die vero VIIII presentis mensis augusti capta fuit pars infrascripti tenoris, quam cum dicto nostro consilio vobis mandamus, quod in locis solitis vestri regiminis publicari facere debeatis de die solemni semel in anno, et ipsam facere inviolabiliter observari, faciendo insuper eandem registrari in actis vestre cancelarie ad futurorum memoriam, ac scribi faciendo et mittendo copiam ipsius ceteris rectoribus Dalmacie, ut eam similiter registrari, publicari, observari inviolabiliter faciant in regiminibus et districtibus eis commissis, videlicet:

1. Quoniam continue per antiquos nostros maxima cum diligentia provisum fuit, tales et tam graves adhibere delinquentibus et maxime in hiis, que honori creatoris dei nostri pertinent, et per que ipsi deo fit iniuria, ut quos dei reverentia et virtutis amor a talibus abstinere non faciunt, saltem pene terror abstinere compellat. Et bonum sit ipsorum antiquorum progenitorum nostrorum sequi vestigia, qui nostri progenitores zelatores cultus et honoris dei ac nostri dominii summa cum prudentia providerunt, videlicet:

2. Quod aliquis monachus et frater seu alius clericus cuiuscunque religionis et condicionis existat non audeat ire nec intrare in aliquo monasterio monacarum Venetiarum nec ducatus Venetiarum nec super suo circuitu cum barca nec per terram sub certis gravissimis penis; dando ordinem, quia domine religiose male starent sine predicationibus et penitentiis, quis modus servari debet per superiores ipsarum monacarum et dominarum religiosarum, ut ipse habeant predicatores et penitentiarios et alios sacros ordines necessarios tam in vita quam in morte; dando insuper ordinem de penis dandis monialibus, que committerent inhonestatem aliquam; nec non scribi presbiteris, plebanis, diaconis et clericis, qui in ipsis monasteriis auderent intrare et inhonesta committere, prout continetur in quadam parte capta in maiori consilio in MCCCLXXXV, indictione VIII, die XVI iulii, que pars deo grata est et honesta mundo. Sed quia pars ipsa vigorem non habet nisi in Venetiis et in ducatu, et per ea, que habentur, multa inhonesta et abominalia pecata commissa sunt et quotidie committuntur per fratres et moniales aliquarum civitatum nostrarum in abominationem dei et obrobrium civium nostrorum, ubi talia comittuntur, et bonum sit superinde providere, ut tante inhonestates cessent, et ne tanta iniuria fiat creatori; vadit pars in bona gracia, quod dicta pars capta in MCCCLXXXV, die XVI iulii sicut solum habet vigorem in Venetiis et in ducatu, ita de cetero vigorem habeat et debeat observari in omnibus terris et locis subiectis comuni Venetiarum. Tenor autem partis talis est, videlicet:

3. Quod ad terrorem et penam presumentium contrafacere, ordinetur, quod aliquis frater vel monachus, cuiuscunque religionis et conditionis existat, non audeat nec presumat ire nec intrare in aliquod monasterium monacarum terrarum et locorum nostrorum nec super suo circuitu per terram nec per aquam nisi sicut hic inferius declaratur et specificatur sub penis ordinate infrascriptis.

4. Ceterum quia dicte religiose sine predicatoribus et penitenciariis male starent, ordinetur, quod per superiores suorum predicatorum obligatur unus frater de antiquioribus pro quolibet monasterio, videlicet de

annis sexaginta et inde supra, qui vadant ad predicandum eis, non possendo secum ducere aliquem socium, qui non sit dicte etatis sexaginta annorum vel inde supra aut a duodecim annis infra. Et si aliquis contrafaciet, subiaceat pennis illorum, qui per alium modum reperti fuerint ire ad dicta monasteria, ut infra dicitur. Et non possint ullo modo dicti tales predicatores cambiri nisi de anno in annum. Verum ut cessent inhonestates, que hactenus commisse sunt, ante predicationes et post in sacristia et post altaria ordinetur, quod pergulus predicatoris stet extra chorum vel super murolo chori; et non audeant dicti predicatores nec eorum socii intrare parlatorium nec chorum dictarum monacarum nec sacrastiam sub penis infra descriptis. Et sicut superius scriptum est de predicatoribus, ita de penitentiariis debeat observari, videlicet quod superiores sui debeant deputare et mittere duos solum de fratribus antiquioribus etatis predicte et inde supra pro quolibet monasterio, qui cadant et subiaceant ad penas predictas, ad quas caderent predicatores, si intrarent in chorum vel parlatorium pro alia causa quam pro infirmitate, quam pateretur aliqua de monachabus.

5. Et quia sunt multe sepulture in dictis monasteriis, et quandoque convitantur ad exequia fratres, possint dicti fratres convitati ire ad ipsa exequia, sed non audeant ullo modo intrare corum vel parlatorium sub penis, ad quas subiacerent eundo per alium modum ad ipsa monasteria, sicut inferius describitur; et dentur ac inferantur dicte pene contrafacientibus per superiores ordinum et religionum suarum in hunc modum, videlicet:

6. Quod quicunque frater vel monacus cuiuscunque religionis et ordinis et quamtus fuerit vel probatum alicui de nostris rectoribus, quod iverit vel intraverit in aliquo de monasteriis nostris monacarum ultra modos supra notatos, vel contrafecerit predictis vel alicui predictorum, debeat omnino stare uno anno in nostris carceribus loci illius, ubi contrafecerit; et si comitteret modo aliquo aliquam inhonestatem cum monacabus vel earum aliqua, stare debeat in ipsis carceribus duobus annis ad minus. Verum quia non sumus superiores fratrum nec monacarum, debeant dicti fratres et monaci, qui delinquerint, puniri per superiores suos suorum ordinum, sicut eis notificabitur per rectores locorum nostrorum, ubi talia enormia commissa fuerint.

7. Non observantibus vero superioribus suis predictis contra illos, qui contrafacient ordines suprascriptos, ex nunc sit captum ad futurorum remedium, videlicet: quod rector illius loci nostri, ubi fuerit contrafactum, teneatur subito et omnino cridari facere in locis solitis, quod nullus secularis tam masculus quam femina audeat modo aliquo intrare monasterium, locum vel ecclesiam, de quo vel qua erit frater ille vel monacus, qui contrafecisset, nec etiam audeat comunicare, loqui vel partecipare cum aliquo vel aliquibus de fratribus vel monacis illius monasterii vel loci, nec dare vel dari facere illis nec aliquibus ex eis elimosinam seu subventionem aliquam sub aliquo colore vel forma, nec per aliquem alium modum dare nec recipere aliquid ab eis sub pena librarum centum et standi uno mense in carcere pro quolibet contrafaciente et qualibet vice, quas penas pecuniarias exigant rectores illo-

rum nostrorum locorum, habentes partem sicut de aliis eis commissis; et si accusator fuerit, per quem sciatur veritas, habeat tercium pecuniarie pene, et teneatur de credentia, rectores tercium et comune reliquum. Et insuper aliquis noster officialis vel rector non possit nec debeat ullo modo eis dare rem aliquam nec sibi iusticiam ministrare, donec per modum predictum processerint contra illum fratrem seu fratres vel monacum seu monacos, qui contrafecerint, ita quod dominatio nostra contenta remaneat.

8. Item declaretur, quod in casu exequiarum vel mortuorum sit concessum nostris laicis ire ad illum locum vel ecclesiam, que subiaceret dicte contumacie, non cadendo tunc ad aliquam penam. Et quando cunque superiores dictorum ordinum et religionum processerint ad penam carceris contra illum et illos fratres vel monacos, qui contrafecissent, ut superius per ordinem dictum est, tunc sit anichilatum et revocatum totum et quicquid factum vel processum fuisset contra illum monasterium vel fratres vel monacos. Et sic de tempore in tempus observetur, quando per aliquem vel aliquos fratres vel monacos fuerit contrafactum, declarando tamen, quod si propter aliquam legitimam causam fratres vel monaci vel eorum aliquis ire vellent ad aliquod monasterium monacarum ultra fratres et monacos deputatos pro causis supra specificatis, non possint ullo modo ire sine licentia rectorum locorum nostrorum, sub quorum iurisdictione ipsa monasteria erunt; et de contrafacientibus servetur, sicut superius per ordinem dictum est, ut omnino servetur nostra intentio suprascripta.

9. De monialibus vero provideatur in hunc modum, videlicet: quod si aliqua monialis reperta fuerit comisisse inhonestatem, vel probatum fuerit modo aliquo vel ingenio, tunc abbatissa seu priora illius monasterii seu monacarum teneatur de presenti et sine dilatione aliqua procedere contra ipsam ad penam carceris vel alterius maioris pene, sicut procederetur seu processum foret contra laicum vel fratrem vel monacum vel clericum secundum formas penarum, quas haberent, ita quod pena talis monialis transeat aliis perpetuo ad exemplum.

10. Et si aliqua abbatissa vel priora alicuius monasterii contrafaceret et non observaret predicta cum effectu, ex nunc sit captum, quod rectores illorum locorum nostrorum, sub quorum dictionibus erunt dicta monasteria, teneantur subito recurrere ad remedium, fieri facere in locis solitis cridam predictam per illum modum et sicut de fratribus et monacis superius per ordinem dictum est, et in omnibus et per omnia facere observari.

11. De presbiteris vero, plebanis, diaconis et clericis cuiuscunque status et conditionis existant, ordinetur, quod in totum subiaceant ordinibus suprascriptis sicut de fratribus et monacis superius dictum est; non intelligendo in predictis capelanos dictarum monialium etatis annorum quinquaginta vel inde supra. Et si predicti presbiteri. plebani et alii clerici, ut dictum est, qui contrafacerent predictis vel alicui predictorum, essent officiales nostri comunis, sint privati perpetuo omnibus officiis et beneficiis, que haberent. Et de penis predictis et aliqua earum alicui contrafacienti cuiuscunque condicionis existat, non possit fieri gratia

aliqua, donum, remissio, suspensio, declaracio nec revocacio sub pena ducatorum mille pro quolibet contraponente vel consentiente partem in contrarium. Et de dictis mille ducatis similiter non possit fieri gracia ullo modo usque in infinitum sub pena predicta. Et omnia predicta addantur in capitulari consiliariorum, capitum de xl. et advocatorum comunis, qui ea per sacramentum observare debeant et facere inviolabiliter observari. Et si consilium contra est, sit revocatum.

Date in nostro ducali palacio die xvii augusti, indictione xv, mccccxxii.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 24, u zadarskom arkivu.

God. 1422. 23. kolovoza, u Mletcih.

Odredjuje se za Zadar blagajnik, koj bi držao u redu dohodke i troškove gradske.

Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato comiti et Vito de Canali capitaneo Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Denotamus vobis cum nostris consiliis rogatorum et additionis pro utilitate et destro introituum nostrorum, qui deinde exiguntur, deinde quotidie occurrit, ut bene et regulariter de eis debitus computus teneatur, providimus, quod elligi et fieri debeat unus camerarius ibi accessurus cum utilitatibus et salario solitis et cum commissione, que inferius describitur. Quare de hoc duximus vobis noticiam dari et copiam et continentiam dicte commissionis significari; fidelitati vestre mandantes, quatenus donec camerarius, qui fiet ibi, accedet, debeatis illam observare et facere observari in quantum cuilibet vestrum spectat et spectari potest cum observatione omnium modorum et ordinum in illa insertorum et contentorum, videlicet:

Nos Thomas Mocenigo dei gracia dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro dilecto civi et fideli nostro, quatenus de nostro mandato debeas ire et esse noster camerarius Jadre per annos duos, et tantum plus, quantum successor tuus illuc venire distulerit, operando et faciendo in hiis, que spectant et pertinent sicut honori et proficuo comunitatis Venetiarum videbis pertinere; ac ea alia, que hic inferius anotantur, et que de tempore in tempus tibi in mandatis dabuntur per nostrum dominium.

Teneris omni die de mane et post prandium ire et sedere ad officium camerarie, notando distincte omnes expensas, quas facies, et omnes introitus, quos exegeris dietim, sicut tibi occurrerit, ac tenendo raciones et computa de omnibus dictis expensis et introitibus ac solutionibus stipendiariorum, scribendo et notando omnes expensas et introitus in uno zornali simul cum camerario deinde, si erit; quas expensas et introitus Petrus Roso scriba particulariter et distincte scribere tenetur in libris ordinatis, prout tu scripseris in dicto tuo zornali; de quibus omnibus et singulis volumus, quod dictus Petrus Rosso scriba non possit scribere quicquam neque ponere in quaterno suo nisi scriptum per te camerarium fuerit. Et sicut per te notatum et scriptum fuerit in zornali, ipse Petrus super suo quaterno postea scribat sub pena ducatorum decem

pro qualicet posta, que dictus Petrus contrafecerit et scripserit non scripta primitus super tuo.

Non potes aliquo modo aliquam solutionem facere de aliquibus bulletis, nisi dicte bullete fuerint bullis comitis et capitanei nostrorum Jadre (munite); ad quorum obedientiam et mandatum committimus tibi, quod esse debeas.

Et non potes facere neque fieri facere de mercationibus per te vel alios, neque tenere aliquem in domo, qui faciat seu fieri faciat de mercationibus, nec habere partem in aliquibus mercationibus ullo ingenio sive forma in Jadra nec in aliquā parte Dalmacie.

Habere debes pro tuo salario in anno et in racione anni ducatos ducentos auri, de quibus recipere debes hic Venetiis salarium mensium sex ante tractum, residuum vero tibi solves de tempore in tempus de pecunia nostre camere deinde, tenendo tuis salario et expensis unum famulum. Et habere debes unam domum a nostro comuni, illam videlicet, que est prope palacia comitis et capitanei, que noviter empta fuit a Simone de Begna, et in qua ad presens habitat Johannes de Albertariis comestabilis noster.

Donum autem non accipies aut munus neque accipi permittes per aliquem nomine tui; et si sciveris, aliquem accepisse, facies illud reddi sine mora, excepto quod possis recipere quolibet die fructus recentes ad valorem sex soldorum parvorum et non ultra sub pena periurii. Et tenebis computum ordinate et distincte de omnibus rebus, que dehinc mittentur Jadram seu ibi ementur, rebus videlicet que non intrabunt in munitionibus fortiliciorum, notando in uno quaterno de per se et Petrus Rosso in uno alio, ac etiam de dispensatione dictarum rerum, ut continue appareat dispensatio dictarum rerum. Et volumus, quod quando redieris Venetias a dicta cameraria, unum ex dictis quaternis portes tecum Venecias consignandum nostris officialibus rationum, ut raciones nostri comunis videri possint, et alium librum ibidem dimittas, ut semper stet ibidem. Et res, que tibi restabunt, consignabis tuo successori, de quarum consignatione portabis literas officialibus nostris rationum.

Committimus preterea tibi, quod una cum officiali deputato deinde ad cameram salis debeas vendere salem et tenere computum ordinate, notando super uno quaterno manu tua, qui se serviret cum illo quaterno alteri deputato ad id, et in omnibus faciendo, sicut sit ad presens. Et quum de sale, quod conducitur intra terram, et venditur in grossum, non sit debitus ordo, volumus, quod cum aplicueris Jadram, infra dies xv ad plus debeas videre totam salis quamtitatem, qui reperietur in manibus omnium, et ipsum scribere in uno libro et Zaninus a Camera in uno alio, et cancelarius Jadre in uno alio, quemlibet videlicet de per se. Et similiter totam quantitatem salis intrantis tu et dicti Zaninus et concelarius debeatis notare ordinate super dictis libris. Et cum aliquis volet extrahere de dicto sale, debeat accipere bulletam bullatam a dicto comite et capitaneo et tibi portare, et cum illo bullato debeas ire tu et dictus Zaninus dela Camera ad faciendum mensurare salem in quantitate contenta in bulleto dictorum rectorum, et mensurato et onerato et habito dacio nostri dominii, debeas te subscribere dicto bulleto, quo facto

ille, cuius erit sal predictus, possit illum extrahere de Jadra et non aliter nec ullo modo. Et si quis contrafaceret, solvat pro quolibet modio salis tantum precium, quantum venditur ad cameram nostram, quod totum precium et subito ponatur in nostrum comune; solvat etiam totidem pro pena, cuius pene tercia pars sit accusatoris, et reliquum dividatur secundum ordinem de penis spectantibus camere, prout in hac commissione infra continetur. Debeas etiam scribere tu et Zaninus et cancelarius in vestris libris quantitatem salis, qui extrahetur de . . . . . . ad racionem illorum, qui eum extrahent seu extrahi facient, ut raciones nostri comunis et ipsorum melius videantur.

Quia vero superius dicimus, quod non possis dispensare aliquos denarios, nisi habebis bulletam comitis et capitanei bullatam suis bullis, et ita volumus, quod observes. Tamen quum plerumque accidit, quod non obstantibus dictis bulletis, dicti comes et capitaneus pro aliquibus agendis nostri dominii cupiunt colligere aliquam quantitatem denariorum; et propterea volumus, quod quando ambo dicti rectores facient tibi mandatum, quod de denariis camere non debeas dispensare absque eorum mandato, eis debeas obedire, ut facta nostri dominii melius et utilius executioni mandentur.

Item insuper tenebis computa de daciis novis de extra una cum Zanino a Camera, eundo tu et ipse personaliter ad videndum ponderare, mensurari omnes res, et pro tuo labore de omni eo, quod exigetur, habere debeas denarios sex pro libra et Zaninus denarios duos pro libra, ut sitis magis solliciti ad exigendum et procurandum utilitatem nostri dominii. Et hoc intelligatur, donec dicta datia exigentur per nostrum comune. Sed si incantarentur et deliberarentur de ipsis datiis deliberatis, tu nec Zaninus aliquid pro dicta causa habere debeatis, sed teneris exigere ab ipsis daciariis sine aliquo premio, prout facis de aliis daciis et introitibus nostri dominii.

Verum quia alique pene pecuniarie quandoque exiguntur spectantes ad cameram, quarum aliqua pars spectat comiti, aliqua capitaneo, aliqua tibi et aliqua scribe seu famulo camere, volumus, quod ut res meliori modo procedant, predicte pene dividantur in hunc modum, ut melior sollicitudo adhibeatur, videlicet: Petrus Rosso habeat unum soldum pro libra, unum soldum pro libra habeat Zaninus, de residuo medietas penarum sit nostri comunis et alia medietas dividatur inter comitem, capitaneum et te camerarium per tercium, salvo quod si de aliquibus penis aliqua pars deveniret in comune, de illis comune habeat illam partem, quam deberet habere secundum ordines, qui reperiuntur superinde, videlicet si comune deberet habere totam quantitatem pecunie vel partem, aut si forent ordines, per quos accusatores aut denunciatores haberent aliquam partem, quo casu volumus, quod dicti ordines observentur; sed pars penarum, que tangeret rectoribus vel officialibus vel scribanis et famulis, dividatur ut supra dictum est.

Et ut facta nostri dominii melius gubernentur, volumus quod de cetero omnia dacia, insule, possessiones et omnia bona nostri dominii, que dantur per incantum aut venditionem aut affictationem, et omnia, que fiunt et fieri debent in camera nostri dominii, dentur, vendentur, affictentur,

determinentur et iudicentur per comitem et capitaneum et camerarium sc. per maiorem partem vestrum, et ita observetur in aliis terris nostris Dalmacie. Volumus etiam, quod istud capitulum et alia capitula huius commissionis, que spectant comiti et capitaneo Jadre, addantur in suis commissionibus, et habeat hec commissio locum in presentibus rectoribus et camerario, qui ad presens sunt in Jadra.

Habes terminum duorum mensium ad eundum ad tuum officium, postquam promiseris ire. Preterea si reperirentur aliqui ordines seu partes contra hanc commissionem sive partem ipsius, revocentur et pro revocatis habeantur. Omnia contenta in commissione observabis bona fide.

Date in nostro ducali palacio die XXIII augusti, indictione XV, MCCCCXXII.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 23, u zadarskom arkivu.

God. 1422. 26. kolovoza, u Mletcih.

Mletčani skloni da obnove mir s Turci; a kad bi se sklopio, neka Turci prisile srbskog despota, kako jim dužnost, na mir u Albaniji.

1422. 26 augusti. Quod scribatur baiulo nostro Constantinopolis in hac forma: Per litteras vestras datas in Constantinopoli die vigesimo secundo mensis iunii elapsi, quas recepimus die vigesimo presentis, remansimus plenarie informati de adventu Turchorum ad obsidionem Constantinopolis . . . Quando vero in receptione presentis nostri mandati pax secuta esset inter dictum dominum imperatorem et Morathbey, et cum dicto Murathbey non conclusissetis pacem nomine nostri dominii, quia ad eius presentiam non ivissetis, volumus, quod ad eius presentiam eatis pro renovatione ipsius pacis. Confirmata autem dicta pace, cum illis pertinentibus verbis, que vestre discretioni videbuntur, debeatis dicto domino dicere, quod vigore dicti capituli, si loca nostra Albanie per aliquem molestantur, debet ipsa loca deffendere; et quia dominus despotus Raxie damnificat loca nostra predicta, in observatione capituli dicte pacis requirere debeatis dictum dominum, quod circa hoc faciat et provideat in defensionem locorum predictorum, sicut videbit fore necessarium pro honore sue excellentie et observatione pacis predicte; instando et procurando toto vestro posse, quod dictus dominus mittat unum ex suis ad dominum despotum predictum ad faciendum sibi mandatum, quod se removeat ab obsidione et abstineat a damnis locorum nostrorum Albanie, et nobis restituat loca nostra, que occupavit, alioquin ordinet capitaneis suis in confinio Albanie, quod si requirerentur a rectoribus nostris, debeant eis subvenire.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 31. u mlet. arkivu.

God. 1422. 10. rujna, u Mletcih.

O dogovaranjih sa kraljem bosanskim proti knezu Ivanu Cetinskomu.

1422. die x septembris. Quod respondeatur nobili viro ser Johanni Georgio ambassiatori nostro ad dominum regem Bossine in hac forma.

Accepimus literas vestras datas Visochi die XVII mensis augusti elapsi, per quas distincte et ordinate nostro dominio scripsistis omnia per vos praticata usque dictum diem cum serenissimo domino rege Bossine, et quod super omnibus per vos sue serenitati expositis acceperat terminum ad respondendum, quia volebat esse cum suis baronibus in concilio congregando, sicut in dictis vestris literis continetur et cet. Ad quas literas vestras respondentes ac vestram solicitudinem recommendantes, vobis cum nostris consiliis rogatorum et addicione scribimus et mandamus. quatenus debeatis sequi in totum et per totum formam vestre commissionis. Et quia in dicta vestra commissione continetur, quod possitis dicto domino regi contra comitem Johannem de Citines promittere ballistarios centum et a centum usque centum quinquaginta, sicut melius facere poteritis, et de subditis terrarum nostrarum de inde Et quia non specificatur numerus dictarum nostrarum gentium, vobis declaramus, quod sumus contenti, quod specificetis dictum numerum, quem volumus esse ultra dictos ballistarios ad numerum quingentorum, et si plures mitti poterunt, plures mittemus; sed volumus, quod obligetis nos nisi ad numerum quingentorum; instando et solicitando, quod de ista promissione remaneat contentus, ostendendo sue serenitati, quantum favorabile erit subsidium dictarum nostrarum gentium ad obtinendum intentionem suam et nostram contra comitem Johannem predictum.

Si vero occurreret, facta per vos omni possibili experientia, quod dictus dominus rex peteret sive peti faceret subventionem denariorum, quia potius vellet subventionem denariorum quam gentium, volumus, quod quando pur dictus dominus rex vellet habere subventionem denariorum, et aliter facere non possetis, quod possitis promittere dicto domino regi usque ducatos octo millia in decem millia, sicut melius facere poteritis, dante dicto domino rege nostro dominio castra Clisii et Dalmisii, et restituente terris et locis nostris de inde illud, quod tenet dictus comes Johannes et Polizani de districtibus predictis, sicut in vostra commissione continetur; quos denarios parati erimus dari facere dicto domino regi, positis in manibus nostris castris suprascriptis; declarando vobis in omnem eventum, quod si vellet subventionem denariorum, non intendimus aliquam gentium subventionem contribuere.

Super eo autem quod scribitis, dictum dominum regem optare, ut vobis videtur, essendi nobilem Venetiarum, vobis respondemus, quod si dictus dominus rex vobis faceret mentionem de facto predicto, aut fieri faceret, debeatis respondere, quod estis certissimus, quod in hoc nostrum dominium multum alacriter ei complacebit.

Sed ut possitis illis duobus, quos scripsistis, nostri parte exenia presentare, mittimus vobis unam peciam panni.

Verum si devenietis ad compositionem cum dicto domino rege contra dictum comitem Johannem, et ipse remanserit contentus de subventione gentium nostrarum, ut hoc negotium non differatur, scripsimus rectoribus nostris Jadre, Sibenici, Tragurii et Spalati, quod ad omnem vestram requisitionem mittere debeant de subditis terrarum nostrarum predictarum ad illum locum, ad quem fuerit deliberatum, quas litteras misimus ad manus comitis nostri Spalati per eum conservandas, ut occurrente

casu, dictas litteras nostras simul cum vestris possitis dictis nostris rectoribus destinare pro dictis ballistariis et gentibus congregandis et reducendis ad locum deliberatum per vos cum domino rege predicto.

Ad alia autem per vos scripta nulla alia cadit responsio, quia expectamus audire responsionem, quam a dicto domino rege habebitis.

Et ex nunc sit captum, quod scribi debeat rectoribus nostris Jadre, quod ad omnem requisitionem dicti ser Johannis Georgio ambaxiatoris nostri predicti mittere debeant contra comitem Johannem de Citines ex fidelibus nostris Jadre et districtus, prout eis videbitur, ducentos, inter quos ducentos sint xlviii cum ballistis, aptos ad ballistas, non mittendo ex stipendiariis nostris ullo modo

Comiti autem Sibenici committatur, quod mittere debeat ex fidelibus nostris Sibenici et districtus ducentos, inter quos sint xlviii cum ballistis, aptos ad ballistas.

Comiti autem Tragurii comittatur, quod mittere debeat ex fidelibus nostris Tragurii et districtus centum quinquaginta, inter quos sint triginta sex cum ballistis, aptos ad ballistas.

Comiti autem Spalati comittatur, quod ex fidelibus nostris Spalati mittere debeat centum, inter quos sint viginti quatuor cum ballistis, aptos ad ballistas.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 73, u mlet. arkivu.

God. 1422. 12. rujna, u Mletcih.

Obustavlja se naredba o daćah, što se imalo plaćati na trg, koj se izvažao u tuzemstvo, za sve dalmatinske gradove.

Thomas Mocenigo dei gracia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato comiti et Vito de Canali capitaneo Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Notum vobis facimus, quod in consiliis rogatorum et additionis die viii augusti 1422 capta fuit pars infrascripti tenoris, videlicet: quod cum ob ordinem positum et captum per hoc consilium, quod si fideles nostri Dalmatini volent mercationes et res inde extrahere et conducere alio quam Venetias, possint hoc facere, solventibus ipsis pro dacio de rebus predictis illa datia, que solverent Venetiis, si dicte res et mercationes huc fuissent conducte. Compareant quidam nostri fideles de Arbe supplicando, quod dictus ordo revocetur nec astringantur ad observanciam eius. Et ita sint venturi dietim de nostris subditis aliorum nostrorum locorum Dalmacie ad faciendum similem supplicationem; et bonum sit sicut dictus ordo ad supplicationem nostrorum fidelium Scibinici pridie pro eis extitit revocatus, facere generalem revocationem dicti ordinis etiam pro aliis nostris locis Dalmacie; vadit pars, quod mandetur nostris comiti et capitaneo Jadre et ceteris nostris rectoribus Dalmacie, quod ordinem predictum nullo modo debeant observare, sed pro revocato tenere, et similiter habeant et teneant pro revocato quemcumque alium ordinem, quem haberent, facientem ullam prohibitionem, quod non possent extrahi res et mercationes quecumque pro conducendo quocumque volent illi nostri fideles, ita quod omnibus nostris subditis

dictorum locorum liceat de locis ipsis extrahere oleum, caseum et alias mercantias et res pro conducendo quocunque volent, solventibus ipsis trentesima et alia sua dacia consueta. Quare cum dictis nostris consiliis vobis mandamus, quatenus dictam partem et omnia in ea contenta observare et observari facere debeatis; facientes has nostras literas in cancelaria regiminis deinde ad memoriam futurorum registrari. Date in nostro ducali palacio die XII septembris, indictione prima, MCCCCXXII.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 26, u zadarskom arkivu.

God. 1422. 26. rujna, u Mletcih.

Proglasuje se uciena na glavu njekog Dekana, koj je po moru brodove hvatao i robio.

Thomas Mocenigo dei gracia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato comiti et Vito de Canali capitaneo Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Per continentiam literarum vestrarum, quas hiis diebus preteritis nobis scripsistis, habita noticia, quod est quidam nomine Decanus ex sequacibus Micacii de Tragurio, qui cum certis suis sociis modo piratico et cum certa coadunatione barcarum per nostra loca Dalmacie discurendo capit subditos et fideles nostros trafigantes per loca predicta et barcas nostras, multa damna faciendo locis predictis cum maximo onere nostri dominii et subditorum nostrorum damno. Nos autem conservationi et indemnitati et securitati locorum eorumdem subditorum et fidelium nostrorum attendentes, cum nostris consiliis rogatorum et additionis pro destructione et persecutione ipsorum Decani et sociorum eius fecimus certam provisionem per modum talee eis dande, ut in fortiam vestram ipsos habere possitis. Et proinde cum consiliis predictis vestre fidelitati scribimus et mandamus, quatenus in locis solitis vestri regiminis debeatis facere publice proclamari, quod quisque ipsum Decanum capiet et in forciam nostri dominii dabit, habebit a nostro communi libras duo millia parvorum, et qui ipsum interficiet, habebit libras mille quingentas parvorum a nostro comuni. Et qui capiet et in forciam nostram dabit aliquem ex sociis Decani predicti, libras quingentas parvorum a nostro comuni, et aliquem ex eis interficiet, libras ducentas parvorum a nostro comuni pro quolibet eorum, quem caperet et interficeret. Et insuper si aliquis vel aliqui ex sociis Decani predicti eundem Decanum caperet, habebunt pro talea dictas libras duomillia, dando ipsum in potestam nostram; et ipsum interficiendo dictas libras millequingentas, ut superius dictum est, et in gracia et misericordia nostra acceptabitur. Et damus vobis libertatem hanc expressam de pecuniis camere nostre deinde faciendi (solutionem) pro meliori executione intentionis nostre predicte. Preterea ut melius hec nostra intentio adimpleatur cum consiliis rogatorum et additionis predictis vobis mandamus, quatenus de presenti ad percecutionem et destructionem Decani et sociorum suorum predictorum et aliorum euntium per loca deinde ad piraticum armare debeatis duas barcas; et si vobis videretur, quod presta expeditione illas armare ex stipendiariis nostris deinde debeatis ex illis, qui ad hoc vobis apti viderentur, non

dando propterea aliquod soldum neque solutionem quam soldum, quod haberent, uncias XVIII discoti in die, deputando illas barcas in illis locis, qui videbuntur vobis. Verum si casus daret, quod dictus Decanus a dictis barcis caperetur et in nostram forciam daretur, volumus, quod dictis barcis solummodo pro talea libras mille parvorum exhibeantur; et si eum interficerent, libre quingente, et pro quolibet sociorum suorum modo predicto libre ducente, et possint etiam intromittere omnia contrabanna, que reperirentur, de quibus habeant partem iuxta continentiam ordinum camerarum deinde, et stent barche predicte extra, donec per vos aliter superinde fuerit ordinatum. Date in nostro ducali palatio die XXVI septembris, indictione prima, MCCCCXXII.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 27, u zadarskom arkivu.

God. 1422. 2. listopada, u Mletcih.

Upućuje se knez Šibenički kako da se vlada sa Ivanom knezom Cetinjskim.

1422. 2. octobris. Quod respondeatur nobili viro ser Nicolao Maripetro comiti nostro Sibenici in hac forma: Recepimus litteras vestras datas die 15 septembris elapsi cum inclusis litteris nobis missis per comitem Johannem de Citines, et audivimus requisitionem, quam idem comes Johannes facit, quod sui subditi possint se reducere cum personis et bonis suis super territorio nostro pro eorum securitate, quia timet ne vaivoda Sandali guerram sibi faciat... Debeatis ei significare, quod si vellet nobiscum vivere in bona pace et bona vicinitate, nos etiam sumus dispositi habere secum amicitiam et bonam pacem, sed ut hoc possit obtineri, debeat comes Johannes restituere ea, que occupata tenet, et que pertinent comunitati nostre Spaleti; si hoc vult facere, sumus contenti, quod subditi sui cum rebus et animalibus suis possint se reducere ad loca nostra pro eorum securitate in casu necessitatis, qui subditi sui a nostris secure et amicabiliter tractabuntur. Si hoc nollet facere, quia habet de illis occupatis bonam utilitatem, potestis illi promittere de introitibus Spaleti ducatos quingentos singulo anno. Si nec hoc vellet, potestis promittere ultra suprascripta, quod sumus parati subvenire eidem cum 100 hominibus, sed restituat omnia. Et si veniretis ad conclusionem, bene; si vero caderet aliqua differentia, per barcham propriam debeatis quam celerius nobis scribere, ut possimus mandare, quod videbimus esse oportunum.

Si possetis obtinere ab eo castrum Clisii, quod est situm prope Spaletum, damus vobis libertatem promittendi comiti Johanni et suis pro habendo dictum castrum in manibus nostris usque ad ducatos quinque millia.

Si vero nollet ad pacem condescendere, sed vellet treuguas concludere, potestis facere cum eo treuguas per annos decem et ab inde supra.

Si vero in receptione presentis sentiretis, nobilem virum ser Johannem Georgio ambassiatorem nostrum recessisse de Bossina in concordio cum rege Bossine, non debeatis ad aliquam praticam intrare cum comite Johanne, sed scribatis nobis, et expectetis nostrum mandatum.

Mittimus vobis duas litteras nostras presentibus alligatas, quas scribimus nobili viso ser Johanni Georgio ambassiatori nostro ad partes

Bossine, volentes et fidelitati vestre mandantes, quatenus si venietis ad concordium cum dicto comite Johanne, dicto ser Johanni Georgio mittere debeatis litteram nostram signatam isto signo: O.

Si vero non veniretis ad concordium cum dicto comite Johanne, dicto ser Johanni Georgio ambaxiatori nostro mittere debeatis aliam litteram nostram signatam isto signo: #, et aliam signatam primo signo suprascripto penes vos retinere debeatis.

Mittimus insuper unam tertiam litteram signatam isto signo: ×, quam subito per nuncium proprium velocem et pressum dicto ser Johanni Georgio ambassiatori nostro mittere debeatis.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 74, u mlet. arkivu.

God. 1422. 2. listopada, u Mletcih.

Nalaže se knezu šibeničkomu, neka gleda skloniti Poljičane na mletačku stranu.

1422. die 2 octobris. Quia habetur informatio a certa fide digna persona, quod Polizani libenter venirent ad pacem et concordiam cum nostro dominio per aliquam viam secretam et maxime per manus et medium nobilis viri ser Nicolai Maripetro comitis nostri Sibenici; et considerato situ et conditione dictorum Polizanorum multum facit pro securitate et quiete terrarum et subditorum nostrorum Dalmatie habere pacem cum dictis Polizanis; vadit pars, quod scribatur dicto ser Nicolao Maripetro de informatione nobis data, et mandetur sibi, quod per illos meliores modos et vias utiliores, qui sue sapientie videbuntur, debeat intrare ad praticam et tractactum dicte pacis vel concordii cum illa persona vel personis, que venient nomine dictorum Polizanorum ad certum locum aptum et comodum utrique parti prope Dalmissam vel alibi, ubi dicto ser Nicolao convenientius videbitur pro bono facti. Et habeat libertatem faciendi nomine nostri dominii salvumconductum uni vel pluribus personis, que venirent pro causa predicta. Et si videbitur per praticas, quas habebit, posse concludere pacem et concordium cum dictis Polizanis nomine nostri dominii per modum, quod restituant loca et confinia, que occupant de jurisditione terrarum et districtuum nostrorum Dalmatie, et quod subditi nostri possint tute et secure stare, ire, redire, laborare, conversari et facere facta sua, et quod illi promittant non offendere neque damnificare territoria et subditos nostros, et non dare transitum, subsidium nec favorem aliquibus gentibus queque sint volentibus venire ad damna nostra vel terrarum aut subditorum nostrorum, facientibus nobis et nostris subditis viceversa, debeat in nomine Yhesu Christi concludere et firmare pacem et concordium antedictum per modos predictos, que sint cum honore nostri dominii ac utilitate, securitate et commodo terrarum et subditorum nostrorum Dalmatie. Si vero Polizani peterent aliud, vel inter eos caderet aliqua differentia importans, debeat scribere differentias occurrentes et omnia, que habebit, et expectet responsionem et mandatum nostrum. De parte 93, de non 1, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. c. 75 tergo, u mlet. arkivu.

God. 1422. 4. listopada, u Mletcih.

Naputak za Marka Barbadika idućeg za providura u Kotor.

1422. die IIII. octobris. Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro Marco Barbadico dilecto civi et fideli nostro, quod de nostro mandato debeas cum presentibus galeis, que cum gratia dei cras hinc recedent, ire Catarum in provisorem nostrum dicti loci, et regere cum omni humanitate possibili iuxta continentiam commissionis comitis nostri Catari terram predictam et districtum ac homines deinde toto tempore quo steteris in dicto loco ad honorem et statum nostri dominii, cum bona diligentia et vigili solicitudine, prout de prudentia et fidelitate tua plene confidimus, quam commissionem comitis nostri Catari ordinavimus tibi dari, ut illam in quantum ad te attinet, debeas observare. Et debeas stare in dicto loco per sex menses et tantum plus, quantum successor tuus illuc venire distulerit. Et volumus, quod in applicatione tua debeas expedire subito ab inde nobilem virum ser Petrum Polani supracomitem nostrum culphi, ac precipere eidem, quod cum galea nostra sibi commissa debeat absque dilatione celeriter dirigere viam suam ad exequendum alia mandata nostra cum aliis duabus galeis nostris.

Cum autem illuc applicueris, sumpta per te sine perditione temporis opportuna et bona informatione ab illis nostris fidelibus Catari, qui tibi videbuntur, de esse contrate, et quibus modis possis habiliter illam reducere ad nostram obedientiam, debeas cum illis septuagintaquinque peditibus ibi existentibus, et cum aliis provisionibus fiendis cum illis nostris fidelibus deinde, et que tibi videbuntur utiles, procurare cum toto spiritu tuo et omni bona solicitudine de reducendo contratam predictam ad mandatum et obedientiam nostri dominii, et guerrizare viriliter contra emulos nostri dominii, habendo semper in omni casu vigilem et opportunam advertentiam ad bonam securitatem terre tibi commisse.

Volumus insuper, quod cum applicueris Catarum, debeas subito expedire aliquem solicitum et velocem nuncium cum literis tuis dirrigenis domino despoto, cui per dictas tuas literas debeas scribere et significare in forma convenienti de iniuriis et extorsionibus et molestiis tibi et familie tue illatis, et de equis tibi ablatis tempore reversionis tue ab eius presentia ad nostrum dominium contra promissionem per suam excellentiam tibi factam et contra suum salvumconductum. Et qualiter es presentialiter rector in loco nostro Catari, ubi es mansurus, offerendo te in possibilibus ad beneplacita sue excellentie cum honore nostri dominii. Committendo nuncio tuo predicto, quod habita responsione predicti domini despoti, studeat celeriter ad te redire, quo reverso, de responsione, quam habueris, et de aliis significandis debeas prestissime per tuas literas informare nostrum dominium distincte et ad plenum, solicitando semper de tempore in tempus de quibuscunque contingentibus advisare per literas tuas nostrum dominium, ut ad providenda possimus disponere et ordinare, prout nobis videbitur opportunum fore.

Debeas insuper isto tempore, quo eris Catari, quanto ad hoc prestius habilitatem videbis, procurare cum illis modis et viis, qui et que tibi

videbuntur apti et utiles ad effectum nostre intentionis de habendo seu haberi faciendo coloquium cum Georgio et Alexio Juras, dando tibi operam cum verbis benivolis et pertinentibus trahendi et reduci faciendi eos ad obedientiam nostram. Et ut hanc nostram intentionem possis melius adimplere, et habilius facere procurari, damus tibi libertatem, ut habeant causam videndo aperte benignitatem nostri dominii condescendendi magis prompte ad voluntatem nostram, possendi promittere sibi seu promitti facere de introitibus nostris Catari yperperos a mille usque mille ducentos in anno, prout melius poteris.

Ceterum, ut cum mediis, que augeant et inducant cum optima dispositione ad devotionem nostri dominii predictos Georgium et Alexium Juras, et similiter de aliis, qui tibi videbuntur inducendi ad mandatum et obedientiam nostri dominii, possis habilius trahere et reducere ad nostram intentionem, emi fecimus pecias vigintinovem pannorum, et pecias quadragintaduas fustaneorum, inter quos pannos est una pecia panni fini viridis, danda tota seu pars, prout tibi videbitur, et de fustaneis predictis Georgio et Alexio Juras. Et propterea de predictis pannis et fustaneis dare et dispensare debeas, sicut et quando tibi videbitur, inter illos, quos putabis fore utiles et fructuosos pro statu nostro, prout scripserat se facturum quondam vir nobilis ser Antonius a Bocholis olim comes noster Catari.

Debes habere ducatos quingentos pro sex mensibus, qui incipiant die, quo Catarum applicueris, ducendo et tenendo tuis salario et expensis quinque famulos aptos ad arma, et unum cancellarium. De predictis vero ducatis quingentis fecimus tibi dari hic Venetiis ducatos ducentos, et reliquos trecentos accipies et solves tibi Catari. A dictis autem sex mensibus in antea habere debes ducatos quinquaginta in mense et ratione mensis.

Preterea fecimus tibi dari ducatos sexcentos, de quibus possis accipere ducatos centum pro te, pro parte ducatorum trecentorum, quos debes habere Catari, pro resto salarii tui sex mensium. Reliquos autem ducatos quingentos debeas dispensare inter stipendiarios nostros, non accipiendo modo aliquo ullum ex dictis denariis pro te, nam de reliquis ducatis ducentis pro resto dicti tui salarii sex mensium, solves tibi de introitibus nostris Catari. Et si stabis ultra tempus dictorum sex mensium, solves similiter tibi de salario, quod habere debebis de introitibus nostris Catari. De parte 93, de non 1, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum, VIII. c. 76, u mlet. arkivu.

God. 1422. 4. listopada, u Mletcih.

Upućuje se Ivan Giorgio, poslanik mletački u dvoru kralja bosanskoga o njekojih važnih poslovih.

1422. iiii octobris. Quod scribatur nobili viro ser Johanni Georgio ambaxiatori nostro ad serenissimum dominum regem Bossine in hac forma. Accepimus litteras vestras datas vigesimotercio augusti et quarto septembris, quibus et omnibus contentis in illis auditis et bene intellectis, volumus et ita fidelitati vestre cum nostris consiliis rogatorum et

addictione mandamus, quatenus debeatis differe et expectare nostrum mandatum, quod vobis mittemus de brevi. Verum quia videmus in sermonibus factis per vos, notatis in ipsis vostris litteris, vos locutum fuisse valde late et ultra contenta in vestra commissione, et presertim contra Raguseos et comitem Johannem de Citines, fidelitati vestre mandamus, quatenus debeatis in posterum abstinere vos de faciendo tales sermones. Nam si bene consideratis, ubi esset talis intentio, deberet prius fieri executio, quam exiret aliquis talis sermo; et propterea servetis formam vestre commissionis, et ut prefertur, expectetis nostrum mandatum.

Ad factum responsionis vobis date per vaivodam Sandali, debeatis ei dicere . . . quod videtur nostre dominationi conveniens, audita ipsa sua responsione, quod caravane possint pro comoditate sua ire prout volent, prout profertur, estis contentus concludere, et in dicto casu ita facere debeatis, dando eidem de introitibus Catari ypperpera mille quingenta in anno, prout sibi promisistis . . . Et si hoc non sufficeret, potestis promittere ei usque ad ypperpera duo millia . . . procurando etiam, quod illi quatuor obsides Catarini, quos tenet, liberentur et relaxentur in eorum libertate, ut est conveniens. Ad factum autem mercati Narente dicere debeatis, quod audita responsione magnificentie sue remanemus contenti de responsione sua predicta.

In casu quo ser Nicolaus Maripetro, comes noster Sibenici, concludat cum comite Johanne, scribatur eidem ser Johanni Georgio: Cum nostris consiliis rogatorum et addicionis fidelitati vestre mandamus, quatenus receptis presentibus debeatis ad presentiam illius serenissimi domini regis Bossine comparere, et sue serenitati exponere, quod dominatio nostra, habita per litteras vestras informatione de responsionibus excellentie sue factis ad exposita parte nostri dominii, regratiatur sue serenitati de sua optima dispositione et de magno honore impenso per excellentiam suam vobis nostro ambassiatori, offerendo nostrum dominium ad quecunque possibilia et beneplacita sue serenitatis. Ad partem autem nostre interpositionis oblate procurandi pro excellentia sua apud dominos de Malatestis, quod haberet in coniugem dominam de ipsa domo, prout per dominum archiepiscopum Spaleti parte sue serenitatis fuit dominio nostro porrectum, dicere debeatis, quod oblatio nostre interpositionis processit pro complacendo excellentie sue, et quod modo audita dispositione celsitudinis sue, dominatio nostra de omni deliberatione sue serenitatis remanet contentissima, et id, quod sibi placet, est nobis gratissimum, et placet similiter nostro dominio. Ad partem autem obtinendi confirmationem privilegii alias obtenti per virum nobilem ser Marcum Dandulo cum condam serenissimo domino rege Hostoia, volumus, quod cum illis verbis et rationibus indutivis et pertinentibus, que vobis videbuntur utiles, procurare debeatis obtinere confirmationem dicti privilegii, et in quantum dictam confirmationem obtinere nequiretis, debeatis procurare habere et obtinere in bona et sufficienti forma patentes litteras suas per duas manus pro quibuscunque nostris mercatoribus accedentibus et conversantibus in regnum suum, quod possint cum personis et bonis suis secure se conferre et de mercationibus suis disponere et facere iuxta

voluntates suas cum illis immunitatis et libertatibus, quas poteritis, dimittendo unam manum dictarum litterarum in Dalmatia in illo loco, qui vobis videbitur, et alteram manum portetis vobiscum Venetias ad presentiam nostram.

Ad factum autem comitis Johannis de Citina dicere debeatis, quod dominatio nostra bene intellexit responsionem et bonam dispositionem sue serenitatis, et quia dicit id fieri non posse nisi ad tempus novum, dicere debeatis, quod veniente dicto tempore poterunt fieri per partes de provisionibus opportunis, et quod sua serenitas inveniet semper dominationem nostram paratam ad faciendum de rebus convenientibus et honestis; et postea accepto amicabili commeatu a sua serenitate, debeatis redire ad presentiam nostram, informatus ad plenum de novis et aliis omnibus digne refferrendis, et de quibus poteritis persentire.

Ad factum autem responsionis vobis date per vaivodam Sandali etc. ut supra.

In casu vero, quod dictus noster comes Sibenici non posset concludere cum predicto comite Johanne de Citina, ut profertur, scribatur ser Johanni Georgio ambaxiatori nostro ad serenissimum dominum regem Bossine in hac forma etc. ut superius.

Ad factum autem comitis Johannis de Citina dicere debeatis, quod dominatio nostra bene intellexit intentionem et bonam dispositionem sue serenitatis, et propterea hortatur excellentiam suam, quatenus placeat condescendere nostre requisitioni, procurando obtinere nostram intentionem predictam iuxta continentiam vestre comissionis. Et si pur nollet contentari, quod haberemus castrum Dalmisse, debeatis videre de concludendo, dimittendo sibi Dalmissam, et habendo nostrum dominium castrum Clisse libere cum aliis territoriis et iuribus pertinentibus nostro dominio iuxta formam vestre comissionis Et hoc facto debeatis cum plena informatione eius, quod facere voluerit et quo tempore facturus erit id quod policebitur, et cum quibus gentibus, accepto amicabili comeatu redire ad presentiam nostram. In quantum autem non contentaretur, volumus etiam, quod sumpta licentia debeatis redire Venetias ad presentiam nostram de novis et aliis omnibus digne referendis, et de quibus poteritis persentire, informatus ad plenum.

Secretai consilii rogatorum, lib. VIII. c. 76, u mlet. arkivu.

God. 1422. 4. listopada, u Mletcih.

Naputak za dva providura i kapetana odlazeća u Dalmaciju.

1422. die quarto octobris. Quod fiat comissio nobilibus viris Marco Bembo et Marco Barbo provisioribus et supracomitis nostris culphi in hac forma: Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum et cet. Committimus vobis nobilibus viris Marco Bembo et Marco Barbo dilectis civibus et fidelibus nostris, quod in bona gratia ire debeatis nostri provisores et supracomiti istarum duarum galearum, quas armare fecimus pro succurrendo civitati nostre Scutari et aliis nostris terris Albanie. Et volumus, quod recedere debeatis die lune de nocte, secundum quod deliberatum et captum est per nostra consilia, recedendo cum illis homi-

bus a remo, quos habebitis; nam si aliqui defficient vobis, dari fecimus pro deficientibus pecuniam necessariam, ut possitis illos soldare ac accipere. Et volumus et sic vobis mandamus, quod cum applicueritis Polam, facta circa iuxta solitum, procuretis vos fulcire hominibus deficientibus non perdendo tempus ullo modo; et sequentes iter vestrum, ire debeatis Jadram, et cum ibi eritis, debeatis vos informare, si armare fecerunt illas barchas, quas eis mandavimus armari debere, et mitti Curzolam; que si armate fuerint et misse, bene quidem, quando autem non, debeatis dicere regimini predicto, ut illas arment, et subito post vos mittant; quibus rectoribus nostris presentare debeatis literas nostras, quas eis replicari fecimus pro armamento barcharum predictarum, et alias litteras, quas rectoribus nostris Sibenici, Tragurii et Spalati, Pagi, Chersi et Auseri mittimus ista de causa, providendo, quod dicte littere mittantur rectoribus nostris dictorum locorum. Jadre non debeatis perdere tempus, et ultra hoc rectores predictos Jadre hortari, ut hortentur fideles nostros de inde ad conducendum ad partes Scutari caseum, vinum et alia victualia, quia de dictis rebus habebunt bonam utilitatem, et per literas suas scribant aliis nostris rectoribus Dalmatie, ut inducant subditos nostros ad conducendum Scutarum de rebus suprascriptis. Et recedentes de Jadra, solicitetis iter vestrum versus Curzolam, ubi invenietis barchas, quas ordinavimus armari per loca nostra Dalmatie, et capitibus barcharum, quas ibi reperietis, mandare debeatis, ut se reducant ad Boianam. Et si ibi omnes non applicuissent, ordinetis cum comite nostro Curzole, quod subito, cum illuc applicuerint, mandare debeat capitibus dictarum barcharum et brigantini de Cherso, quod vos sequi debeant, et venire versus Scutarum et Boianam, hortando dictum comitem Curzole et fideles nostros de inde, quod mittant de vino, caseo et aliis victualibus ad dictum locum, quia ibi cum comoditate et utilitate sua illa vendent. Expediti autem de Curzola, in quo loco nullum tempus perdere debeatis, directe et cum illa solicitudine, que erit vobis possibilis, ire debeatis Catarum, et deposito rectore nostro in Cataro viro nobile Marco Barbadico, debeatis subito inde recedere et mandare nobili viro ser Petro Polani supracomito nostro culphi, qui remansit ad regimen et custodiam civitatis nostre Catari post mortem quondam ser Antonii a Bocholis, quod cum galea sibi commissa vos sequi debeat cum omnibus barchis et ganzarolis nostris, qui ibi forent. Et non perdendo aliquod tempus in Cataro, inde recedere debeatis quam celerius esse potest, procurantes et solicitantes invenire capitaneum nostrum culphi, et cum inveniretis dictum nostrum capitaneum, eidem presentare debeatis literas nostras, quas dicto capitaneo et vobis scribimus et contenta in dictis literis nostris, solicitetis et procuretis totis sensibus et spiritibus vestris executioni mandare pro honore et comodo nostri dominii.

Volumus enim, et sic vobis mandamus, quod donec invenietis capitaneum nostrum culphi, facere debeatis capitaneriam ad zornatam. De parte 66, de non 2, non sinceri 3.

Insuper remaneat in libertate collegii scribendi rectoribus Catari, Dulcigni et Scutari in illa forma, que erit necessaria, et comitatibus dictorum locorum literas hortatorias in illa forma, que collegio videbitur.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. c. 78, u mlet. arkivu.

God. 1422. 4. listopada, u Mletcih.

Republika nalaže svojim načelnikom na moru, da čim prije obskrbe Skadar.

1422. die quarto octobris. Quod scribatur capitaneo nostro culphi et ser Marco Bembo et ser Marco Barbo provisoribus et supracomitis nostris culphi in hac forma.

Desiderantes pro honore et fama nostri dominii subvenire loco nostro Scutari, ne cum tanta infamia nostri dominii amittatur, deliberavimus armare istas duas galeas, quarum vos Marcus Bembo et Marcus Barbo estis supracomiti, et vos mittere in provisores et supracomitos nostros. Deliberavimus similiter mittere barchas octo armatas in Jadra, barchas septem armatas in Sibenicho, quinque armatas in Tragurio, in Spalato tres, in Pago duas, cum hominibus quatuor a remo et ballistariis duobus pro qualibet, et brigantinum unum armatum in Cherso et Ausero. Volentes et fidelitati vestre mandantes cum nostris consiliis rogatorum et addicione, quatenus omni mora postposita cum omnibus galeis nostris, barchis et ganzarolis, quas reperietis vos habere, non expectando illas, que nundum venissent, et faciendo, quod ganzaroli ponant castra sua et sint bene in ordine intrare debeatis flumen Boiane, et ire ad sanctum Sercium, et vobiscum conducere frumentum, ordeum et alia, que vobis capitaneo misimus ponenda in Scutaro; et solicitetis et procuretis totis viribus vestris, quod omnia predicta ponantur et conducantur Scutarum. Et ultra hoc providere debeatis, quod dicto loco succurratur de vino et aliis rebus necessariis. Et ut deffectu victualium dictus locus non amittatur, misimus vobis ducatos duos mille, de quibus emere aut emi facere debeatis frumentum sive in Alexio sive in Durachio sive alibi, et alias res, que vobis videbuntur necessarie ad victum pro munitione terre predicte; et illud frumentum et res procuretis et solicitetis cum omni solicitudine, sive per aquam sive per terram, mittere Scutarum. Nam reddimur certi, quod considerata animositate et virilitate vestra et quod gentes inimice non poterunt campizare, hanc nostram intentionem mittetis executioni. Nam nil gratius nec acceptus nostro dominio facere possetis, quam dicto loco nostro Scutari subvenire pro honore et fama nostri dominii.

Et quia informati sumus, quod locus sancti Serzii, videlicet ecclesia, que est apud rippam fluminis, reduci posset in fortitudinem, relinquimus in libertate vestra fortificandi dictum locum, si vobis utile et bonum videbitur fortificandi ecclesiam predictam pro bono et securitate loci nostri Scutari. Et ut hoc habilius facere possitis, fecimus vobis consignare badilia quinquaginta pro qualibet galea. zaponos xxv et totidem vangas pro qualibet galea, et tria barilia clavorum diversarum sortium.

Et quia dispositio nostra est conservandi locum predictum Scutari, volumus, quod si poteritis reducere ad obedientiam nostram illos de comitatu Scutari et alios habitantes in Xaboiana et aliis locis et partibus de inde, illos reducere debeatis, eisdem promittendo. quod nostra dominatio in bonos et fideles servitores habebit et tenebit. Si vero predicti nolent ad obedientiam nostram reverti, volumus, quod eos et quos-

cunque alios inimicos nostros tractare debeatis pro inimicis nostris, et contra eos guerrizare tam per aquam quam per terram per omnem modum vobis possibilem, habentes tamen advertentiam ad securitatem galearum nostrarum.

N. Volumus etiam et sic vobis mandamus, quod transactis duobus diebus postquam applicueritis ad sanctum Serzium per barcham propriam nobis scribere debeatis de applicatione vestra et de terminis, in quibus eritis, et quid feceritis et facere sperabitis, et postea de tempore in tempus nos similiter de omnibus, que feceritis, informare, ut habita informatione vestra ad omnia necessaria debite providere possimus.

Mittimus vobis pedites quinquaginta cum presentibus galeis, et alios quinquaginta misimus cum navigiis, volentes, quod cum dictis peditibus et gentibus galearum nostrarum, barcharum et ganzarolorum procuretis facere honorem nostrum contra omnes inimicos nostros per illos modos et secundum quod vobis melius videbitur pro honore nostri dominii; quibus peditibus dari fecimus pagam trium mensium, et pagam quarti mensis vobis mittimus, ut cum applicuerint, illam sibi detis.

Et volumus, quod omnes terminationes, quas facietis, fiant per vos tres vel per maiorem partem vestrum, et quicquid per vos tres vel maiorem partem vestrum fuerit terminatum, debeatis cum celeritate mittere executioni; super quibus terminationibus per vos fiendis debeatis comunicare cum aliis supracomitis nostris et audire parerem suum, sed deliberatio remaneat vobis tribus vel maiori parti, ut superius continetur. Si vero aliqua causa aliquis vestrum trium non posset esse presens terminationibus fiendis, volumus, quod nobilis vir ser Petrus Polani loco deficientis intrare debeat ad faciendum terminationes predictas.

Volumus etiam, quod hominibus ganzarolorum et barcharum, quos et quas primo vobis misimus, dare debeatis aliquam subventionem denariorum de illis denariis, quos vobis mittimus, ut possint se fulcire rebus necessariis, providendo quod ganzaroli elevent armaturas et castra sua, ut superius continetur. De parte 63.

Ser Petrus Lauredano consiliarius — vult quod scribatur per totum capitaneo ac provisoribus et supracomitis culphi, ut in latere precedenti continetur sine illo capitulo, videlicet: Volumus etiam signato isto signo **N**. De parte 27, de non 2, non sinceri 3.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. c. 78—79, u mlet. arkivu.

God. 1422. 6. listopada, u Mletcih.

Vlada mletačka očituje, da je slobodno nadbiskupu zadarskom uljesti u manastire duvna po volji.

Thomas Mocenigo dei gracia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato comiti et Vito de Canali capitaneo Jadre et . . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum Scripsimus vobis partem nuper captam in nostro maiori consilio die VIIII mensis augusti preteriti super facto penarum, quas incurrunt et incurrere volumus fratres, monacos, presbiteros et alios clericos intrantes malo modo et inhonesto monasteria et loca mona-

carum terrarum et locorum nostrorum. Et quia coram nostro dominio aliqua dubitatio facta est, si talis pars extenditur ad reverendum patrem dominum archiepiscopum Jadrensem aut non, declaramus vobis, quod non intendimus, quod talis inibicio extendatur ad dictum dominum archiepiscopum; quin ymo tanquam superiorem talium fratrum et aliorum presbiterorum et clericorum sue diecesi subiectorum decernimus ab omni inhibitione exclusum totaliter et immunem, ita quod possit suas visitationes facere sicut et quomodo sibi secundum deum et honorem nostri dominii et sue reverende paternitatis, quam a certo tenemus iusticiam collere et honestatem, videbitur opus esse pro bona gubernatione et regula religiosorum et religiosarum fratrum, monacarum et monacorum subiectorum et subiectarum dictioni Jadrensi. — Date in nostro ducali palacio die VI mensis octubris, indictione prima, MCCCCXXII.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 26, u zadarskom arkivu.

God. 1422. 7. studenoga, u Mletcih.

Obavieščuju se načelnici zadarski, da je dozvoljeno senjskomu knezu voziti vino iz Dalmacije i Istre na brodovih mletačkih samo, i dalje o načinu medjusobnoga trgovanja.

Thomas Mocenigo dei gracia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato comiti et Vito de Canali capitaneo Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Denotamus vobis, quod in nostris consiliis rogatorum et addicionis in MCCCCXXII, indictione prima, die XXVII octubris in responsione facta ambaxiatori magnifici comitis Signe captum et deliberatum fuit, quod eidem ambassiatori respondeatur, quod sumus contenti, quod ultra mille caretellos vini alias concessos posse conduci Signam, idem comes Segne conduci facere possit illam quantitatem vini, que pro suis cortis erit necessaria, faciendo dicta vina conduci per nostra navigia, secundum quod alias dicto comiti concessimus. Et si dicta vina invenirentur conduci cum aliis navigiis et de dictis nostris terris Dalmacie et Istrie extrahere et conducere Segnam de rebus, que nascuntur in terris et locis predictis, et si invenirentur portare alias res, quam eas natas in terris et locis nostris predictis, habeantur pro cotrabanno. Et nunc sit captum, quod scribatur nostris rectoribus Dalmacie et Istrie, quod barchosii de Segna, qui veniunt ad partes Dalmacie et Istrie cum mercationibus conductis de Segna, permittant ad terras et loca nostra venire et suas mercationes facere in terris et locis nostris predictis. Sed nullo modo mercationes conductas de Segna permittant extrahi deterris et locis nostris predictis pro conducendo in aliquam aliam partem nisi Venetias sub pena contrabanni. Et permittatur cum dictis barcosiis extrahere de terris et locis nostris et conduci Segnam de rebus, que nascuntur in terris et locis nostris predictis cum solutione daciorum consuetorum. Verum comittatur nostris rectoribus predictis, quod non permittant conduci ad partes Segne cum barcosiis Segne neque cum aliquibus aliis navigiis aliquas mercationes conductas de partibus Marchie, Aprucii vel

Apulee sive de aliis partibus ad terras et loca nostra predicta sub pena contrabani, exceptis mercationibus, que conducerent de Venetiis ad terras et loca nostra predicta. Et si aliquis rector vel officialis terrarum et locorum nostrorum suprascriptorum permitteret aut concederet aliquid extrahi de terris et locis nostris predictis contra continentiam presentis partis, cadat de L^ta. pro centenario, cuius pene tercium sit accusatoris, tercium sit officialis, cui facta fuerit accusa, et aliud tercium sit nostri comunis. Insuper fuimus contenti, quod barcosii de Vegla possint ad libitum suum ad quascumque partes portare et conducere pecora et alia animalia sua et rassias, sed non possint reconducere ad dictam insulam aliquas res prohibitas, quas si conducerent, tractari debent pro contrabano, et servari debeant ordines nostri. Quare mandamus vobis cum dictis nostris consiliis, quatenus suprascriptas nostras partes observare et observari facere debeatis. — Date in nostro ducali palacio die VII novembris, indictione prima, MCCCCXXII.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 24, u zadarskom arkivu.

God. 1422. 30. studenoga, u Mletcih.

Diže se straža iz tvrdjave sv. Mihaila na otoku pram Zadru.

1422. ultimo novembris. Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Nicolao Venerio de suo mandato comiti et Marco Dandulo capitaneo Jadre etc. pro reductione pagarum militie in Jadre. „Item quod castellanus sancti Michaelis sit cassus, et claves dentur abbati pro possendo officiare, sed die indulgentie mittantur novem in decem page secudum consuetudinem, ut obvietur rixis et erroribus, qui sequi possent.“

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 21, u zadarskom arkivu.

God. 1422. 21. prosinca, u Visoki.

Povelja izručena od Stjepana Tvrdkovića kralja bosanskoga mletačkomu poslaniku, kojom dozvoljuje Mlečanom trgovati po svojoj zemlji, i jamči jim za sigurnost osobe i imetka.

Copia literarum obtentarum per dominum Johannem Georgio ambaxatorem ad serenissimum dominum Thuerticum regem Bossine pro comodo Venetorum subditorum et fidelium Venetiarum, extractarum de schiavo in latinum.

Nos Stephanus Thuerticus dei gratia Rassie, Bossine partiumque maritimarum rex etc. Cum zo sia chel spectabel et egregio homo misser Zan Zorzi ambassiador del illustrissimo et excellentissimo signor misser Thoma Mocenigo per quella medema gratia inclito doxe de Veniexia e del comun de Veniexia de comandamento del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia sia vegnudo a la presentia nostra ad allegrarse de la nostra sacra coronation et exaltation del nostro stato, e a tractar e a praticar molte altre cosse cum nui, le qual lui havea habudo in comandamento dal prefato serenissimo misser lo doxe e dal comun de

Veniexia. E perche entro le altre cosse cum maxima instantia, efficacia e solicitudine habia domanda, chel ne plasesse uno privilegio, altra fiada obtegnudo per lo ambassiador de misser lo doxe e del comun de Veniexia da la bona memoria del serenissimo et excellentissimo re Hostoja precessor nostro, confermar; per la qual cossa examinada la forma e la continentia del dito privilegio, e cum i nostri sora de zo habudo consejo, vojando in quelle cosse, che a nui parra zuste et honeste, far e conceder, azo che l amor, la dilizion e la bona amicicia, la qual havea la bona memoria del serenissimo et excelentissimo re Thuertico padre e precessor nostro verso el prefato serenissimo misser lo doxe e comun de Veniexia, eziamdio entro tutti el prefato misser lo doxe et comun de Veniexia crescha, volemo e comandemo cum li nostri heredi e successori per el tenor de presente nostre lettere al predicto spectabele et egregio homo misser Zan Zorzi ambassiador del prefato serenissimo et excellentissimo signor misser Thoma Mocenigo per la dio gratia inclito doxe de Veniexia e del comun de Veniexia per nome del dicto misser lo doxe e del comun de Veniexia in questo modo, zoe, che tutti i Veniciani subditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia liberamente e seguramente senza algun impazo e molestia como se sia cum le persone, famei, cavalli, mercadantie, some, capse, valixe, panni, arme, pecunie e cum altri chadauni beni e cosse soe si per terra como per aqua si dolce como salsa, al nostro regno e corona sottoposta, possa vegnir, star e tornar e marchantizar e far marchandizar in lo nostro regno e in chadauna parte de quello e cum so barche, galie armade e cum chadauna generation de navili, como a lor e a chadaun de lor parera e plasera, quelli vignando e partando amicevolmente in lo nostro regno e in chadauna parte de quello. Possa etiamdio i predicti Veniciani subditi e fedeli del prefato misser lo doxe e del comum de Veniexia e chadaun de lor de le predicte so marchadantie e beni far e disponer in lo dicto nostro regno e in chadauna parte de quello segondo lor voluntate e como a lor e a chadaun de lor parera e plasera. E che per nessun modo o ver forma, per nui over per algun altro in lo dicto nostro regno over in alguna parte de quelo de le predite so marcadantie e beni possa esser sforzadi ni molestadi, mo sia lassadi como e dito in so libertade cum tute suo marcadantie e beni. Possa etiamdio i prediti Veniciani subditi e fedeli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia e chadaun de lor del nostro regno e de chadauna parte de quelle liberamente e seguramente senza algun impazo e molestia como se sia trar e far trar marcadantie, oro, arzento, danari e chadaune altre cosse e beni, chi voira e a lor plasera, pagando i prediti Veniciani subditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia e chadaun de lor, vegnando in lo nostro regno e in chadauna parte de quello, e de quello o ver de alguna parte de quello partendose si per terra como per aqua cum le so marcadantie, le tergovine, le qual al presente se paga per chadaun e chadaun mercadante, che vegnisse in lo nostro regno e de quello se partisse, e de chadauna parte de quello si per terra como per agua cum le so marcadantie. Item promettemo e concedemo al preditto misser Zan Zorxi ambassador del prefato serenissimo

misser lo doxe, che nui comanderemo a tutti nostri conti, rectori, castellani, zuppani, zudexi e chadauni, tutti nostri, che i siano favorevoli a proveder, che i preditti Viniciani soditi e fedeli di quel misser lo doxe e del comun de Veniexia vegnando, stando cum tutte soe, come e dito, mercadantie e beni tuti in lo nostro regno e in chadauna parte de quello, alla qual i declinara e de quello partandose, habiano case et habitation per i suo danari per prexio conveniente, como e zusto; e che in lo dito nostro regno in chadauna parte de quello da i prediti favorevolmente e benignamente tractadi e guardadi. E in caxo che i prediti Viniciani soditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Vinexia volesse comprar in lo dito nostro regno o ver in alguna parte de quello casa over case, over fabricar o far fabricar casa over case de piera o de legname, semo contenti e volemo, che questo possano far e comprar; le qual veramente case si de legname como de piera, la qual o le qual i havesseno comprade over fabricade o fate fabricar, sia soe libere et expedite senza alguna contradicion, e di suo suoi heredi e successori. Item promettemo al soradicto miser Zan Zorzi ambassiator del prefato misser lo doxe e del comun de Venixia, che nui provedremo e si fattamente comandremo a tutti nostri baroni, conti, rectori, castellani, zuppani, ziudexi et a tuti altri officiali a la sacra nostra corona e comandamento sotoposti, chi prediti Veniciani subditi e fedeli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, vegnando, stando e partando, como e dito, cum tute suo mercadantie e beni, in lo regno nostro et in chadauna parte de quello serano guardadi per modo, che seguramente vegnir, star, partir i porranno segondo lor voluntade cum tute suo mercadantie e beni. E in caso che a lor over ad algun de lor algune cosse over cossa fosseno derobade in lo nostro regno over in alguna parte de quello over in parte e luogo di nostri baroni et al nostro comandamento e corona sotoposti, promettemo quanto a nui sera possibile, che nui se adovreremo e forzaremo de far quelli rimedi e provision, che a nui parera boni e neccessarii e de besogno per satisfation de le predite mercadantie, le qual fossero tolte e derobade a i prediti Viniciani subditi e fedeli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia o ver ad algun de quelli. Item promettemo e semo contenti, chi prediti Viniciani soditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, vegnando, stando in lo nostro regno e in chadauna parte de quello, possano expender la moneda del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, como i Ragusei al presente spendeno la soa, e le altre generazion, che vien in lo nostro regno in chadauna parte de quello, la moneda di so signori. Onde voiando in tuto e per tuto quelle cosse, che de sora e de soto se contien, le qual havemo praticado e concluso con el predito spectabele et egregio homo misser Zan Zorzi ambaxiator del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, observar e far integralmente observar, azo che l'amor, la dilicion e la bona amistade habbia el crescer e a moltiplicar intorno nui e l' prefato misser lo doxe e l comun de Veniexia. E per mazor execution de le cosse contegnude in queste nostre presente lettere volemo e comandemo efficacemente a tuti nostri baroni, conti e castellani, officiali, rectori e zuppani, zudexi de le terre,

castelli e luogi nostri e ai altri tuti soditi e fideli nostri a la nostra sacra segnoria, obedientia e comandamento sotoposti per chadaun modo, che tute le cosse contegnude e chadauna de quelle in le presente nostre lettere, perche le son de nostra mente e intencion, e quelle cosse, le qual nui havemo complasesto, promesso, e concedemo cum i nostri heredi e successori al predito misser Zan Zorzi ambaxiator del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia per nome del dito misser lo doxe e del comun de Veniexia, debiano far e observar e far et observar integralmente; voiando etiamdio e comandando a tuti nostri castellani et ai altri per nui deputadi a la guarda de le terre, castelli e luogi nostri, como a nui cum grande instantia e solicitudine domanda e requiri el predito ambaxiator, che dio guarda, che in caso, che i prediti Viniciani subditi et fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia vegnisse e stasse in lo nostro regno e in chadauna parte de quello, como e dito, cum suo famei e chadaune so mercadantie e beni, over de quello se partisse, e disturbio alguno over novitade fosse in lo nostro regno over in alguna parte de quello, per la qual i prediti Viniciani subditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Vinexia e cadaun de lor parera e plasera intrar per segurtade soa e de le suo marcadantie, havesse a dubitar e dubitasse, volemo al tuto e in questo caso, quanto la gratia nostra have cara, che i prediti Viniciani soditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Viniexia e chadaun de lor cum so famei, marcadantie e beni suo chadauni como se sia acceptar e ricever de bien in chadauni castelli o ver castello e luogo nostro, appresso i qual over el qual i declinasseno, se a lor o a chadaun de lor parera e plasera intrar per segurtade soa e de le so marcadantie, e de quelli castelli over castello lassando partir cum tute so marcadantie e beni a chadauna so voluntade. E quelli e chadaun de quelli tractando e facando tractar humanamente, favcrevolmente e benignamente in le nostre terre, castelli e luogi, in li qual lor intrasseno. Item volemo e comandemo a tuti soradicti nostri officiali, chi debbiano dar a i prediti Viniciani soditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia scorta sufficiente per i suo danari per so salvo transito e de le suo marcadantie, como sara de mestier nel so vegnir e partir del regname nostro di Bosina. In fede veramente de le predite cosse le presente lettere havemo comandado de esser fatte, e de la bolla del nostro mazor sigillo pendente esser bollade. — Data soto el castel nostro de Visochi MCCCCXXII, die XXI decembris.

Commemorialium lib. XI. c. 87, u mlet. arkivu.

God. 1422. 21. prosinca, u Visoki.

Poslanik mletački proglasuje, da je primio povelju od bosan. kralja za mlet. trgovce i to u slavenskom jeziku i u pučkom.

Nos Johannes Georgio ambaxiator illustrissimi et excellentissimi domini domini Thome Mocenigo dei gratia incliti ducis Venetiarum etc. et comunis Venetiarum. Universis et singulis has patentes literas inspecturis facimus manifestum: ut amor, dilectio et bona amicitia crescere

habeat et multiplicari in futurum inter serenissimum et excellentissimum dominum dominum Stephanum Thuerticum dei gratia Rassie, Bossine partiumque maritimarum regem etc. et prefatum serenissimum et excellentissimum dominum dominum Thoma Mocenigo eadem gratia inclitum ducem Venetiarum etc. et comune Venetiarum. Quod hec sunt immunitates, beneficia et comoda, que habuimus et obtinuimus a prefato serenissimo domino rege nomine prefati serenissimi domini ducis et comunis Venetiarum pro comodo suorum Venetorum fidelium et subditorum volentium accedere et mercari ac mercari facere in Bossina, regno dicti serenissimi domini regis. Quas literas fieri fecimus per duas manus, prout inferius continetur; unam videlicet in idiomate schiavo scripta manu viri sapientis Restoe cancellarii prefati serenissimi domini regis, et alteram scriptam manu Johannis de Bonisio notarii nostri literali sermone, uniusmet tenoris et substantie. Quas etiam literas pro maiori evidentia bulla sancti Marci bullari fecimus.

Datum sub castro Visochi millesimo et die in literis precedentibus annotatis. Tenor autem literarum predictorum est, ut superius continetur, videlicet: Nos Stephanus Thuerticus dei gratia Rassie, Bossine partiumque maritimarum rex etc.

Commemorialium lib. XI. c. 87, u mlet. arkivu.

God. 1422. 23. prosinca, u Mletcih.

Republika kuša sve načine, da obsednuti grad Skadar hranom obskrbi. O tom obavieščuje Skadarske načelnike.

1422. die 23. decembris. Quod scripatur capitaneo culphi et provisoribus in ista forma.

Per galeas nostras Romanie recepimus literas vestras datas die primo presentis, per quas nostro dominio significastis provisiones per vos factas in volendo succurrere civitati vostre Scutari, et concluditis vobis omnibus apparere non posse per aquam dicte civitati succurrere et cet., quas diligenter intelleximus, et placet nobis illud, quod fecistis. Sed nobis videtur, quod una sola experientia cum barchis et ganzarolis, sicut scripsistis, non fuerit sufficiens succurrere dicte civitati, cum fuerimus informati, dicte civitati per viam aque habiliter succurri posse, et maxime istis temporibus, qu a aque tumefiunt sicut scitis. Et cupientes toto desiderio nostro, quod dicte civitati succurratur, licet speremus, quod ad hoc vigilaveritis et solicitaveritis totis spiritibus vestris, tamen fidelitati vestre scribimus et mandamus cum nostris consiliis rogatorum et addicione, quatenus omnes experientias possibiles facere debeatis de succurrendo civitati predicte, eunte uno aut pluribus ex vobis personaliter cum barchis et ganzarolis predictis aut aliter per omnem alium modum, qui vobis videretur non semel sed pluries, ut omnis experientia fiat de succurendo civitati predicte, quia illud, quod semel fieri non potest, sepe solicitudo et reiterando de facili adimpletur et executioni mittitur.

Et quia informati sumus, quod existente in flumine Boiane viro nobili ser Francisco Bembo milite, ut aque a sancto Sergio versus Scutarum

tumefierent, et minorem cursum haberent, submergi fecit quoddam navigium inter insulam existentem apud sanctum Sergium et terram firmam, propter quod aque multum creverunt; et propterea si vobis videretur, quod submergendo duo navigia unum ab una parte dicte insule aliud ab alia parte vel aliam provisionem faciendo, non submergendo navigia, ita quod aque tumefierent et maiorem cursum haberent per aliquos dies, infra quos possetis cum barchis et ganzarolis dicte nostre civitati succurrere, relinquimus in libertate vestra providendi per modum predictum vel per alium, sicut vobis melius videbitur, ut dicte civitati omnino succurratur, quia mentem nostram totam attentam habemus, ut dicte civitati penitus succurratur. Verum si deliberabitis submergere navigia pro tumefatione aquarum, debeatis accipere de navigiis, que ibi habebitis, faciendo illa iuste extimare pro contentamento illorum, quorum erunt, que solvi mandabimus secundum extimationem per vos factam. Et quia superius tangimus multum optamus, ut dicte civitati pro honore nostro succurratur, relinquimus in libertate vestra providendi per illas vias et modos, qui vobis videbuntur. Et si videretur vobis de soldando gentes de inde, hoc relinquimus in libertate vestra de dictis gentibus soldandi et alias provisiones faciendi, sicut videbitis opportunum fore, possendo etiam dictis gentibus promissiones facere de proniis et aliis territoriis nostris de inde, secundum quod vobis melius videbitur. Et si possetis aliquos inducere, volentes conducere vel conduci facere frumentum in Scutarum, debeatis dictis talibus illas promissiones facere, quas videbitis esse necessarias, ut frumentum et alia victualia ad dictum locum conducantur. Insuper vobis denotamus, quod de hinc caricari fecimus bonam quantitatem biscoti, ut necessitatem panis non patiamini, et dictum biscotum presto habebitis; et mittimus vobis ducatos mille, ut possitis subvenire hominibus barcharum armatarum in Dalmatia, et etiam soldare de gentibus de inde si deliberabitis dictas gentes soldare. De parte 84, de non 4, non sinceri 4.

Et factis experientiis predictis succurrendi civitati nostre Scutari, si posueritis et poni feceritis victualia inter ipsum locum, hoc admodum placebit nobis, et erit secundum cor et dispositionem nostri dominii; et in hoc casu licentiare debeatis galeas Polanam et Paradixam, quod eant in Cretam ad disarmandum, quibus dare debeatis literas nostras his annexas, quas mittimus regimini nostro Crete, ut eas dicto regimini portent et debeant presentare. Si vero, probatis et factis dictis experientiis, nequivissetis poni facere nec speraretis posse ponere dicta victualia intro ipsum locum nostrum Scutari, debeatis in hoc casu licentiare solum galeam Paradixam, quod eat in Cretam ad disarmandum, cui dare debeatis dictas nostras literas his annexas presentanda regimini nostro Crete, et retineatis apud vos galeam Polanam de Creta aterzatam ex hominibus alterius galee de Creta, si ei deficerent homines, exequendo per omnem viam et modum continue cum bona solicitudine formam et continentiam mandatorum nostrorum vobis commissorum, donec aliud vobis dabimus in mandatis. De parte 94, de non 2, non sinceri 0.

Quod scribatur nobili viro ser Marco Barbadico provisori nostro Catari in ista forma. Per literas vestras noviter receptas, quas ad diem

vigesimum sextum novembris nuper preteriti destinastis ad nostrum dominium, manemus sufficienter informati super executione per vos facta de missione nuncii vestri ad dominum despotum, quia vester nuncius usque ad datam dictarum literarum non erat reversus, et de receptione literarum, quas habuistis a Georgio Juras, per quarum continentiam in conclusione petiit, ut sibi salvumconductum destinetis, quia ad vos mittit unum ex suis et cet., quem salvumconductum misistis iuxta requisitionem suam. Pro quibus omnibus virtutem et solicitudinem ac bonam diligentiam vestram digne et merito commendantes, fidelitati vestre cum nostris consiliis rogatorum et addicione scribimus et mandamus, quatenus circa praticam, quam tenetis cum dicto Georgio Juras pro reducendo eundem cum nostro dominio iuxta mandata nostra vobis commissa, debeatis omni vestra industria et solicitudine procurare et experiri de perducendo illam ad conclusionem votivam cum modis vobis commissis. Quando autem videretis non posse concludere, quia peteret et esset intentionis volendi aliud, sumus contenti et damus vobis libertatem cum nostris consiliis rogatorum et addicione, ut cicius et melius valeatis concludere, quod perveniente Antivari et Genta de supra ad manus et sub potestate nostri dominii, possitis sibi promittere dictum locum Antivari et Genta de supra, prout vobis videbitur secundum praticas, in quibus eritis et sperabitis posse melius concludere. Si vero ullo modo non poteritis concludere cum dicto Georgio, debeatis eo casu adversus emulos nostri dominii viriliter guerizare, et omnia damna possibilia eis inferre, faciendo viriliter contra emulos ipsos nostros honorem nostri dominii, prout de fidelitate vestra plene confidimus, habendo semper bonam et debitam advertentiam et diligentem conservationem loci vobis commissi; volentes ulterius, quod quam primum nuncius vester redierit a domino despoto, debeatis etiam de his, que habueritis per reversionem dicti nuncii informare nostrum dominium per literas vestras distincte et ad plenum. De parte 86, de non 2, non sinceri 1.

Die dicto. Quod scribatur comiti et capitaneo Scutari et ser Jacobo Dandulo provisori ibidem.

Recepimus his diebus preteritis literas vestras, quas et omnia contenta in illis diligenter audivimus et intelleximus, pro quibus diligentiam et virtutem vestram ac bonam solicitudinem digne et merito commendamus. Et respondentes sub brevitate et presertim circa effectum, quem cum solicitudine procuramus et volumus destinari ad debitam executionem, denotamus vobis pro vestra informatione, sicut scire debetis, misisse capitaneum, provisores et supracomitos culphi cum galeis et gentibus nostris eis commissis in Boianam, ut guerizent et damnificent viriliter inimicos nostros, et provideant cum omni solicitudine pro victualia deferenda in Scutarum, que destinavimus cum aliis navigiis ad illas partes pro subventione dicti nostri loci Scutari, intra ipsum locum conducantur et ponautur. Habent etiam predicti nostri barchas et ganzarolos ordinatos et missos per nos ad eorum obedientiam ad faciendum et exequendum mandata nostra, tam in mittendo et faciendo conduci ad vos victualia et res alias illuc missas quam in guerizando bene viriliter contra emulos nostri dominii, ut premissum est. Et tenemus firmiter, quod

ante receptionem presentium providerint et destinaverint ad vos de rebus predictis iuxta mandata nostra; et ulteris etiam de novo mittimus de aliis victualibus, mandantes strictissime eisdem capitaneo et provisoribus nostris, quod provideant omnino prestissime illa ad vos destinare. Continuabimusque opportune ad providendum ad omnia necessaria, et faciemus de aliis sufficientibus et utilibus provisionibus ad bonam conservationem illius nostri loci et fidelium nostrorum de inde. Quas ob res fidelitati vestre scribimus et mandamus, quatenus debeatis esse vigiles, atenti et bene soliciti ad conservationem dicti loci nostri Scutari, et stare ad invicem bene uniti, et omni hora et tempore parati cum animo ferventi ad faciendum et exequendum facta nostra, prout de virtute vestra plene confidimus, ne possint respectu aliquo recipere incomodum, sinistrum neque tarditatem ullam, debeatisque providere ad necessaria, prout cognoveritis expedire, experimentando etiam vos a parte vestra de faciendo cum pecunia et aliter, prout vobis videbitur, illuc conduci per vias terre de victualibus per omnem modum possibilem. Nam in talibus casibus conducuntur per homines super humeris et aliter qualitercunque. Mittimus insuper de brevi ad sufficient'am de nostris gentibus armigeris tam equestribus quam pedestribus, quod debeatur tenere secretum apud vos, et faciemus illas utiles et prestas provisiones, que nobis videbuntur, pro conservatione locorum nostrorum de inde ad honorem et statum nostri dominii. De parte 80, de non 0, non sinceri 3.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. c. 84 e tergo, u mlet. arkivu.

God. 1423. 2. siečnja, u Mletcih.

Mletčani odredjuju poslati još vojske i brodova na pomoć Skadru.

1422. 2. ianuarii. Cum sit penitus necessarium providere de succurrendo civitati nostre Scutari ob strictos terminos, in quibus consistit... vadit pars, quod... detur libertas collegio destinandi ad partes Scutari usque quadringentos equites... insuper a ducentis in trecentos pedites... conducendi etiam de novo strenuum virum Nicolaum de Tolentino... Ordinetur insuper quod debeant armari quatuor brigantini.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 85, u mlet. arkivu.

God. 1423. 7. siečnja, u Mletcih.

Odlučeno, da se za sada obustavi odpremanje vojske na pomoć Skadru, koj je slobodan uslied pobjede održane nad vojskom srbskoga despota.

Quia sicut est notum, principalior causa, propter quam deliberatum est mittere gentes armigeras et facere alias provisiones ad partes Albanie cum tanta celeritate fuit pro succurrendo civitati nostre Scutari, que tenebatur obsessa per gentes despoti Raxie, et maximo periculo subiacebat; sed per nova, que modo habentur, et propter victoriam habitam per gentes nostras, exercitus despoti sit positus in fugam et levatus ab obsidione Scutari, et illi civitati nostre data sit subventio victualium et aliarum rerum per modum, quod non est ita dubitandum de illo loco,

sicut primo dubitabatur; et per consequens non est opus tanta celeritate ad istas provisiones, sicut erat primo, et sit res laudabilis providere secundum conditiones et mutationes rerum et temporum; vadit pars, quod nunc supersedeatur et differatur ad mittendum gentes armigeras ad illas partes donec per istud consilium aliter fuerit terminatum, quia infra paucos dies habebuntur nova de successibus et conditionibus rerum illarum, et forte habebuntur modi et proponentur provisiones utiles et comode pro honore nostri dominii et conservatione partium illarum absque tanta expensa et interesse nostri dominii.

Et ut non amittatur tempus ad dandum principium provisionibus utilibus ad hoc factum, expediatur quanto prestius sit possibile nobilis vir ser Andreas Marcello, qui vadit ad Juanum Castrioti sicut captum est in isto consilio, cui etiam commitatur, quod debeat tractare et procurare per omnes vias et modos sibi possibiles de reducendo alios dominos et nobiles illius contracte ad nostram obedientiam cum illis provisionibus et promissionibus, que deliberabuntur per istud consilium ante suum recessum, intelligendo se cum rectoribus nostris Scutari, ut non tractetur una eadem res per duas manus, sicut dabitur eis in commissione ante recessum ipsius ser Andree.

Insuper ex nunc sit captum quod pro meliori executione nostre intentionis et conservatione civitatis nostre Scutari mittantur pedites centum pro reformando gentes, que diu ibi steterunt, sicut fuerit opportunum.

Item pro subventione et conservatione Scutari mittantur quanto prestius sit possibile staria triamillia milley, et pro subventione stipendiariorum nostrorum in Scutaro existentium, ac etiam ut illi nostri rector et provisor possint se fulcire bladis et aliis victualibus, mittantur ducati III. M., de quibus debeant facere subventionem stipendiariis nostris et fulcire se victualibus et rebus opportunis pro conservatione illius civitatis. De parte 44, 59; de non 2; non sinceri 3, 9.

Secreta consilii rogatorum, VIII. c. 86 tergo, u mlet. arkivu.

God. 1423. 28. siečnja, u Mletcih.

Republika tuži se s Dubrovčani, što proti njoj tajno rade.

1422. die 28. januarii. Cum ob ea, que procurant et tractant Ragusei, secundum informationes habitas, contra statum et loca nostri dominii ad damnum et incomodum nostrum et subditorum nostrorum, sit sapiens res, dare sibi noticiam per vivam vocem de his, que sentimus et habemus superinde, ut ipsi scientes nos habuisse noticiam de predictis, causam habeant cessandi et retrahendi se a tali proposito; vadit pars, quod fiat commissio nobili viro ser Petro Polani supracomito nostro culphi in hac forma, videlicet:

Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro Petro Polani dilecto civi nostro, supracomito nostro culphi, quod in ista via tue reversionis ad exequendum mandata nostra, debeas te conferre Ragusium, et presentatis nostris literis credulitatis, quas tibi fecimus exhiberi, illi regimini Ragusii, ac facta sibi salutatione

cum illis verbis, que tibi pertinentia videbuntur, expones et dices parte nostri dominii, quod habuimus iam diu informationes, ipsos Raguseos procurasse et tractasse, ac procurare et tractare in partibus Dalmatie et Albanie contra statum nostrum et loca nostri dominii, et fecisse descendere dominum despotum et gentes suas ad damna nostra, quod dudum nequivimus nec voluimus credere ullo modo, nec prebere aures. Sed modo sumus plenarie et optime informati, nec egemus alia claritudine, dictas informationes datas nostro dominio extitisse et esse veras, quod nobis displicuit et displicet vehementer, prout debet, et habuimus et habemus grandem admirationem, maxime considerato, quod suos Raguseos in locis et terris nostris conversantes et declinantes fecimus et facimus, prout sciunt, favorabiliter tractari et amicabiliter expediri. Et propterea eos requirimus, quatenus velint cessare et se removeri a tali proposito, ne habeamus causam gravandi nos de eis. Audita autem et habita responsione sua, debeas accepto comeatu ab eis inde recedere, et dirrigere viam tuam versus Boianam ad inveniendum capitaneum et provisores nostros culphi mittendo nobis distincte et ordinate per tuas literas responsionem, quam habueris ab ipsis Raguseis, per galeam bembam venturam Venetias ad disarmandum, et per omnem aliam viam, quam prestiorem haberes. De parte 77, de non 4, non sinceri 6.

Secreta consilii rogatorum, VIII. 87, u mlet. arkivu.

God. 1423. 28. siečnja, u Mletcih.

Naputak za poslanika idućeg k Ivanu Kastriotiću, da ga na mletačku stranu privede.

1422. 28 ianuarii. Cum dominus Juannus Castrioti, unus ex dominis Albanie, qui confinat cum castro nostro Alexii, et est propingvus comitatui nostro Scutari, nuper suas litteras scripserit nostro dominio, quas presentavit nuntius suus, quod dictus dominus Juanus senserat, quod nostra dominatio ei invidebat, quia se reperiebat cum domino despoto, et quia miserat filium suum ad dominum despotum, et hoc non fecerat nisi pro bono loci nostri Alexii, prout in litteris eius lectis isti consilio continetur ... et subiunxit oretenus dictus nuntius ultra continentiam dicte litere, quod Juanus est paratus sucurrere loco nostro Scutari, qui potius vellet nostrum dominium in dictis partibus dominari quam dominus despotus, sed vellet habere a nostro dominio illum honorem, quem habuit comes Nicheta; et consideratis conditionibus, in quibus se reperit civitas nostra Scutari, necessarium sit ... mittere ad Juanum unam personam fidam et per modum secretum et more mercatorio, ut requirit; ex nunc sit captum, quod collegium habeat libertatem mittendi ad Juannum unam personam fidam et secretam ... cum comissione infrascripta:

Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum et cet. Comittimus tibi nobili viro Andree Marcello dilecto civi nostro, quod cum nostris literis credulitatis ire debeas noster ambassiator ad presentiam domini Juani Castrioti; et ut ad eum secrete ire possis, volumus, quod vadas

ad locum nostrum Alesii, et cum ibi fueris, fingens ivisse tanquam mercator, debeas providere de dando notitiam presto dicto Juano de adventu tuo, et quod tu habes in mandatis a nobis essendi secum super continentia literarum suarum, et super his, que nobis exposuit oretenus suus ambassiator. Et pro tua informatione tibi dari fecimus copiam literarum dicti domini Juani, quas scripsit nostro dominio; ultra quarum continentiam ambassiator suus nobis dixit, quod dictus dominus Juanus volebat esse noster bonus amicus, et succurrere civitati nostre Scutari. Et si dictus dominus Juanus erit contentus, quod vadas ad presentiam suam palam vel occulte, ire debeas et sequi secundum quod inter vos fuerit ordinatum. Et cum fueris ad presentiam suam, presentare debeas nostras literas credulitatis, et eundem nostri parte salutare, et offerre nostrum dominium ad honores et beneplacita sua cum verbis pertinentibus et necessariis, et postea dicere, quod scripsit nostro dominio literas suas datas vigesimoquarto novembris, per quas nostro dominio significabat, quod intellexerat, quod eidem invidebamus, quia miserat ad dominum despotum filium suum, et quod hoc fecerat pro bono nostro et loci nostri Alesii et cet. sicut videbis in copia tibi data contineri. Et subiungere, quod erga suam magnificentiam nullam invidiam habemus, et eundem et honorem suum semper amavimus et amamus, quia dictum dominum Juanum semper habuimus in bonum et carum amicum nostrum, et sic habere intendimus in futurum. Et tenemus firmiter, quod illud, quod fecit in mittendo filium suum ad dominum despotum, fecerit ad bonum finem et cum bona intentione ut scripsit, quia a nostro dominio nunquam recepit aliquam displicentiam, ymo semper optavimus honorem et comodum suum et quietem subditorum suorum, quos tanquam nostros proprios tractari fecimus. Et quia in dictis suis literis continetur, quod intendit esse bonus amicus noster, et ambassiator suus dixit, quod in complacentiam nostram paratus erat sucurrere nostre civitati Scutari, si erga eum faciemus ea, que sint in honorem suum, debeas dicere, quod, sicut ei notum est, subventio data est civitati nostre Scutari, et videmus non esse necessarium pro nunc ut succurrat dicte civitati, sed acceptamus dictam sum oblationem, quia sumus certissimi, quod si occurret casus, semper inveniremus eum optime paratum et dispositum ad succurrendum dicte civitati, et faciendum illud, quod dicit.

Et quia habuimus informationem, exercitum despoti se levasse, si in applicatione tua sentires, exercitum despoti iterato rediisse ad obsidionem Scutari, et gentes dicti domini Juani in campo dicti despoti esse, debeas dicto domino Juano dicere, quod ut videamus hanc suam bonam intentionem, eundem dominum Juanum rogamus, quod velit revocare gentes suas, que sunt in campo despoti et aliorum dominorum de inde, si possibile erit, ostendendo dicto domino Juano pericula, ad que subiacet, et etiam alii domini circumstantes, si dictus dominus despotus dominaretur in partibus illis; et circa hoc debeas facere omnem possibilem experientiam cum illis pertinentibus verbis et rationibus, que tue discretioni videbuntur. Et si hoc obtinere poteris, bene quidem; quando autem videres hoc obtinere non posse, et cognosceres in locutionibus, quas cum dicto domino Juano haberes, quod necessarium foret eidem domino Juano

aliquam promissionem facere pro honore suo, ut revocaret gentes suas, damus tibi libertatem possendi promittere singulo anno de provisione dicto domino Juano ducatos centum et duas vestes.

Si vero in applicatione tua invenires, gentes suas non esse cum gentibus domini despoti, nec eundem esse dispositum illas velle mittere in subsidium suum, ut dictus dominus Juanus cognoscat optimam intentionem nostram erga eum, sumus cententi, quod eidem possis promittere ducatos centum et duas vestes de provisione in anno, promittente eo esse fidele nostro dominio, et cum gentibus suis, si necessarium foret, succurrere civitati nostre Scutari nunc et in futurum.

Si vero in dicta tua applicatione invenires, eundem dominum Juanum fuisse et esse in concordio cum capitaneo et provisoribus nostris, non debeas dicto domino Juano suprascriptam promissionem facere nec aliquod super hoc dicere, quia volumus ei observare facere ea, que sibi promisissent capitaneo et provisores nostri.

Si vero in accessu tuo invenires, gentes domini Juani de novo esse cum gentibus domini despoti contra Scutarum, et videres, quod pro obtinendo intentionem nostram ad inducendum eum ad removendum gentes suas, necessarium esse maiorem provisionem annualem dare dicto domino Juano, damus tibi libertatem possendi promittere dicto domino Juano usque ad summam ducatorum ducentorum in anno et duas vestes.

Quando autem applicueris in Alexio, antequam intres in aliqua pratica cum dicto domino Juano, debeas scribere capitaneo et provisioribus applicationem tuam, et ab eis persentire terminos et conditiones pratice, in qua essent cum dicto domino Juano. Et si dictus capitaneus et provisores ad concordium devenissent cum dicto domino, non debeas ad aliquam praticam secum intrare, sicut superius tibi committimus. Si vero ad nullam conclusionem cum dicto domino Juano devenissent, debeas a dicto capitaneo et provisoribus te informare de pratica predicta. Et habita informatione dicte pratice a dicto capitaneo et provisoribus, debeas cum dicto domino Juano praticare aut ea, que praticabantur per dictos capitaneos et provisores, aut ea, que tibi superius committimus prout videbis utilius fore pro agendis nostri dominii.

Si vero dictus dominus Juanus nolet, ut ires ad presentiam suam, ut hec facta magis secrete tractentur, et vellet, quod esses cum aliquibus ex suis, placet nobis, quod cum suis esse debeas, ut hec, que tibi committimus, magis secrete praticentur, cum quibus procurare debeas nostram intentionem obtinere, sicut faceres cum dicto domino Juano, prout superius tibi committimus. Fecimus tibi dare panos decem quarantinos et unam petiam pani fistichini fini et brachia . . . . scarlati ut possis ostendere, quod ad dictas partes vadas tanquam mercator, et damus tibi libertatem dictum scarlatum et mediam petiam dicti pani fistichini donare dicto domino Juano, et quatuor petias illorum quarantinorum dare et donare aliis ex hominibus dicti domini Juani aut in principio aut in medio aut in fine dicte pratice, sicut tibi melius videbitur. Alias autem sex petias quarantinas et aliam mediam peciam fistichini dare et consignare debeas nostro capitaneo, quia ei dabimus in mandatis, quid de dictis panis agere habeat. Fecimus autem tibi dare

ducatos mille, volentes, quod de dictis ducatis mille in Alexio emere debeas tantam quantitatem frumenti, quantam emere poteris pro dictis ducatis mille, quod frumentum mittere debeas Scutarum pro subventione civitatis predicte. Et quia misimus capitaneo nostro culphi ducatos duos mille, ut emeret frumentum et alia necessaria pro subventione et succursu civitatis Scutari, et postea alios mille, ut subveniret hominibus barcharum, et de residuo emeret necessaria pro subventione Scutari, dicto capitaneo scripsimus, ut illos denarios, qui restarent in manibus suis de dictis denariis, tibi mittere debeat, volentes et fidelitati tue mandantes, quatenus omnes illos denarios, quos tibi mittet dictus capitaneus, expendere debeas in frumento ultra dictos ducatos mille tibi consignatos, quod frumentum similiter mittere debeas Scutarum pro subventione civitatis predicte.

Habere debeas pro tuo salario et expensis ducatos ducentos pro primis tribus mensibus, ducendo tuis salario et expensis duos famulos, quos ducatos ducentos habuisti; et si stares ultra menses tres, habere debes ab inde ultra ducatos quinquaginta in mense et ratione mensis, stando omnibus tuis expensis, et habere debes passagium eundo et redeundo ad expensas nostri communis. De parte omnes alii, de non 0, non sinc. 3.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. c. 88, u mlet. arkivu.

God. 1423. 28. siečnja, u Mletcih.

Nalaže se providuru u Kotoru, neka ugovara sa Gjorgjem Juras jedino u smislu prvog naputka.

1422. die xxviii januarii. Quod scribatur ser Marco Barbadico provisori Catari in ista forma:

Per literas nostras datas die vigesimo quarto mensis decembris elapsi vobis cum nostris cosiliis rogatorum et addicione scripsimus et mandavimus, quatenus circa praticam, quam tenebatis cum Georgio Juras pro reducendo eundem ad obedientiam nostri dominii, procuraretis dictam praticam omni industria et solicitudine perducere ad conclusionem; et quando videretis illam non posse concludere, quia peteret aliud, dedimus vobis libertatem, ut melius valeretis concludere, quod perveniente Antivari et Genta superiori sub potestate nostri dominii, possendi dictum locum Antivari et Gentam superiorem eidem Georgio promittere et cet., sicut in dicto nostro mandato continetur. Nunc vero per presentes cum dictis nostris consiliis revocantes predictum ultimum nostrum mandatum vobis factum de loco Antivari et Genta superiori, nullam praticam facere debeatis, sed solum cum eo sequi debeatis primam praticam vobis commissam, prout a nobis primo, quando de Veneciis recessistis, habuistis in mandatis. Et si iam principiavissetis dictam praticam Antivari et Gente superioris, debeatis vos retrahere a pratica predicta quantum honestius facere poteritis. De parte alii, de non 4, non sinceri 3.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. c. 89 tergo, u mlet. arkivu.

God. 1423. 6. veljače, u Sutiski.

Ugovor medju Mletčani i bosanskim kraljem.

Pacta et compositiones celebrate et firmate cum illustri domino Stefano rege Rassie, Bossine etc. Nos Stefanus Thuerticus dei gratia Rassie, Bossine, partiumque maritimarum rex etc. Perche oramay al spectabel et egregio homo miser Zan Zorzi ambassiador del serenissimo et excellentissimo segnor miser Thoma Mocenigo per la dio gratia inclito doxe de Veniexia e del comun de Veniexia, el qual de so commandamento e stato ala presentia nostra, e per le pratiche insembre fate et habude avertamente per patente nostre letere bollade e dade soto el castel nostro de Visocho MCCCCXXII di XXI decembre, havemo demostrado l amor, la dilition e la bona amicicia, la qual nuy havemo et intendemo de haver e de observar cum el prefato miser lo doxe, el comun de Veniexia, la qual in dio amistade have la bona memoria del ser. re Thvertico padre e precessor nostro cum el prefato miser lo doxe e el comun de Veniexia. E perche intro le altre cose, che ne expoxe el predicto miser Zan Zorzi ambassiador per parte del prefato miser lo doxe e del comun de Veniexia, a nuy cum grande instantia e solicitudine expoxe, che per contemplacion del dicto serenissimo miser lo doxe e del comun de Veniexia el ne plasexe si fatamente proveder, e quelli remedii far, i qual a nuy paresse boni e necessarii, e per modo che l amor e la dilicion e la bona amicicia, la qual e intro le parte, de di in di habia a crescer e moltiplicar. E azo che i subditi e i fideli nostri e subditi e i fideli del prefato miser lo doxe e del comun de Veniexia liberamente e seguramente ad insembre possano conversar in le terre e in li luogi de entrambe le parte cum tute suo mercadantie e beni. Exponandone el dicto ambassiador, che el conte Zuhane de Citines e quello, che impaza questo, e fa piar e derobar i subditi e i fideli de entranbe le parte per modo, che algun non olsa vegnir in lo nostro regno, ni del nostro regno andar ale terre e luogi del dicto miser lo doxe e del comun de Veniexia. E sforzandose el dicto conte Zuhane de infrinzer e romper l amor, la dilicion e la bona amicicia, la qual e intro le parte, pregando el dicto ambassiador la nostra maiestade, che ne plasesse, azo che i subditi e i fedeli de le parte adinsembre possano conversar in le terre e in li luogi de le parte cum le so mercadation e beni, come e dito, et azo che la bona amicicia, la qual have la bona memoria del serenissimo re Thvertico padre e precessor nostro cum el prefato miser lo doxe el comun de Veniexia, etiandio per nuy sia habuda e conservada, e in lo avegnir se acrescha, andar contra el conte Zuhane de Citines e i luogi suo, perche desponando la nostra regal maiestade far questo, et andar contra el dicto conte Zuhane de Zitines e i luogi suo cum potente exercito, over mandar potente nostro exercito, el ne promete per nome del prefato miser lo doxe e del comun de Veniexia, chel dicto miser lo doxe, el comun de Veniexia dara e contribuera de le terre e luogi de Dalmatia quella zente, la qual sera zusta e raxonevolle. E sel seguira la destrucion del dicto conte Zuhane de Zitines e la occupation di so castelli e luogi, vol e domanda per nome del dicto miser lo doxe e del

comun de Veniexia, che nuy dagimo al prefato serenissimo miser lo doxe e al comun de Veniexia el castel de Clixa cum i suo confini e terreni, el castel de Dalmissa e la Montagna di Polizani cum i suo confini e tereni, e tuti altri tereni, i qual fosse occupadi per el dicto conte Zuhane e per quelli de Dalmissa e per quelli de Poliza e per chadauny altri, i qual fosseno de la iurisdition de Spalato e di altri luogi del dicto miser lo doxe e del comun de Veniexia liberamente. Tuti altri veramente castelli, terre e luogi, i qual se aquistasseno del dicto conte Zuhane de Zitines, fosse de la nostra regal maiestade liberamente. Per la qual cossa considerando, quanto importa le cose narade e saviamente cum solicitudine et efficaze raxon a nuy exposte per el dicto miser Zan Zorzi ambassador per nome del prefato miser lo doxe e del comun de Veniexia, havemo voiudo haver fra nuy longo tempo bona advertentia e consideration. E considerando le cosse, che sono da considerar, revolzando in la mente l amor, la dilicion e l amicicia, la qual nuy havemo al dicto miser lo doxe e al comun de Veniexia, e in lo avegnir molto plu disposti de conservarlla e di acrescerlla, havemo deliberado e volemo de bon anemo e sincero cor, non guardando ad alguna cossa, la qual a nuy per questo ne podesse vegnir in quelle cosse, le qual a nuy para zuste et honeste, cum honor nostro poder far, complaxer a quello miser lo doxe e al comun de Veniexia. E cosi per lo tenor de le presente nostre letere semo convegnudi cum el predicto miser Zan Zorzi ambassiador per nome del prefato miser lo doxe e del comun de Veniexia, e union havemo fato in questo modo videlicet. Quod in dei nomine, nuy prometemo al predicto spectabel homo miser Zan Zorzi ambassiador del prefato serenissimo et excellentissimo segnor miser Thoma Mozenigo per la dio gratia inclito doxe de Veniexia per nome del dicto miser lo doxe e del comun de Veniexia, che da mo fina pasqua de la resuretion del nostro segnor Jesu Christo MCCCCXXIIII vigneremo cum potente nostro exercito, over manderemo potente nostro exercito contra el conte Zuhane de Citines e i luogi suo, commenzando dal castel de Clisa, domentre chel prefato miser lo doxe, el comun de Veniexia manda la zente soa, come e dito, in quello numero, che sia zusto et honesto, como a nuy promete el dicto ambassiador per nome del dicto miser lo doxe e del comun de Veniexia. E se desponeremo andar contra el conte Zuhane de Citines e i luogi suo avanti el tempo de sora expresso, daremo notitia al prefato miser lo doxe e al comun de Veniexia, azo chel possa al tempo, in lo qual nuy ordeneremo e desponeremo far questo, mandar la so zente a i luogi per le parte ordenadi, et evegnando la destrucion e la occupation di castelli, terre e luogi del dicto conte Zuhane de Citines, semo contenti e volemo, chel prefato miser lo doxe, el comun de Veniexia, liberamente habia senza alguna contradiction et obstaculo el castel de Clixa cum tuti suo terreni e confini, e tutti altri terreni, i qual fosseno stadi occupadi per el dicto conte Zuhane de Citines e per quelli de Dalmissa e per i Polizani e per chadauni altri, i qual forseno de la jurisdition de Spalato over de algun altro luogo del dicto miser lo doxe e del comun de Veniexia. Tuti altri veramente castelli Dalmissa, Zazvuna, Sfin, Travinich e la Montagna di Polizani, i

qual sono del dicto conte Zuhane de Citines, et tuti altri suo castelli e luogi, i qual se aquistasseno per le zente de entranbe le parte, sia e liberamente romagna senza alguna contradition et obstaculo ala nostra regal maiestade. E cosi ne promete et a promesso el predicto miser Zan Zorzi ambaxiador del prefato miser lo doxe e del comun de Veniexia per nome del dicto miser lo doxe e del comun de Veniexia, chel prefato miser lo doxe el comun de Veniexia fara et observera integralmente tutte le cosse, che se contien de sora. E per mazor execution de le predicte cosse zurassemo entrambe le parte ad sancta dei evangelia, como se contien de sora, observar e far observar integralmente. In fede delle qual cosse commandassemo le presente lettere esser fate, e dela bolla del nostro mazor sigillo esser bollade. — Data in lo nostro borgo de Sotischa MCCCCXXIII die VI mensis februarii, indictione prima.

Commemoralium XI. c. 88, u mlet. arkivu.

God. 1423. 6. veljače, u Sutiski.

Ivan Georgio mletački poslanik u Bosni proglasuje pogodbu sklopljenu sa bosanskim kraljem.

Nos Johannes Georgio ambasciator serenissimi et excellentissimi domini domini Thome Mocenigo dei gratia incliti ducis Venetiarum etc. et comunis Venetiarum. Cupientes, quod amor, dilectio et bona amicitia ac unio, que est inter serenissimum et excelentissimum dominum dominum Stephanum Thuerticum dei gratia Rassie, Bossine partiumque maritimarum regem etc. et prefatum serenissimum et excellentissimum dominum dominum Thomam Mocenigo dei gratia inclitum ducem Venetiarum etc. et comune Venetiarum, crescat et multiplicet, harum presentium tenore facimus manifestum, quod ad suprascriptas conventiones et unionem devenimus cum dicto serenissimo domino rege nomine et vice dicti serenissimi domini ducis et comunis Venetiarum. Quas quidem fieri fecimus per duas manus uniusmet sostantie et effectus, unam videlicet in ydiomate schiavo per manum viri sapientis Restoe Milochna cancelarii dicti serenissimi domini regis, alteram literali sermone per Johannem de Bonisio notarium nostrum, bullatam bulla sancti Marci, datum millesimo, die et indictione suprascriptis. Tenor autem conventionis et unionis est ut superius continetur: Nos Stephanus Thuerticus dei gratia Rassie, Bossine partiumque maritimarum rex etc.

Commemorialium, lib. XI. c. 88, u mlet. arkivu.

God. 1423. 7. ožujka, u Mletcih.

O izboru i plaći zadarskoga kneza.

1423. die septimo marcii. Capta: Quod comes Jadre nunc elligendus habere debeat de salario in anno et racione anni ducatos mille auri pro ista vice tantum, sicut habebat ducatos octingentos, et fit cum omnibus aliis condicionibus solitis, et teneatur respondere infra terciam diem, et recedere infra dies viginti, postquam acceptaverit. Et si accep-

tavit, non possit postea refutare sub pena ducatorum quingentorum auri, sed teneatur ire ad ipsum terminum sub eadem pena, et non possit ei elongari terminus nec fieri gratia aliqua de pena, ad quam caderet, nec presens pars revocari, suspendi vel declarari sub pena ducatorum ducentorum pro quolibet consiliario vel alio ponente vel consenciente partem in contrarium. Et sic procedatur de pena in penam usque ad infinitum. De parte alii, de non 18, non sinceri 2.

Maggior consiglio. Liber Ursa c. 45, u mlet. arkivu.

God. 1423. 16. ožujka, u Mletcih.

Naputak za vrhovnoga kapetana pomorskoga.

1423. die 16 mensis martii. Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum et cet. Committimus tibi nobili viro Francisco Bembo militi, dilecto civi et fideli nostro, ituro de nostro mandato capitaneo generali culphi, quod in bona gratia cum galeis nostris culphi tibi commissis recedendo de Venetiis debeas te presentare Jadre pro conforto rectorum et comunitatis Jadre, et deinde recedens solicitare debeas iter tuum versus partes Scutari; sed in via tua eundo volumus, quod declines ad civitatem nostram Catari et . . . provisori nostro Catari presentes literas nostras, quas eidem mittimus et tibi consignavimus, dictum provisorem hortando et comunitatem nostram Catari ad ea, que concernant honorem nostrum et bonum et securitatem dicte civitatis cum illis utilibus verbis, que tue sapientie videbuntur.

Et expeditus de Cataro, de quo loco recedere debeas quam prestius poteris, viam tuam solicitare debeas versus Dulcignum, et provisorem et comunitatem dicti loci similiter hortari debeas ad bonam perseverantiam in fidelitate nostri dominii, ostendendo eis quantum nostrum dominium dictam comunitatem habet et tenet fidelem nostro dominio cum verbis pertinentibus et necessariis.

Et recedendo de Dulcigno, intrare debeas Boianam, et ire ad sanctum Serzium, ubi invenies nobilem virum Nicolaum Capello capitaneum nostrum culphi, cui debeas literas nostras, quas sibi mittimus, presentare, per quas ei mandamus, ut inde recedat, et cum galea sibi commissa et galea Barba venire debeat Venetias ad disarmandum, et mittat in Cretam ad disarmandum galeam Polanam. Tu autem cum galeis nostris tibi commissis remanere debeas ad sanctum Serzium pro securitate civitatis nostre Scutari et locorum nostrorum de inde; et damus tibi libertatem de reducendo ad obedientiam et fidelitatem nostram populos subiectos comitatui nostro Scutari et nobiles de inde, et similiter illos, qui essent sub iurisdictione Dulcigni, qui essent inobedientes, cum illis modis et promissionibus, que tibi videbuntur utiles et fructuose, ut contractas predictas sub fidelitate et obedientia nostra conservare et tenere possimus.

Insuper tibi declaramus, quod deliberavimus mittere ad partes Scutari certam quantitatem gentium equestrium; et ut dicte gentes cum securitate descendere possint ad sanctum Serzium, relinquimus in libertate tua faciendi unam bastitam a latere sancti Serzii, in casu quo tibi videatur dictam bastiam fore construendam, que bastita sit fortis, ut

gentes nostre possint in illa habitare Et pro constructione dicte bastite licet de inde reperies lignamina ad sufficientiam, tamen tibi mittimus claves albeti. lx, tabulas albeti. MCC, muralia ducenta et quinquaginta, barilia quinque clavorum, miliaria duo ferri in fassis duobus, et vergetas novem ferri.

Et ut dictam bastitam celeriter possis facere percompleri, relinquimus in libertate tua retinendi alias galeas nostras culphi per sex vel octo dies ad longius, si tibi videbitur, quod sit necessarium illas retinere post applicationem tuam, ut cum hominibus dictarum galearum possis ad complementum dicte bastite attendere et attendi facere. Et est nostra intentio, quod ad ordinem dandum constructioni dicte bastite, si deliberabis illam fieri facere, audias opinionem et parere ser Nicolai Capello capitanei culphi tui precessoris et Marci Barbo et Petri Polani provisorum, et nichilominus deliberes, sicut tibi videbitur. Nam dicto ser Nicolao et Marco scribimus, quod ad omnem tuam requisitionem pro constructione dicte bastite remanere debeant sex vel octo diebus, sicut fuerit expediens.

Insuper damus tibi libertatem possendi praticare et experiri, si posses reducere ad obedientiam nostram loca Drivasti et Antibari cum districtibus suis, et eos removere ab obedientia domini despoti; et similiter illos de la Xaboiana, qui non venissent ad obedientiam nostram, utendo illis bonis viis et modis. qui tue sapientie videbuntur. Et quia securitas locorum nostrorum de inde consistit pro maiori parte in habendo ad obedientiam nostram illos nobiles de inde tam vicinos locis nostris quam illos, qui sunt subiecti dictis nostris locis, damus tibi libertatem possendo promittere Juano Castrioti de provisione in anno ducatos trecentos, promittente dicto Juano de non essendo contra nostrum dominium; et Coie ducatos ducentos, promittendo similiter de non essendo contra nostrum dominium; et Tanus magno et Tanus parvo ducatos centum in anno pro quolibet, et alios trecentos restantes usque ad summam ducatorum mille, possis dividere inter alios nobiles de inde secundum conditiones eorum, dando unicuique illud, quod tibi videbitur de provisione in anno, ut habeant causam perseverandi in obedientia et fidelitate nostri dominii, quos solvi volumus predictis de introitibus nostris Scutari loco illorum mille ducatorum, quos soliti eramus dare Balse. Sed quia misimus ad Juanum Castrioti ser Andream Marcello in nostrum ambassiatorem cum libertate possendi ad concordium cum dicto Juano pervenire, si dictus ser Andreas secum devenisset ad concordium, volumus, quod dictum concordium serves, et nullam aliam promissionem dicto Juano facias; declarantes tibi, quod causa, propter quam volumus denarios suprascriptos expendere in predictis, est, quia volumus, quod remanerent in nostro comuni pro maiori parte pronie et territoria nostra de inde pro utilitate nostri comunis.

Et quia Pamalioti et alii certi de inde venerunt ad obedientiam nostram, et multum fuerunt favorabiles, ut obtineremus intentum nostrum ad succurrendum civitati nostre Scutari, volumus, quod predictos debeas humane et dulciter pertractare, et eos in his, que per te fieri poterunt, habeas recommissos; denotando tibi, quod misimus ad manus ser Nicolai

Capello certos pannos distribuendos et donandos illis de inde, qui venerant ad obedientiam nostram. Et propterea si omnes dictos pannos non distribuisset, fac tibi consignare illos, qui restarent, et illos dividas et dones illis de inde, qui tibi videbuntur pro bona executione negotiorum nostrorum tibi commissorum.

Insuper sicut scis habemus in civitate nostra Scutari certas gentes equestres et multos pedites, volumus, quod posita in ordine bastita sancti Sergii, si deliberabis illam construi facere, dimissis galeis nostris in bona custodia, ire debeas Scutarum, et simul cum comite et capitaneo ac provisore Scutari videre et examinare quantitatem gentium ballistariorum et peditum ac gentes equestres, que ibi sunt, et inter vos deliberare et terminare quantitatem necessariam ad custodiam et defensionem civitatis predicte, et illam quantitatem, quam terminabitis, debeatis retineri facere, retinendo sufficientiores et cassando insufficientes tam equestres quam pedestres, et mittendo nobis ordinate in scriptis conductas dictarum gentium, quas retinueritis et cassaveritis. Verum si vobis videretur, consideratis his, que de inde haberetis et sentiretis, de non cassando de dictis gentibus Scutari, relinquimus in libertate vestra illas retinendi. Sed dimissis ad custodiam Scutari illis, qui erunt necessarii, si tibi videbitur, alios venire facias ad bastitas, ut simul cum aliis gentibus nostris possint attendere et facere ea, que erunt necessaria pro honore nostri dominii et executione mandatorum nostrorum.

Volumus insuper, quod omnes gentes nostre tam equestres quam pedestres, donec eris in dictis partibus, esse debeant ad tuam obedientiam et mandatum. Sed tibi expresse mandamus, quod nullo modo cum dictis debeas equitare, sed stare debeas in galea ad bonam custodiam et gubernationem galearum tibi commissarum.

Insuper tibi mandamus, quod cum de inde applicueris, licentiare debeas barchas nostras Dalmatie, ut redeant ad loca sua ad disarmandum.

Volumus etiam, quod cum applicueris Dulcignum, debeas esse cum provisore dicti loci et examinare omnes illos, qui sunt rebelles, et possessiones suas et cuius conditionis sunt rebelles predicti, et cuius valoris sunt possessiones rebellium predictorum, et quid videretur tibi faciendum de possessionibus predictis et de dictis rebellibus pro bono et securitate terre nostre predicte, et de omnibus debeas nostrum dominium informare, ut habita informatione tua et dicti nostri provisoris, deliberare possimus sicut videbimus utile fore pro nostro dominio, pro bono civitatis predicte.

Insuper tibi mandamus, quod cum de inde applicueris, debeas homines ganzarolorum licentiare et eos mittere cum galeis venturis ad disarmandum Venetias, retinendo burclos cum uno capite pro uno quoque burclo, et cum opus fuerit dictos burclos operari, ponere debeatis in dictis burclis de hominibus galearum vobis commissarum, et quando occurreret, quod de inde recederitis, debeatis dictos burclos reduci facere Scutarum sive Catarum, ubi magis securi stabunt.

Fecimus caricari super galeis tibi commissis ducatos duomille in monetis, quos misimus ad manus tuas pro subventione danda Bianchino de Feltro et gentibus suis in partibus de inde. Et propterea dictos denarios

bene conservare debeas, et in nulla alia re expendere modo aliquo vel forma. Nam per dictum Bianchinum vobis scribemus quantitatem, quam de mense in mense ei dare debebis.

Insuper caricari fecimus super dictis galeis multas res ponendas in Scutaro pro munitione dicti loci, quas res studeas, quod cum integritate Scutarum conducantur.

Fecimus etiam super dictis galeis caricari badilia centum et zaponos septuaginta pro constructione bastite, si deliberabis illam construi facere, et etiam pro aliis rebus et laboreriis, que erunt necessaria. De parte omnes alii, de non 2, non sinceri 3.

Secreta consilii rogatorum, VIII. carta 96—97, u mlet. arkivu.

God. 1423. 16. ožujka, u Mletcih.

Upućuje se providur u Kotoru kako da sklopi mir sa srbskim despotom.

1423. die 16 marcii. Cum intellectis et consideratis contentis in literis nobis missis per nobilem virum ser Marcum Barbadico provisorem nostrum Catari, videamus et habeamus inter cetera, dictum nostrum provisorem ex ipsis habitis considerare et comprehendere, quod dominus despotus ad pacem contrahendam cum modis et conditionibus alias praticatis cum ipso domino despoto per dictum ser Marcum Barbadico condescendere vellet, quod, si posset habere locum, faceret valde consideratis considerandis, et etiam esset iuxta conceptum et dispositionem nostri dominii; vadit pars, quod scribatur eidem ser Marco Barbadico in hac forma, videlicet:

Informati ad plenum et bene distincte per literas vestras nuper habitas de reversione nuntiorum vestrorum transmissorum cum literis vestris ad dominum despotum, et de relatis ac habitis per eos, et de intentione, quam comprehenditis, ipsum dominum despotum habere veniendi ad pacem cum modis et conditionibus alias per vos praticatis cum ipso domino despoto, et etiam de dispositione vestra destinandi iterum ad predictum dominum despotum iuxta requisitionem suam illum Ostoiam nuntium vestrum habentem dicta causa eius salvumconductum et cet., ut in dictis vestris literis continetur, diligentiam et bonam solicitudinem vestram digne et merito commendamus, et consideratis premissis significatis et scriptis per dictas literas vestras, quia disponeremus semper nos honeste ad viam pacis, dicimus et ita cum nostris consiliis rogatorum et addicione fidelitati vestre scribimus et mandamus, quatenus cum illo habiliori modo, qui vobis videbitur, mittere debeatis ad presentiam ipsius domini despoti providum virum ser Marinum de Drusco, prout in dictis vestris literis nobis scriptis, de cuius fidelitate bene et ample confidimus, vel aliquem alium fidum et aptum, prout vobis videbitur, ut de intentione sua et de his, que dictum per ipsum aguntur, sitis bene informatus ad plenum. Et si idem Marinus vel alius noster fidus, quem mitteretis, reperiret predictum dominum despotum cum dispositione volendi venire ad pacem cum nostro dominio, prout nobis scripsistis, detis sibi libertatem in hoc casu, existentibus rebus in terminis et esse, quibus erant, quando fecistis praticam dicte pacis, possendi ipsam pacem concludere in modum infrascriptum, videlicet:

Quod pro conservando illam benivolentiam, fraternitatem et amiciciam, que continue per elapsum fuit inter progenitores dicti domini et nostrum dominium, et que per futura tempora inter dictum dominum et nostrum dominium augeatur continue, concludatur et fiat pax et concordium inter partes in hunc modum, videlicet: Quod dictus dominus teneat loca Drivasti et Antibari cum suis confinibus, et quod dominatio nostra teneat et possideat loca Dulcigni et Budue cum pertinentiis et districtibus suis et cum residuo Saboiane et civitatem Scutari cum districtu et pertinentiis suis et per illum modum quo dictam civitatem habuimus a quondam domino Georgio, vobis mittimus presentibus nostris literis introclusam pro vestra informatione, ut de contentis in illa possitis dare plenam informationem illi, quem destinabitis, et sibi committere, ut fuerit opportunum; cui etiam ordinare et comittere debeatis, quod circa dictam intentionem obtinendam debeat uti illis modis, verbis et rationibus, que pro bona executione fienda sue discretioni utiles et necessarie videbuntur. Committendo eidem, quod si facta omni intantia possibili veniendi ad suprascriptam conclusionem, nequiret dictam nostram intentionem obtinere, debeat de his, que fecerit, ac de intentione, quam comprehenderet ipsum dominum despotum habere, per suas literas vos distincte et ordinate informare, et vestrum expectare mandatum. Et in hoc casu volumus, quod, receptis dictis suis literis, debeatis ei rescribere in illa pertinenti forma, que vobis videbitur opportuna, et dare sibi libertatem possendi promittere dicto domino despoto ad partem ad partem, prout sibi melius et utilius apparebit pro nostro dominio, ducatos quingentos usque mille in anno de introitibus Scutari, prout dabamus quondam Georgio Strazimiri.

Si vero occurrisset, quod loca Drivasti et Antibari vel aliquis eorum pervenissent ad manus nostras vel perveniret antequam fieret conclusio cum dicto domino despoto, debeatis in dicto casu committere predicto, quem destinabitis, quod tractet et procuret, quod dicta loca remaneant nostro dominio cum districtibus et pertinentiis suis, faciendo omnem instantiam possibilem veniendi ad dictam conclusionem. Et quando hoc obtinere non posset, debeat per suas literas de omnibus, que habuerit, vos plenarie et distinte informare, expectando mandatum vestrum. Et in dicto dicto casu volumus, quod habitis dictis literis suis debeatis ei rescribere cum illis verbis, que vobis videbuntur necessaria, dando sibi libertatem promittendi pro loco Drivasti singulo anno a ducatis quadringentis usque sexcentos ultra summam a ducatis vc susque mille, quam promisisset, ut prefertur, et pro loco Antivari a ducatis trecentis in quadringentos.

Ceterum ut dictam nostram intentionem cum plenaria libertate et bene auctentice adimpleri et fieri facere valeatis, mittimus vobis sindicatum nostrum stipulatum et in publicam formam redactum superinde in personam vestram cum libertate et auctoritate substituendi procuratorem et seu procuratores circa dicta agenda et cet., prout in illo continetur distincte pro executione suprascripte nostre intentionis. De parte omnes alii, de non 2, non sinceri 3.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 95—96, u mlet. arkivu.

God. 1423. 23. ožujka, u Mletcih.

Predlog stavljen u vieću mletačkom o utvrdjenju Zadra.

1423. 23 martii. Cum sicut omnibus est manifestum civitas nostra Jadre cognita sit esse una bastita imo porta maritima Veneciarum et status nostri, et sic per progenitores nostros fuit continue reputata, sicut satis patet ex maximis guerris habitis circa recuperationem illius pluribus vicibus, quibus illam amisimus, in quibus magna pars sostantiarum civium nostrorum exhausta fuit ultra effusionem sanguinis et consumptionem personarum; et faciat pro honore nostro infinitis causis velut et casibus omnibus satis notis non stare ulterius in his terminis, sed est totis sensibus vigilandum ad fortificandum illam presto et taliter, quod nec nos nec posteri nostri ullo nunquam tempore habeant dubitare, quod per aliquem casum vel potentiam amittatur, et quod omnis malus conceptus et spes de mentibus emulorum nostrorum penitus auferatur, et ad hanc tam salutiferam et necessariam provisionem non sit habenda consideratio ad laborem aliquem vel expensam respectu tanti boni, quia per hanc viam dici poterit statum nostrum esse perpetuo assecuratum, et tenendo Jadram tenebitur tota Dalmatia, nec unquam poterit dubitari de guerra maritima; vadit pars, secundum opinionem et consilium omnium ingeniariorum, qui sciunt et sunt pratici in his rebus, et qui ad oculum viderunt et diligenter consideraverunt et examinaverunt omnia ista negotia, quod in nomine dei fieri et construi debeat unus murus ad transversum civitatis nostre Jadre, incipiendo a porta sancti Dimitrii sive Brusata, eundo recto tramite ad alium murum civitatis versus austrum, per cuius muri constructionem habebimus unam fortissimam citadellam, et in ea erit comprehensum et clausum castrum nostrum et catena et bucca portus; in qua citadella habitare debeat noster capitaneus et stipendiarii nostri equestres et pedestres ac nostri Veneti, et non aliquis civis vel paesanus. Et ut dicta citadella fiat in illa optima forma et fortitudine, que sit possibilis tam de muris quam de turribus et fossis per modum, quod de ea nequeat dubitari, et etiam cum quam minori expensa fieri poterit atque celeriter, quia in mora non est absque periculo, ordinetur et mandetur magistro Picino ingenerio nostro, quod ire debeat Jadram ad dandum ordinem toti huic laborerio, et ad inveniendum modum de apparatibus necessariis ita ut absque perditione temporis isto tempore novo detur principium huic operi.

Et quoniam ad istud tam utile et necessarium opus expedit de pecuniis providere, ne ipsarum defectu ista intentio impediatur vel defferatur, ex nunc captum sit, quod fieri et solvi debeat media pro centenario per omnes facientes de imprestitis ad provisores nostri communis in duobus terminis, videlicet, una quarta usque diem xv mensis aprilis proximi et alia quarta per totum mensem futurum junii, sub penis solitis. Et denarii, qui de hac impositione exigentur, non possint tangi nec expendi nisi solum pro isto opere sub pena ducatorum mille pre quolibet, qui aliter dispensaret aut ordinaret vel poneret partem in contrarium, de qua pena non possit fieri gratia, donum, remissio, suspensio, termini elongatio nec presentis partis revocatio sub eadem pena; que

pene committantur exigende per advocatores communis habentes partem ut de aliis sui officii. Et ut detur modus restitutionis dicte medie pro centenario, ex nunc sit captum, quod de primis denariis, qui exigentur ad officium nostrum extraordinarium de duabus et tribus pro centenario de anno futuro 1424, dicti extraordinarii dare debeant provisoribus nostri communis tantam quantitatem pecuniarum, quantam dicti provisores exigerint de ista media pro centenario, qui provisores teneantur et debeant restituere dictam mediam pro centenario de istis denariis, incipiendo restituere et restituendo per ordinem illis, qui primo solverint dictam impositionem.

Et quia ista media pro centenario non esset sufficiens ad tantum opus pro non dando gravitatem civibus nostris, ordinetur et captum sit, quod elapso mense septembris proximi accipi debeant de primis denariis, qui exigentur ad officium nostrorum extraordinariorum de duabus et tribus pro centenario, ducati vigintimilia, qui deponantur ad provisores nostri communis. Et non possint tangi, expendi nec dispensari in aliqua alia re quam in opere suprascripto sub penis et stricturis superius ordinatis de media pro centenario.

Preterea ut fiat completa provisio ad istud tam necessarium opus et ut ad illud solicite et cum modis debitis procedatur, eligatur de presenti per scrutinium in isto consilio unus solemnis provisor super hoc opere, qui sit per tantum tempus, donec dicta citadela erit in sufficienti et debita fortitudine. Et non possit accipi de aliquo officio nec de consilio de X. Respondeat statim vel cras ad tercias, non possendo refutare sub pena librarum ducentarum. Possit venire et stare ad consilium rogatorum, non ponendo ballotam nisi esset de consilio, et possit ponere partem et partes in dicto consilio, sicut sibi videbitur, pro omnibus ad dictum laborerium pertinentibus; habeat de salario pro toto isto opere ducatos octingentos in hunc modum, videlicet de presenti ducatos ducentos, et quando murus erit factus pro medietate per altitudinem supra terram ducatos trecentos, et quando erit completus cum fossis alios ducatos trecentos. Et debeat dictus provisor recedere, quando sibi mandabitur per dominium, et ire Jadram ad dandum ordinem simul cum magistro Picino ad omnia, que fuerint opportuna pro opere suprascripto, et ibi stare et solicitare, quod dictum opus celeriter et bene fiat secundum intentionem nostri dominii. Et etiam hic Venetiis, antequam recedat, debeat solicitare et attendere ad ea, que erunt necessaria mitti pro dicto opere. Et possit etiam, si sibi aliquando utile et necessarium videbitur, venire Venetias ad ordinandum et solicitandum ea, que fuerint opportuna, possendo, quando erit hic Venetiis, venire ad consilium rogatorum, et ponere partem super istis negociis, sicut superius dictum est.

Et ut dictus provisor melius et ordinatius attendere possit ad istud opus, deputeutur et eligantur duo superstites populares per collegium cum salario ducatorum ducentorum pro quolibet pro isto opere, qui debeant tenere computum ordinate omnium expensarum et aliarum rerum ad hanc materiam pertinentium, ac superesse et solicitare ad ipsa laboreria ad obedientiam et mandatum ipsius provisoris. Salaria autem tam provisoris quam superstitum solvantur de supradictis denariis ad dictum

laborerium deputatis, qui superstites habere debeant quartam partem dicti sui salarii ante tractum, et medietatem residui quando murus erit pro medietate factus, et residuum quando erit complctus, sicut de provisore dictum est. Et debeat provisor facere expensas oris superstitibus antedictis. De parte 23, de non 91, non sinceri 18.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. c. 99 tergo, u mlet. arkivu.

God. 1423. 4. travnja, u Mletcih.

Pastrovićani predaju se mletačkoj republiki, a ova jim potvrdjuje stare slobodštine.

In Christi nomine amen. Millesimo quadringentesimo vigesimo tertio, indictione prima, die quarto mensis aprilis, in galea magnifici et generosi militis domini Francisci Bembo pro serenissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum etc. honorabili capitaneo generali culphi etc. facta unione et consilio per infrascriptos nobiles Pastrovichios et eorum homines iuxta molendina eorum penes marinam ad hoc, ut concordium fieret; et optantes merum concordium facere cum prelibato serenissimo ducali domino Venetiarum etc. vel cum prelibato magnifico domino capitaneo nomine prelibati serenissimi ducalis dominii, et se prelibato serenissimo ducali dominio et eius imperio subicere, et eiusdem fideles esse, porrexerunt et dederunt hec capitula prelibato magnifico domino capitaneo, petentes iuxta ipsorum tenorem. Nomina quorum nobilium sunt hec, videlicet:

Dabisius Alechsig Pastrovich
Radich Michovich
Juannus Risavich
Juhanis Chiudis
Maticho Calogiugrevich
Novach Cervez
Petarz Glavas
Sorach Busanovig
Karnoy Novachovigh
Cagnos Bladenovig blisighuja
Vochota Dragovig
Radis Grubacevig
Zohan Bugliarevig
Novach Tomich

qui electi fuerunt per eorum consilium ut supra ad concordium fiendum et firmandum cum prefato magnifico domino capitaneo nomine prelibate serenissime ducalis dominationis Venetiarum etc. quorum capitulorum tenor talis est:

Primo, quod suprascripti nobiles per eorum consilium volunt sibi eligere rectorem annuatim, qui debeat confirmari per serenissimum ducale dominium ad eorum gubernationem et eis ius ministrandum tam in civilibus quam in criminalibus secundum antiquos eorum mores et statuta.

Item, quod per prelibatum serenissimum ducale dominium manuteneantur et defendantur eorum iura et confinia, et si qua confinia vel iura ipsorum antiqua iam perdita vel per vim vel per inimicitiam eis subrapta contigeret recuperari, ipsis restituantur.

Item se obligant et promittunt dicti nobiles cum eorum sequacibus et amicis habitatoribus dictorum locorum, sponte et absque aliquo stipendio sed puro amore et sincera fidelitate semper esse promptos et paratos ad omnia et quecumque servitia prelibate serenissime ducalis dominationis

tam in preliis gerendis quam alia quecumque de causa, intelligendo hoc ab Antiveri usque Catarum et eorum districtum. Si vero prelibatum serenissimum ducale dominium voluerit ipsos operari quovis modo in districtu Scutari, teneantur dicti nobiles et homines Pastrovichii per dies octo solummodo servire ad eorum proprias expensas, et a dictis octo diebus antea dictis hominibus sic servientibus solvatur dietim vel mensuatis prout aliis hominibus paiesanis vel ex ipsorum confinibus servientibus, ut ipsi, fit solutio.

Item petunt et requirunt suprascripti nobiles, quod in omni casu guerre, quod deus avertat, vel superventus exercitus dispoti vel Turchorum in tali quantitate, quod dicti nobiles et homines dictarum contractarum et locorum non possent ad eorum solitas habitationes et proprias stare domus, quod prelibatum serenissimum ducale dominium teneatur et debeat dare ipsis nobilibus et hominibus habitationem et receptum in ipsius terris proximis, ut puta in Cataro et aliis circumstantibus, et ad ipsius dominii aliqualem provisionem vel stipendium accipere ex ipsis nobilibus saltem xx pro ipsorum substentatione, operando tamen ipsos more stipendiariorum, si in stipendiariis accepti fuerint, vel alio quocumque modo, prout melius videbitur prelibato serenissimo ducali dominio Venetiarum etc.

Item petunt et requirunt nobiles ut supra, in omni casu et adventu pacis et concordii fiendi cum domino despoto, quod prelibatum serenissimum ducale dominium debeat ipsos nobiles et homines contractarum dictarum sub eius imperio et dominio retinere, nec ipsi despoto vel aliis aliqualiter subiectos facere.

Item petunt et requirunt prefati nobiles ut supra, quod hoc concordio facto prelibatum serenissimum ducale dominium teneatur et debeat eis dare petias xx pani lane de L portatis et clamides L secundum eorum ritum.

Item se obligant dicti nobiles et homines dictarum contractarum ad dandum et solvendum et dare et solvere promittunt prelibato serenissimo ducali dominio grossos duodecim argenti de eorum monetis omni anno pro qualibet domo vel pro quolibet foco dictorum hominum et habitatorum dictarum contractarum iuxta mores antiquos, et prout hactenus ipsorum domino annuatim solvere consueverunt.

Item petunt et requirunt suprascripti nobiles et homines se se nichil solvere velle pro datiis doane de Venetiis vel quibusvis terris prelibati serenissimi ducalis dominii pro quibusvis rebus ortis in eorum nobilium Pastrovichiorum territorio, quas res ut supra conducerent in predictis terris prefate serenissime ducalis dominationis Venetiarum, presertim attento, quod numquam aliquid soliti fuerunt solvere.

Item quod venerabilis abbas dominus Luca patruus supradicti Radich Grubacevig, abbas sancte Marie de Jotam territorii dictorum nobilium Pastrovichiorum, in ipsius abbatia suprascripta confirmetur, nec de ipsa abbatia aliqualiter privari debeat vel molestari.

Commemorialium vol. XI. c. 114, u mlèt. arkivu.

God. 1423. 20. travnja, u Mletcih.

Republika podieljuje svoje plemstvo Stjepanu Tvrdkoviću bosans. kralju.

Privilegium serenissimi domini Stefani Tuerthco dei gratia Rassie, Bossine et partium maritimarum regis etc. ad honorem maioris consilii, Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem et sincere dilectionis affectum. Ducalis benignitas in liberalitatis operibus solita celeberrime conversari, tanto personas illustres et excelsas prevenire studet honoribus et dotalibus ampliare favoribus, ipsarumque requisitiones liberalius exaudire, quanto ducatui nostro sinceriores zelo et claritate excellentium operum se ostendunt. Unde cum serenissimus dominus Stephanus Thuerticus dei gratia Rassie, Bossine partiumque maritimarum rex etc. honoris et nominis nostri zelator assiduus, qui semper cum eius progenitoribus inclite memorie se verum expressit venetum, se penes ducatum nostrum sentiens suis meritis gratiosum plurimum et acceptum, nos fecerit amicabiliter rogitari, ut placeret nobis ipsum eiusque filios et heredes nobilium civium nostrorum Venetorum numero gratiosius aggregari, ut beneficio huiusmodi civilitatis dotati, nobilium et civium nostrorum privilegio congauderent. Nos attendentes dilectionem ingentem ac gratum effectum et sinceritatem, quam semper prefatus serenissimus dominus rex Stephanus ad nos, ducatum nostum et singulares personas ducatus eiusdem ferventer et laudabiliter ostendit, acceptorum operum per effectum, benemeritas requisitiones suas duximus digne retributionis munere gratificabiliter acceptandas. Quapropter notum fieri volumus universis, quod omni iuris consiliorum nostrorum solemnitate servata, prefatum serenissimum dominum Stephanum regem cum suis filiis et heredibus in Venetos cives nostros ac de numero nostrorum nobilium maioris consilii fecimus et facimus, ac pro Venetis civibus et nobilibus de nostro maiori consilio in Venetiis et extra ubilibet haberi, suscipi volumus, et omni affectus plenitudine honorifice pertractari, ipsos sincere dilectionis brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod eisdem libertatibus, quibus alii nobiles cives nostri Venetiarum et de nostro maiori consilio gaudent, prefati serenissimus dominus rex et sui filii et heredes in Venetiis et extra ubique gaudeant plenissime et utantur. In quorum omnium testimonium et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri mandavimus, et bulla nostra pendente aurea communiri Datum in nostro ducali palatio anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo vigesimo tertio, mensis aprilis die vigesimo, indictione prima.

Liber privilegiorum primus, charta 198, u mlet. arkivu.

God. 1423. 2. svibnja, u. Mletcih.

O plaći spljetskoga kneza.

1423. 2 mai. Capta. Quod comes Spalati nunc eligendus et ceteri, qui eligentur in posterum habere ac recipere debeant salarium suum deinde de introytibus nostris predicti loci, quia est opulentus et bono-

rum introytuum, sic quod bene poterunt accipere salarium suum de introytibus nostris deinde. Et propterea non detur sibi dehinc Venetiis aliquid de salario suo pro regimine antedicto, sed deinde accipiant illud secundum formam commissionis sue de nostris introytibus dicti loci.

Liber Ursa, u mlet. arkivu.

God. 1423. 7. svibnja, u Mletcih.

Mletčani preporučuju svojim načelnikom u Zadru Simuna de Begna Zadranina.

Franciscus Fuscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Johanni Corrario de suo mandato provisori et Vito de Canali capitaneo Jadre et successoribus etc. Recomendat eis nobilem fidelissimum Jadrensem Simonem de Begna, ut illum nempe in commodis et sibi placitis admittant etc. Data in nostro ducali palatio die 7 maii, indictione prima, MCCCCXXIII.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 28, u zadarskom arkivu.

God. 1423. 8. lipnja, u Mletcih.

O daći na sol, koja se vozila u Neretvu.

Franciscus Fuscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Johanni Corrario de suo mandato provisori et Vito de Canali capitaneo Jadre et successoribus etc. Significat, quod sal extractum de locis Dalmatie veneto dominio subditis, conductum ad loca Narente, solvat de tracta ducatos decem auri pro centenario etc. Data in nostro ducali palatio die 8 iunii, indictione prima, MCCCCXXIII.

Ducali e terminazioni, lib. 1. c. 28, u zadarskom arkivu.

God. 1423. 8. lipnja, u Mletcih.

O trgovini soli, koja se u Neretvu vozila, gdje su se Dubrovčani i Mletčani natjecali.

Ordines vendendi salem in Sibenico, Tragurio et Spalato. — Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Jacobo da ca da Pesaro, de suo mandato comiti Sibenicensi et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Significamus vobis, quod in nostris consiliis rogatorum et additione in presentibus millesimo, indictione et die capte fuerunt partes infrascripti tenoris. Cum alias, antequam terre Spalati, Tragurii et Cathari pervenissent ad obedientiam nostri dominii, provisum fuisset multis bonis respectibus et maxime ne sal ad ipsa loca conduceretur sub hac umbra, quod conducere volentes salem de locis nostris ad loca Narente solvere deberent ducatos viginti pro quolibet centenario modiorum, ob quod de locis nostris minime adducitur sal ad ipsa loca. Ragusienses adducunt soli, et ponunt salem ad ipsa loca, que habent dell' Arta et aliis locis subjectis dominio nostro pro tali pretio, quod nostri subditi minime de sale nos-

trorum locorum ad ipsa loca portare possent; et utile sit pro bono nostri communis et subditorum nostrorum providere et ponere talia pretia ipsi sali, quod subditi et fideles nostri possint de sale locorum nostrorum portare ad ipsa loca, et quod utilitas dicti salis remaneat subditis nostris: vadit pars, quod de cetero ordinetur, et sic debeat firme observari, quod extrahere volentes salem de locis nostris Dalmatie pro portando ad loca Narente, sicut solvebatur de datio ducatos viginti pro quolibet centenario modiorum, sic deinceps solvant solum ducatos decem, dando plezariam de portando ipsum salem Narentam et non alibi, et si inventum fuerit, ipsos portasse ipsum salem alio, perdere debeant salem vel valorem salis et ducatos viginti pro quolibet centenario modiorum, que pena dividatur in hunc modum, videlicet, quod sal vel valor ipsius ut sit nostri communis, et ducati viginti medietas sit inventoris seu accusatoris et alia medietas rectoris vel rectorum locorum, unde ipse sal extractus fuerit. — Item cum sit penitus instandum et vigilandum, ut offitium sive camera nostra salis Sibenici reguletur, ne commune nostrum defraudari possit, cum dominatio nostra maximam de terra ipsa sustineat expensam, vadit pars, quod infrascripti ordines debeant observari. Primo quod omnes singuli homines et persone, volentes extrahere salem de civitate Sibenici per viam terre firme, teneantur et debeant mittere illam personam sic petentem, quod per tempora erit, ac petere ab ipso comite licentiam extrahendi illam quantitatem salis de dicta civitate, quam voluerint, et quod tunc ipse comes, audita petitione extrahere volentis salem, teneatur et debeat mittere illam personam sic petentem licentiam ad unum gabellariorum salis, qui exigat pecuniam pro quantitate indicta, qua ille extrahere voluerit, et faciat unum bulettum, cum quo ille volens extrahere salem vadat ad cancelarium, qui cancelarius registrare debeat ipsum bulettum in uno quaterno ordinario, et in illo se subscribere, et illud restituat extrahere volenti, qui cum eo vadat ad alium offitium comercii sive camare salis, qui offitiales, viso boletto, debeant dare illi persone petenti illam quantitatem salis, que erit specificata in ipso buletto, et successive debeat notarę in uno quaterno ordinate particulariter et distincte quantitatem salis extracti, nominando etiam personam extrahentem; quo facto ipse offitialis debeat se subscribere sub ipso buletto et notare, quomodo dederunt illam quantitatem salis, de qua fiębat mentio in ipso buletto, demum restituere ipsum personis, a quibus illud habuerit, committendo ipsis personis, quatenus presentare debeant dum exigerint ipsum buletum comiti prefato, qui comes, visis dictis solemnitatibus observatis, debeat ipsum bullare suo sigillo, ac ipsum bullatum restituere personis conducentibus ipsum salem, que persone, habito ipso buletto, debeant, dum exierint extra Sibenicum cum sommis suis oneratis, sale ipsum presentare et dimittere penes offitialem, qui erit deputatus pro dicta causa ad portam civitatis Sibenici, qui offitialis teneatur et debeat infilzare omnes bulettos sic sibi presentatos, et diligenter ipsos evocare, et in qualibet hebdomada, videlicet in die sabbati, ipsos presentare comiti Sibenici, qui debeat ipsos exatare et scontrare cum quaterno dictorum offitialium et cancelarii, et ubi reperierit errorem, debeat eum corrigere. — Item quod omnes persone, que volue-

rint conducere sive extrahere salem a dicta civitate Sibenici per viam maris, debeant servare modum et ordinem infrascriptum, videlicet quod teneatur accipere licentiam a comite Sibenici, qui pro tempore erit, de extrahendo illam quantitatem, quam voluerit, et demum ire ad cancelarium ipsius comitis, et ab ipso accipere bulettum suum, et cum ipso ire ad officiales dicte camere salis, qui debeant notare in eorum quaterno quantitatem salis et nomen persone conducentis sive extrahentis, et specificare sub ipso buletto quantitatem salis, quam ille voluerit, et successive restituere bulettum persone extrahenti, que persona cum ipso debeat ire ad comilitonem ipsius comitis, qui comilito cum ipso buletto ire debeat ad ipsos offitiales salis et dari facere dicte persone extrahere volenti illam quantitatem salis, de qua facta fuerit mentio in dicto buletto, et quod ipse comilito nunquam discedere debeat de magazeno salis, donec fuerit mensurata et caricata ipsa quantitas, et teneat ipse comilito computum dictarum mensurarum insimul cum offitiale, et caricato ipso sale debeat presentare ipsum bulettum dicto comiti, qui ipsum bulare debeat suo sigillo, ut premittitur, et bulatum dicto restituere extrahenti; quibus sic servatis ipse comilito illico et sine mora ire debeat ad marinam et facere, quod ille talis patronus barche sic onerate salis immediate recedere debeat a ripa, et ad eius viagium recta via, et transire turres donec ipse comilito steterit supra marinam, qui etiam comilito non debeat inde recedere, donec non viderit, quod patronus cum barca sua onerata salis discederit, et dictus patronus sicut applicuerit ad ipsas turres debeat illic se presentare et dimittere bulettum predictum in manibus offitialis ad hoc deputati, qui etiam omni hebdomada, videlicet die sabbati, bulettum presentare debeat dicto domino comiti, qui debeat ipsos exarare et scontrare cum dictis quaternis dictorum offitialium et cancellarii, qui cancellarius registrare teneatur bulletta supradicta, ut in precedenti capitulo legitur. — Item quod cancellarii, qui per tempora tenebunt dictum quaternum dictorum bulettorum, habere debeant pro eorum mercede ducatos duos in mense, videlicet ducatos viginti quatuor in anno, et comilito, qui videbit mensurare dictum salem et fecerit predicta, pro suo laborerio habeat ducatum unum in mense, videlicet ducatos duodecim in anno; et quod ex nunc captum sit, quod cancellarii et comilitones Sibenici, qui fecerint predicta, habere debeant salarium predictum de tempore quo observaverint ordines supra dictos; et ut aliquis non audeat fraudare datium comunis, ordinetur etiam, quod cridetur publice in platheis Sibenici et aliis locis consuetis, quod quilibet, qui habebit salem aut de suis salinis aut aliter quocunque (modo), teneatur reduci facere omni anno totum suum salem in civitatem Sibenici per totum mensis octobris, et si quis non conduxerit predictum suum salem in Sibenico ad dictum terminum, ammittere debeat totum salem non conductum et ducatos viginti de quolibet centenario modiorum salis, que pena dicidatur in hunc modum, videlicet quod totus sal non conductus ad prefixum terminem, sit et esse debeat nostri communis, et pene pecuniarie medietas sit accusatoris et alia medietas sit comitis vel successorum suorum, videlicet illorum, quorum tempore repertus fuerit sal non conductus ad dictum terminum, et teneat comes Sibenici et successores

sui, qui per tempora erunt, sub debito sacramenti presentem ordinem publicari de mense aprilis anno quolibet cridari facere in plathea Sibenici et aliis locis solitis, ut omnibus notus sit, et inquirere debeant diligenter, si dictus sal conductus erit totus, habendo medietatem pene pecuniarie, ut superius dictum est. Et mittantur supradicti ordines comitibus nostris Tragurii et Spalati, et mandetur eisdem auctoritate huius consilii, ut supra scriptos ordines in facto salis in locis suorum regiminum debeant observare, ita quod camere ipse salis Tragurii et Spalati per modum supradictum regulentur, ita quod cancellarii ipsorum locorum habeant solum ducatos duodecim in anno pro quolibet, et comilitones ducatos sex pro quolibet in anno, et non possint predicti cancelarii et comilitones habere aliquam utilitatem ob bulettos et causas predictas salis, nisi salarium predictum sub pena privationis offitii. — Quare mandamus vobiscum dictis consiliis, quatenus suprascriptos ordines, prout iacent, in quantum ad vos spectat, observetis, et in cancellaria registratos restituite. — Data in nostro ducali palatio, die octava iunii, indictione prima, MCCCCXXIII.

Diplomatarium Sibenicense, u dvor. knjižnici bečkoj, rukopis 13.461, njegda 541, list 94.

God. 1423. 17. lipnja, u Mletcih.

Da crkvene zadužbine uživati mogu izključivo mletački podanici.

1423. die XVII iunii. Petrus Lauredano sapiens consilii. Cum creatus sit episcopus Tragurinus quidam dominus Marinellus olim episcopus Arbensis, qui est Tragurinus et attinens episcopi Tragurii defuncti, qui episcopus defunctus fuit inimicus noster, sicut omnibus est manifestum. Et faciat pro nostro dominio et securitate civitatum nostrarum Dalmatie, pro evitandis suspicionibus et inconvenientiis, que sequi possent, quod in episcopatibus dictarum terrarum nostrarum Dalmatie non sint alie persone nisi nostri veneti; vadit pars, quod scribi debeat summo pontifici in illa forma, que videbitur dominio, quod quia pro securitate dictarum terrarum nostrarum Dalmatie optamus, quod non preferantur episcopatibus earum nisi Veneti nostri, supplicamus sue sanctitati, ut dignetur dictum dominum Marinellum a dicto episcopatu removere, et providere, quod remaneat in episcopatu suo. Et ex nunc sit captum, quod dictus dominus Marinellus ad dictum episcopatum Tragurii non debeat acceptari. De parte 78, de non 8, non sinceri 10.

Nota quod, posita una ballota in piside per unumquemque de consilio, fuerunt reperte ballote centumundecim, et propterea fuit terminatum, quod dicta pars cum numero habito sit capta.

Insuper quia pro securitate status nostri facit, quod episcopi terrarum nostrarum sint Veneti et non alie persone pro evitandis suspicionibus et inconvenientiis, que occurrere possent, et per partem captam in isto consilio in 1413°. die ultimo augusti provisum fuit, quod de cetero aliquis exceptis civibus originariis natione, Padue, Vincentie, Verone, Tarvisii, Cenete et partium Dalmatie, et suorum districtuum non posset acceptari ad possessionem alicuius prelature, canonicatus, clericatus et sicut in

dicta parte continetur, et omnino necessarium sit super episcopatibus Dalmatie facere provisionem; vadit pars, quod dicta pars capta in 1413. die ultimo augusti faciens mentionem de huiusmodi beneficiis non conferrendis nisi civibus dictorum locorum, revocetur et pro revocata habeatur, in tantum, quod in episcopatibus terrarum nostrarum Dalmatie, videlicet Sibenici, Spalati, Tragurii et in abbatia s. Grisogoni de Jadra non possint esse nisi veneti nostri, nec alie persone ad dictos episcopatus et abbatias acceptari possint. Verum ex nunc captum sit, quod dicta pars in aliis remaneat in sua firmitate prout iacet. De parte 75, 83; de non 15, 11; non sinceri 14, 16.

Secreta consilii rogatorum, u mlet. arkivu.

God. 1423. 25. lipnja, u Mletcih.

O odnošajih medju Krajisnici i Bračani.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris universis et singulis de suo mandato comitibus, bailis, capitaneis, provisoribus, potestatibus et aliis quibuscumque rectoribus et officialibus partium nostrarum Dalmatie et Albanie tam presentibus quam futuris fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Cum nuperrime dominio nostro fuit per ambasciatores fidelis communitatis nostre Brachie expositum, ut cum per illos de Craina, qui furtive ad ipsam insulam se conferunt, eis inferunt multa damna, quos etiam multoties reperiunt in terris et locis nostris vobis commissis, de eis non fit ius, dignemur vobis mandare, quod de ipsis, si ad terras et loca nostra vobis commissa se conferrent, fiat debita iustitia, et si forent eorum debitores, cogantur ad solutionem faciendam. Quatenus si predicti de Craina capitabunt in terris et locis nostris vobis commissis, et vobis constabit, ipsos fore debitores prefatorum nostrorum fidelium de Brachia, vel eos sicario sive piratico modo damnificassent, debeatis de eis sicariis vel piratis debitam iustitiam ministrare, et ipsis nostris fidelibus contra ipsos de Craina eorum debitores eius debitum reddere, ac illos astringere realiter et personaliter ad solutionem id, quod vobis constabit ipsis predictis nostris fidelibus dare debere.

Ceterum nobis exposuerunt dicti ambasciatores, quod cum per privilegium eorum eidem communitati Brachie concessimus, quod possint in terris et locis nostris emere bladas, et illam conducere ad insulam nostram Brachie pro eorum usu, et hoc eis non observatur. Unde noviter ipsius communitatis nuntiis in Spaleto non fuit permissum extrahere blada, que emerunt, et supplicaverunt, ut dignaremur mandari iuxta formam ipsius eorum privilegii, sinantur blada pro eorum usu emere et extrahere de terris et locis nostris. Nos eorum supplicationem iustam fore cernentes fidelitatibus nostris cum predicto nostro collegio strictissime scribimus et mandamus, quod ipsos fideles nostros de Brachia ad terras et loca nostra vobis commissa accedentes pro emendo blada, permittatis illos illa blada pro eorum usu libere emere, et ipsa de terris et locis nostris predictis extrahere ad omnem sue libitum voluntatis.

Datum in nostro ducali palatio die 25 mensis iunii, indictione prima 1423.

A tergo: Nobilibus et sapientibus viris Joanni Baduario comiti Brachie et successoribus suis.

Diversi publici decreti. Udine 1656. p. 12.

God. 1423. 25. lipnja, u Mletcih.

Naputak providuru Kotorskomu u poslu dogovaranja o miru sa srbskim despotom.

1423. die 25 iunii. Quod scribatur nobili viro ser Marco Barbadico provisori Catari in hac forma: Recepimus literas vestras datas sexto iunii presentis, quibus et contentis in illis auditis et diligenter intellectis, et presentatis etiam ac porrectis in scriptis nostro dominio exponendis vestri parte per prudentem virum Marinum de Drusto fidelem nostrum Catarinum, quem cum predictis vestris literis concludentibus, quod eidem credulitatis fidem adhibere dignemur, ad nostram presentiam destinastis, diligentiam et solicitudinem vestram merito comendamus. Et volentes, quod habeatis nostram determinatam responsionem eius, quod super premissis per vos intendimus et volumus observari, denotamus vobis, quod[1] circa provisiones, que ex predicto vestro scribere in prima parte dictarum literarum vobis videretur debere fieri etc., nolumus ullo modo quicquam fieri superinde, et ita etiam videbitis contineri in responsione nostra facta super primo capitulo dicte scripture per predictum Marinum de Drusto, ut premissum est, nostro dominio presentate circa factum predictum, quam nostram responsionem, positam etiam et notatam in foleo his incluso, debeatis, prout deliberavimus, penitus observare. Ad unum quodque autem ex aliis capitulis presentatis vestri parte in dicta scriptura porrecta ut supra fecimus etiam nostras responsiones deliberatas et captas per nostra consilia rogatorum et addictione, quas nostras responsiones factas, ut dictum est, mittimus vobis similiter scriptas et notatas in dicto foleo presentibus introcluso, volentes et cum dictis nostris consiliis fedelitati vestre mandantes, quatenus eas, ut iacent, debeatis inviolabiliter observare et facere observari.

Ad partem, quam per dictas vestras literas scribitis, quod cum senseritis dominum Georgium de Vulco subtus Scutarum applicuisse, quo venturus est, ut informati manemus per ipsas vestras literas et etiam per literas dicti domini Georgii vobis missas, quas in ipsis vestris literis introclusas nostro dominio destinastis ad ipsum dominum Georgium, transmittetis subito Johannem de Lusa, causa pacis contrahende etc., vellemus libenter, consideratis considerandis, vos eidem Johanni commisisse, quod debuisset se presentare et conferre superinde cum capitaneo nostro culphi et cum comite et capitaneo nostro Scutari; denotantes vobis, quod si conclusio dicte pacis, ut scribitis, in vestra absentia per dictum Johannem destinatum per vos percompleri non posset, et tantum

---

[1] Nota quod responsio primi capituli contenta in lineis positis inter duos paragrafos, non fuit posita ad consilium, quod plene comprehenditur in legendo.

esset necessarium vos illuc debere accedere pro dicta causa, et quod aliter dicta pax concludi non posset, dedimus in mandatis capitaneo nostro culphi, sicut nobis scripsistis, quod cum duxeritis ipsum requirendum, debeat unum ex supracomitis nostris mittere Catarum mansurum loco vestri in dicto loco nostro Catari usque reditum vestrum illuc, ita quod contingente casu predicto poteritis eidem nostro capitaneo scribere, et dictam requisitionem facere, prout et quando vobis videbitur, qui exequetur et adimplebit requisitionem vestram predictam iuxta scriptionem vestram, prout a nobis habet in mandatis. Et contingente dicto casu, quod iretis, ut prefertur, volumus, quod circa fienda et procuranda in pratica dicte pacis contrahende debeatis conferre cum capitaneo nostro culphi et cum comite et capitaneo nostro Scutari. Placet insuper nostro dominio, quod acceperitis illos ducentos ducatos ad cambium solvendos Marino de Drusto causa possendi facere adimpleri pollicita Pastrovichiis, quos denarios solvi faciemus; sed nobis valde displicet, quod denarios predictos non miseritis capitaneo nostro culphi causa predicta, quia bene scitis non esse expediens, quod expectaretis aliud nostrum mandatum. Propterea mandamus vobis, quatenus si dictos denarios predicto nostro capitaneo non misissetis, debeatis illos sibi celeriter destinare, ut exequi valeat mandata nostra, prout eidem commisimus. Verum si per dictum nostrum capitaneum scriberetur vobis, quod deberitis dare de denariis predictis alicui vel aliquibus ex dictis Pastrovichiis, debeatis facere et exequi, sicut per dictum nostrum capitaneum fuerit vobis scriptum. Si autem predictos denarios iam prebuissetis vos ipsis Pastrovichiis, id nobis placet, de quo in dicto casu debeatis nostrum capitaneum culphi pro sua informatione reddere per vestras literas advisatum. Ceterum quia per unum ex capitulis nobis porrectis vestri parte fit mentio et facitis supplicari, quod dignemur confirmare privilegium concessionis unius ville per vos date Johanni de Pelegrina causis contentis in dicto privilegio, respondimus, quod superinde volumus informari. Et quia in dicto privilegio facitis mentionem habuisse libertatem a nostro dominio superinde, que non reperitur in vestra commissione, mandamus vobis, quatenus de libertate predicta, quam in continentia dicti privilegii asseritis vobis attributam, debeatis nos per vestras literas advisare, nec detis imposterum quicquam alicui absque nostro speciali mandato, quod vobis fieret et reciperetis superinde. De parte omnes alii, de non 2, non sinceri 3.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 107 tergo, u mlet. arkivu.

God. 1423. 28. lipnja, u Mletcih.

Kapetanu pomorskomu, kako da se ravna u javnih poslovih tičućih se Albanie.

1423. die 28 iunii. Quod scribatur nobili viro ser Francisco Bembo militi capitaneo nostro culphi in hac forma, videlicet: Recepimus quam plures literas vestras diversorum dierum significantes et continentes ordinate et distincte facta et executa per vos de die in diem, et de loco

ad locum usque ad decimum octavum maii nuper preteriti, et modo ultimate recepimus etiam duas alias vestras literas, unam videlicet diei XXVIII predicti mensis maii proximi preteriti et alteram diei XVI iunii presentis, pro quibus omnibus solicitudinem et diligentiam vestram digne et merito commendamus. Et considerantes ac notantes contenta precipue in quatuor vestris literis, quas ad diem quintum et ad XVIII dicti mensis maii destinastis ad nostrum dominium in quibus inter cetera facitis mentionem de Pamaliotis, qui compartierunt coram vobis petentes subveniri, et de subventione per vos facta quibusdam ex eis ducatorum duorum pro quolibet equo, quod plurimum nobis placuit, et de deliberatione quam feceratis transferendi vos Scutarum, et de missione nuntii vestri ad illos vaivodas, quos ad passum bovum penes Scutarum causa concordii tractandi scripsistis expectare, si et in quantum vobiscum colloquium habere vellent, et de sua intentione vobis significata oretenus relatu nuncii vestri volendi firmare treuguam pro uno mense, quam facere denegastis causis nostro dominio denotatis per vos ordinate, quod plurimum nobis placuit atque placet, et de intentione illius vaivode dispositi velle proprium nuntium cum sua responsione super facto pacis tractande destinare ad vos etc., prout in dictis vestris literis continetur distincte; fidelitati vestre, ut de nostra intentione circa premissa sitis plenarie informatus, cum nostris consiliis rogatorum et addictione scribimus et mandamus, quatenus considerata paupertate dictorum Pamaliotorum, de quorum benegestis ad honorem status nostri et de qualitate et conditione eorum sumus sufficienter informati, debeatis, ut habeant causam perseverandi bene ferventer in vera et constanti fidelitate ad bonum status nostri, prout promiserunt, dictis Pamaliotis subvenire, prebendo sibi illam habilem subventionem, que vobis videbitur. Et quia sumus informati, Tronsos ferventissime se gessisse ad honorem et bonum status nostri dominii, et reliquisse domos proprias, reducendo se ad insulam sancti Sergii, debeatis eis etiam subvenire, prebendo predictis Pamaliotis et Tronsis huiusmodi subventiones cum illa quam minori gravitate nostri dominii poteritis, prout de fidelitate vestra confidimus, possendo dare in his subventionibus fiendis tam Pamaliotis et Tronsis, ut premissum est, quam etiam aliis, si qui alii vobis viderentur, usque ad summam ducatorum trecentorum in mense per usque ad tempus trium mensium, tribuendo et dividendo subventiones predictas, prout vobis videbitur. Et volumus et ita vobis mandamus, quod debeatis habere bonam et diligentem advertentiam pro bono nostri dominii, non specificandi nec nominandi ullo modo eis nec alicui eorum mensem nec tempus aliquod, tenendo penitus modum et ordinem suprascripti nostri mandati secretum apud vos, ita quod nullus eorum superinde valeat habere noticiam nec informationem aliquam

Ad partem autem concordii et pacis tractande, denotamus vobis, quod nobilis vir ser Marcus Barbadico provisor noster Catari habuit mandatum nostrum veniendi ad pacem et concordiam nomine nostri dominii cum domino despoto seu cum illo vel illis, qui essent suo nomine. Et quia per literas dicti ser Marci datas sexto iunii presentis, et etiam per literas domini Georgii de Vulcho, missas dicto nostro provisori, quas in

suis literis interclusas idem noster provisor nostro dominio destinavit, habemus inter cetera, dictum dominum Georgium subtus Scutarum fore venturum, prout vos etiam estis informatus, sicut vestris literis modo nostro dominio denotastis, ad quem dominum Georgium idem noster provisor, cum senserit applicationem suam, illuc est missurus subito eius nuntium causa dicte pacis contrahende etc., volumus, et ita vobis cum suprascriptis nostris consiliis scribimus et mandamus, quatenus contingente casu, quod requireremini per dictum nostrum provisorem, quia eum opporteret se conferre personaliter ad dictum dominum Georgium causa predicte pacis contrahende, debeatis ad omnem requisitionem dicti nostri provisoris Catari, prout et quando duxerit requirendum causa predicta, mittere Catarum unum ex supracomitis nostris, mansurum loco dicti nostri provisoris in Cataro usque ad reditum suum illuc, ut possit, sicut premissum est, in agendis predicta exequi et facere, prout fuerit expediens. Denotantes vobis dedisse in mandatis eidem ser Marco Barbadico, quod accedente eo personaliter ad tractandum dictam pacem et concordiam, ut prefertur ipse debeat circa fienda et procuranda in pratica dicte pacis contrahende conferre vobiscum et cum comite et capitaneo nostro Scutari.

Insuper denotamus vobis, quod ut habeatis pecuniam pro subventionibus fiendis per vos, ut superius continetur, et pro dando stipendiariis nostris Scutari equestribus, fieri fecimus pro bono et comodo dictarum nostrarum gentium grossos ad volorem ducatorum circa quatuor millium, ad grossos quadraginta pro ducato, quos vobis mittemus cum galea, que recedet hinc die sabati tercio iulii proximi futuri simul cum brigantino, quam pecuniam vobis mittimus pro dictis subventionibus fiendis, ut superius est vobis commissum, et pro subveniendo stipendiariis nostris Scutari equestribus et pedestribus, ut dictum est, quas subventiones debeatis facere vos personaliter seu fieri facere per unum ex supracomitis nostris, non possendo dictam pecuniam nec aliquam partem eius aliter dare ullo modo quam ut dictum est, sub pena ducatorum v centum in bonis propriis illius, qui contrafaceret. Et volumus, quod debeatis tenere seu teneri facere computum ordinate de dispensatione dicte pecunie, de qua dispensatine debeatis per vestras literas informare nostrum dominium particulariter et distincte.

Preterea volumus et mandamus vobis, quatenus in quantum non fuissetis exequtus formam vestre commissionis in cassando insufficientes existentes Scutari ad nostra stipendia tam equestres quam pedestres, debeatis simul cum comite et capitaneo ac provisore Scutari, si provisor inde recessisset, quia ei misimus mandatum nostrum debendi repatriare, videre et examinare quantitatem et esse dictorum stipendiariorum tam equestrium quam pedestrium, et facere cassare et exequi, prout in commissione vobis data in vestro recessu de hinc continetur, habendo semper in omni casu bonam considerationem ac advertentiam ad sufficientem custodiam et securitatem dicti nostri loci Scutari.

Ceterum quia nobilis ser Marcus Barbadico provisor noster Catari scripsit inter cetera nostro dominio, quod vobis accedente Catarum cum armata nostra, permanendo ibidem solum octo diebus tota contrata et

comitatus Catari reduceretur ad obedientiam nostram, pro tanto optantes predictum propositum utile et proficuum habere effectum pro considerationibus debite considerandis, et pro bono et quiete illorum nostrorum fidelium Catari, ut possint pacifice gaudere et perfrui bonis et possessionibus suis, fidelitati vestre scribimus et mandamus, quatenus postquam galee nostre Crete sunt illuc applicate, debeatis positis bene in ordine cum sufficientibus custodiis bastita sancti Sergii et altera bastita, ac dimittendo pro bona securitate dictarum bastitarum et pro aliis casibus, qui possent accidere, unam vel duas ex galeis nostris, prout videbitur, ire Catarum cum aliis galeis nostris vobis commissis, et simul cum provisore nostro Catari vos intelligere et attendere ad reducendum contratam et comitatum Catari ad nostram obedientiam et mandatum, habendo continue debitam et diligentem advertentiam ad conservationem zurmarum et aliorum hominum galearum vobis commissarum ne disperdantur, prout de virtute vestra plene confidimus, possendo stare Catari cum galeis nostris predictis octo diebus. Et si infra dictum terminum dierum octo nequiretis predictam nostram intentionem votive perficere, et comprehenderetis ac speraretis usque alios quatuor dies suprascriptum nostrum mandatum posse executionem habere, relinquimus in libertatem vestram in dicto casu possendi stare ibidem adhuc per alios quatuor dies ad exequendum mandatum nostrum predictum. Facta autem per vos executione predicta, ut premissum est, debeatis redire ad exequendum alia mandata nostra vobis commissa. Verum si videretis, quod vester accessus ad locum nostrum Catari, ut prefertur, haberet inducere periculum propter applicationem gentium inimicarum, relinquimus in libertate vestra eundi ad exequendum suprascriptum nostrum mandatum tempore, quo videatis cum securitate et sine periculo posse illud exequi et adimplere.

Ad literas insuper vestras datas vigesimo octavo maii nuper preteriti, per quarum continentiam denotastis, quod bonum foret, quod ordinaremus scribi facere mille vel saltem quingentos equos ex hominibus illius paisii etc. vobis rescribimus, quod, considerato ingenti numero gentium inimicarum ad illas partes applicatarum, non apparet nobis pro nunc de faciendo accipi ullos alios ultra eos, quos debetis et potestis accipere et tenere ut committimus vobis supra. Volentes et mandantes vobis, quod stare debeatis bene vigil et solicitus ad executionem mandatorum nostrorum, et ponere bene mentem ad omnia, dando vobis operam persenciendi, qualiter transibunt occurrentia quecunque, advisando continue de tempore in tempus sine dilatione et cum bona solicitudine nostrum dominium de quibuscunque contingentibus per vestras literas distincte et ordinate, ut ad ea, que fuerint necessaria, providere et ordinare possimus, prout nobis videbitur expedire. Ad ultimas vero literas vestras datas XVI iunii presentis, nil vobis rescribimus, quia ad eas nulla venit responsio, vobis fienda.

Preterea advisamus vos, quod nobilis vir ser Marcus Barbadico provisor noster Catari accepit ad cambium ducatos ducentos causa possendi facere adimpleri policita Pastrovichiis, quos denarios solvi fecimus, ut nobis scripsit dictus ser Marcus; et ei mandavimus, quod si dictos de-

narios vobis non misisset, debeat illos ad vos celeriter destinare, ut exequi valeatis, sicut fuerit opportunum. Et si scriberetis eidem ser Marco, quod deberet dare ex denariis predictis alicui vel aliquibus ex dictis Pastrovichiis, debeat facere et exequi, sicut per vos fuerit sibi scriptum. Si autem dictus ser Marcus predictos denarios iam prebuisset ipsis Pastrovichiis, ei mandatum fecimus, quod in dicto casu debeat per suas literas reddere vos advisatum pro vestra informatione. De parte 104, de non 8, non sinceri 7.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 108, u mlet. arkivu.

God. 1423. 2. srpnja, u Mletcih.

Providuru pomorskomu kako da se vlada u poslovih tičućih se mira sa despotom.

1423. 2 iulii. Scribatur ser Marco Barbadico, provisori Catari, in hac forma: Ut de intentione nostra super facto pacis tractande cum domino despoto Rassie seu cum illis, qui ab eo libertatem haberent, sitis informatus non obstantibus aliis nostris mandatis vobis usque in presentem diem comissis, vobis cum nostris consiliis rogatorum et addicionis scribimus et mandamus, quatenus dictam pacem pertractare et concludere debeatis secundum formam et tenorem cedule presentibus introcluse, qui forma et tenor sunt secundum continentiam prime ambaxiate, quam vobis comisimus, quando primo ivistis ad partes Rassie, sicut videbitis, cum ista addicione: quod in dictam pacem ponere debeatis Pamaliotos et Pastrovichos et alios, qui venissent ad obedientiam nostram, et fuisset eis promissum de includendo eos in pace, quam faceremus cum domino despoto predicto. Verum quia simile mandatum fecimus nobili viro ser Francisco Bembo militi capitaneo nostro generali culphi de praticando et concludendo dictam pacem, volumus, quod si reperietis vos insimul cum dicto capitaneo, dictam pacem insimul cum eo praticare et concludere debeatis; si vero insimul non essetis, debeatis vos ad invicem intelligere, quod unus vestrum illam praticet et concludat, quia pro honore et bono nostri dominii volumus, quod solum per unam manum praticetur pax predicta.

Et quia optamus, quod quiete facta nostra exequantur, vobis ad memoriam reducimus, quod non obtante aliqua differentia, que hactenus inter vos orta esset, bonam advertentiam habeatis, quod facta nostra suprascripta non impediantur, sed per vos quiete, secundum quod vobis comittimus, exequantur.

Mittimus vobis presentibus introclusum unum syndicatum in personam vestram, et unum alium misimus dicto capitaneo culphi in personam suam; et similiter dicto capitaneo misimus unum alium syndicatum in personas vestram et suam, quem penes se retinere debeat, et si eritis insimul ad praticam dicte pacis, dictum sindicatum in personas vestrum duorum ostendere debeatis; si vero per aliquem vestrum praticaretur, ostendatur solum syndicatum in personam illius vestrum, qui dictam pacem praticabit.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 110, u mlet. arkivu.

God. 1423. 13. srpnja, u Mletcih.

Upućuje se pomorski kapetan o poslovih mira ili primirja sa Srbi.

1423. die 13 iulii. Cum nobis ser Franciscus Bembo miles capitaneus noster generalis culphi scripserit nostro dominio, quod fuit in colloquio cum domino Georgio nepote domini despoti Rassie, qui descendit contra Scutarum cum equis VIII mille, super facto pacis, et ob istam causam misit pro ser Marco Barbadico provisore nostro Catari; et bonum et utile sit anticipare tempus, ut deveniamus, si possibile est, ad pacem pro evitando expensam, quam habemus in partibus de inde; vadit pars, quod scribatur dicto nostro capitaneo culphi et dicto ser Marco, quod recepimus litteras dicti capitanei, per quas nostro dominio scripsit, fuisse in colloquio cum domino Georgio suprascripto, et misisse pro ser Marco Barbadico pro essendo super tractatu pacis cum dicto domino Georgio, et esse poterit, quod pervenerint ad concordium cum dicto domino Georgio, quod concordium, si secutum erit, multum placebit nostro dominio. Quando autem secutum non esset concordium aut treuguas, detur dictis capitaneo et ser Marco libertas, in casu quo viderent posse ad concordium et pacem venire mediante pecunia, possendi promittere dicto domino despoto, ultra ducatos mille eis concessos, posse annuatim promittere alios ducatos quingentos usque mille annuatim, sicut melius facere poterunt.

Si vero ad concordium et pacem venire non possent, et possent devenire ad longas treuguas et ad minus per annos quatuor et ab inde supra, et viderent, quod pro talibus treuguis necessarium esset facere aliquam expensam, detur predictis capitaneo et ser Marco libertas possendi promittere singulo anno tempore dictarum treuguarum dicto domino despoto usque ad summam ducatorum mille de introitibus Scutari, declarando in dictis treuguis, sicut eis commissum est, quod tenentes terras et fortalitia, teneant districtus et confinia locorum predictorum,

Die eodem. Quod detur libertas nobili viro ser Francisco Bembo militi, capitaneo nostro generali culphi, veniendi ad pacem cum domino despoto Rassie sive cum habentibus libertatem ab eo per illum modum et in illa forma, quibus commissum fuit nobili viro ser Marco Barbadico, quando prius ivit noster ambassiator ad dictum dominum despotum, cuius copia dicto capitaneo mittatur cum ista additione, quod in dicta pace teneatur ponere Pamaliotos et Pastrovichos, quibus promissum est de ponendi eos in pace predicta.

Et similiter mandetur ser Marco Barbadico, quod dictam pacem praticare et concludere debeat per modum predictum.

Et sit commissum predictis, quod reperientibus se in simul, ambo praticare et concludere debeant dictam pacem. Si vero non essent in simul, debeant se adinvicem intelligere, ita quod per unum ex eis et per unam manum praticetur. De parte 99, de non 5, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII c. 113, u mlet. arkivu.

God. 1423. 17. srpnja, u Mletcih.

Zabranjeno oženjenim službu vršiti u tvrdjavi Šibeničkoj.

Milites, uxorem habentes, non possint manere in castro Sicensi. — Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Jacobo de ca da Pesaro de suo mandato comiti et capitaneo Sibenici et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Significamus vobis, quod in nostro consilio rogatorum et addictionis MCDXXIII, die XIII . . . capta fuit pars infrascripta, videlicet: conciosia che ch el stado della nostra signoria consiste in Sebenico nella fideltade de cittadini della detta città e nella custodia del castello, el sia ben ad oviar ad ogni pericolo, e maxime al pericolo delle femine paesane, tolendo essempio del castello d' Ostrovizza, el qual se perse per uno trattado de una femina paesana; l' andarà parte, che al conte nostro di Sebenico sia commesso, che tutti i soldati del detto castello e che hanno moglier paesane over albanese siano cassi, et in suo loco se remetta balestrieri e huomini, che sappiano adoperar balestra, e remessi in la detta fortezza tanti balestrieri, che siano in logo de quelli seranno cassi per le mogiere; al predetto conte sia commandado, che tutti gli huomini della detta fortezza, che siano paesani slavi cassi, e in suo loco remessi huomini atti al balestro; declarando, che Cvitan Fauro, che habita nel detto castello, non sia casso stagando ma percio senza moger, e da qui avanti non possa esser remesso nella detta fortezza homo, che habbia moyer ne ancora homo paesan sotto pena de lire cento al conte presente et suoi successori e lire cento a cadaun conte stabile, che appresentasse alcun homo paesan, o che havesse mogere paesane, e sotto la detta pena il predetto conte e suoi successori non possa ne debbia consentir, che altre femine habita nella detta fortezza salvo la moger o femine del contestabile presenti e che saranno per li tempi. Quare mandamus vobis cum dictis nostris consiliis, quatenus dictam partem et contenta observare et observari inviolabiliter facere debeatis, faciendo has litteras nostras in actis vestre cancelarie deinde ad futurorum memoriam registrari. Data in nostro ducali palatio die XVII mensis iulii, indictione 2, millesimo quadringentesimo vigesimo tertio.

Diplomatarium Sibenicense, u dvor. knjižnici bečkoj, ruk. 13461, njegda 541, list. 123.

God. 1423. 27. srpnja, u Mletcih.

Naputak mlet. poslaniku idućemu k Turčinu u poslu Albanije.

1423. 27 iulii. Comissio nobilibus viris ser Sancto Venerio et Nicolao Georgio militibus, ituris provisoribus nostris ad partes Salonichi. Unus vadat ad Turchum pro confirmanda pace.

Confirmata autem dicta pace, debeas cum illis pertinentibus verbis, que tue discretioni videbuntur, dicere dicto domino, quod vigore dicti capituli, si loca nostra Albanie per aliquem molestantur, debet ipsa defendere. Et quia dominus despotus Rassie damnificat loca nostra pre-

dicta, et abstulit nobis Drivastum, debeas dictum dominum requirere, quod provideat taliter et mittat tale et ita efficax mandatum ipsi domino despoto, qui est homo suus, quod ipsa loca nostra non molestet, nec de illis quidcunque occupet; et nobis restituat locum nostrum Drivasti, quia dictus dominus despotus dicit hoc fecisse ad petitionem domini regis Hungarie. Et quod velit pro bona executione mandatorum suorum facere et providere tam effective cum suis gentibus et nuntiis propriis et cum illis modis, qui fuerint necessarii et executivi, quod mandata sua predicta habeant expeditivum et bonum effectum et debitam executionem pro conservatione bone pacis. Et si occurreret, quod dictus dominus despotus sive alii subditi dicti Turchi non observarent mandata sua, et molestarent loca nostra predicta, quia istud esset contra formam pacis, procura in isto casu, quod non teneamur aliquid sibi dare, et sic debeas servare

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 117, u mlet. arkivu.

God. 1423. 28. srpnja, u Mletcih.

U poslu trgovanja sa Senjom i Riekom.

Franciscus Fuscari dei gratia dux Veneciarum etc. nobilibus et sapientibus viris Johanni Corrario de suo mandato provisori et Vito de Canali capitaneo Jadre fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Recepimus literas vestras datas Jadre sub die xv presentis, per quas scribitis nostrum mandatum recepisse super facto rerum vetitarum conduci de partibus Marchie, Aprucii et Apulee ad partes Signe et Fluminis, que conducebantur Jadram et de deinde ad dictas partes Signe et Fluminis et e conversa; quodque nullam novitatem facere intendebatis ob rumores et exclamationes daciariorum, sed teneretis ipsum mandatum penes vos secretum, donec vobis scriberemus superinde. Quibus plenarie intellectis, nec non examinata copia partis capte in nostris consiliis rogatorum et vobis misse per literas nostras datas sub die xii septembris mccccxxii, quam nobis misistis vestris literis introclusam, quam quidem partem claram esse concernimus, et per ipsam aperte concessum fuisse, quod de caseo, oleo et aliis rebus locorum nostrorum Dalmatie fideles nostri Dalmatini possint libere extrahere de ipsis locis nostris, non tamen per ipsius partis continentiam modo aliquo vidimus, predictis nostris fidelibus fore concessum, quod possint mercationes et bona, que de partibus Marchie, Aprucii et Apulee conducuntur Jadram, ipsas deferre ad partes Signe et Fluminis, nec illas, que conducuntur de dictis locis Signe et Fluminis, possint deferre ad partes Marchie, Apulee et Aprucii. Quia si hoc Dalmatini facere possent, ordines et edita prohibitionis, ne res et mercationes de partibus Marchie, Apulee et Aprucii, conducantur ad partes Signe et Fluminis, et e converso de partibus Signe et Fluminis ad partes predictas Marchie, Apulee et Aprucii essent interupta, et nullius forent efficatie vel vigoris. Quapropter fidelitati vestre scribimus et mandamus efficaciter, quatenus de cetero nullo modo alicui cuiuscunque conditionis existat, licentiam concedere debeatis portandi de Jadra ad

partes Signe et Fluminis et submontanea Obrovacii et Scripsie de rebus et mercationibus, que conducuntur de partibus Marchie, Apulee et Aprucii Jadram. Et similiter nolumus, quod licentiam concedatis alicui portandi ad partes Marchie, Apulee et Aprucii res et mercationes, que conducuntur de partibus Signe et Fluminis et de submontanea Obrovacii et Scrisie Jadram, exceptis lignaminibus. Verum permittatis, predictos nostros fideles extrahere pro portando de Jadra ad loca suprascripta oleum, caseum, vinum et alias res, que nascuntur in districtu nostro Jadre sive Jadram conducuntur de partibus terre firme iuxta suprascripte partis tenorem et continentiam. Date in nostro ducali palatio die xxviii mensis iuiii, indictione prima mccccxxiii.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 13, u zadarskom arkivu.

God. 1423. 28. srpnja, u Mletcih.

Pristojba za prodaju vina Zadranom umanjena.

Franciscus Fuscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Johanni Corrario de suo mandato provisori et Vito de Canali capitaneo Jadre et successoribus etc. scribit, quod ut ostendatur erga cives et fideles Jadrenses benignitas nostra, dacium vini ad spinam civitatis Jadre, pro quo solvitur quartum, reducatur ad primam solutionem, videlicet ad solvendum de quindecim unus, sicut consuetum erat solvi. Data in nostro ducali palatio die 28. iulii, indictione prima, mccccxxiii.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 27, u zadarskom arkivu.

God. 1423. 2. kolovoza, u Mletcih.

Kapetanu pomorskomu kako da se vlada u slučaju, da bi neprijatelj kanio preseći mu prolaz po Bojani, i u poslovih mira.

1423. 2 augusti. Quod scribatur capitaneo nostro generali culphi in ista forma: Recepimus litteras vestras, quas nobis scripsistis super facto pratice pacis habite per vos et ser Marcum Barbadico provisorem nostrum Catari cum domino Georgio de Volcho, quibus litteris vestris dedimus responsionem, et vobis comisimus super facto dicte pacis illud, quod nobis apparuit committendum per litteras presentibus alligatas. Postea recepimus alias litteras vestras datas die x et xiv mensis elapsi, et intelleximus tam per primas quam per istas ultimas, qualiter inimici multum se fortificant ad locum Scale, et sicut littere vestre continent. Nos multum dubitamus, ne inimici vos claudant per modum, quod cum galeis descendere non possitis. Et propterea volentes vos de intentione nostra reddere informatum, vobis denotamus, quod sumus certi, quod ad pacem et concordium devenietis cum suprascripto domino Georgio nomine domini despoti Rassie, quia, sicut videbitis per alias nostras litteras vobis missas responsivas ad factum pacis, condescendimus ad ea, ad que secundum petitionem suam denegare non potest. Verum quia occurrere posset, quod cum dicto domino Georgio ad pacem venire non possetis, quia mutaret petitiones suas, ut de intentione nostra sitis informatus,

volumus, quod si videretis ad pacem non posse venire, et comprehenderetis et clare cognosceretis, quod per inimicos vobis claudi posset passus Scale, ita quod non esset in libertate vestra possendi descendere cum galeis nostris vobis comissis, habentes galeas nostras vobis comissas, et hearum homines caros quantum plus esse potest, si videbitis galeas et gentes nostras in periculo esse propter claususam passus dicte Scale; et si clauderetur dictus passus Scale, manifesto subiaceretis periculo, relinquimus in libertate vestra in tali casu manifesti periculi recedendi cum omnibus galeis nostris, et caricari faciendi equos et gentes armigeras in arsilis nostris, et destrui faciendi bastitas, et cum omnibus gentibus nostris vos reducendi versus bucham Boiane, et ponere gentes nostras equestres in Dulcigno vel aliis locis de inde, sicut vobis melius videbitur, et vos cum galeis nostris nutrire in dictis aquis, scribendo nostro dominio totum et quidquid secutum erit pro nostra informatione, et expectando nostrum mandatum.

Et si ad pacem devenietis, debeatis, dimissis in Scutaro equitibus quinquaginta sub uno sufficienti capitaneo, et illis peditibus, qui vobis et comiti nostro Scutari videbuntur, debeatis omnes alias gentes equestres et pedestres mittere Venetias.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 119, u mlet. arkivu.

God. 1423. 2. kolovoza, u Mletcih.

Republika upućuje svog vrhov. kapetana na moru i kotorskog providura o uvjetih mira postavljenih od strane srbskoga despota.

Quod scribatur et mandetur capitaneo nostro generali culphi et ser Marco Barbadico provisori Catari in hac forma, videlicet:

Recepimus literas vestras datas ad bastitam sancti Sergii die quinto iulii preteriti, quas et contenta in illis ordinate et distincte audivimus et intelleximus diligenter, et notavimus valde bene ac consideravimus inter cetera precipue conditiones treuguarum firmatarum per vos ad medium mensem augusti presentis, quas videmus procedisse ex clausura fluminis cum fortiliciis et stricturis factis per gentes inimicas. Notavimus etiam ac consideravimus petitiones sive capitula ultimate vobis porrecta pro pace concludenda etc. que sunt videlicet:

Primo quidem petit dominus Georgius nomine domini despoti civitatem Dulcigni cum suis confinibus eo modo, quo olim dominus Balsa ipsam civitatem tenebat et possidebat, et ultra hoc ducatos mille annuatim sibi attribuendos per nostrum dominium de introitibus Scutari, prout ipsi quondam domino Balse dabantur, aut castrum Budue cum suis iuribus et pertinentiis ac confinibus suis et cum his salinis, quas tenebat prefatus quondam dominus Balsa, et ducatos mille sibi annuatim ut supra solvendos. Item petit habere velle in suum subditum et pro suo subdito Andream Humoie cum centum domibus in montaneis olim districtus Scutari, habitantem longe a civitate Scutari per duodecim vel quindecim milliaria, quia asserit, ipsum Humoie ab antiquo fuisse de pertinentiis ipsius dominii Georgii vel precessorum suorum etcet., ut in dictis vestris litteris continetur.

*

Quibus omnibus bene notatis et consideratis, fidelitati vestre, ut de nostra intentione sitis plenarie informati super facto pacis tractande cum domino despoto Rassie sive cum deputato vel deputatis vel deputando vel deputandis per eum, scribimus et mandamus cum nostris consiliis rogatorum et additionis, et damus vobis libertatem, quod pro veniendo ad pacem et concordium possitis promittere castrum Budue cum suis iuribus et pertinentiis ac confinibus suis ac cum his salinis, que tenebat prefatus condam dominus Balsa, et ducatos mille sibi annuatim solvendos de introitibus Scutari, prout ipsi condam domino Balse dabantur. Ceterum quia in capitulis porrectis per ipsum dominum Georgium nomine domini despoti, ut supra continetur, non nominatur nec fit specifice mentio ulla de loco Lustize, et posset contigere, quod nomine predicti domini despoti requireretur et peteretur ipse locus Lustize cum allegatione, quod Balsa tenebat locum predictum, volumus, ut in omni casu sitis informati de nostra intentione, et vobis cum dictis nostris consiliis scribimus et mandamus, quatenus contingente casu, quod requiri et peti faceret dictum locum Lustize, dicendo quod Balsa tenebat eum, debeatis respondere et sustinere cum illis verbis et rationibus, que vobis videbuntur, quod dictus locus non est nec spectat pertinentiis Budue, concludendo cum illis pertinentibus allegationibus et rationibus, quas cognoveritis expedire et videbitis fore utiles, quod debeat remanere contentus, quod ipse locus Lustize remaneat nostro dominio prout est ad presens; faciendo super hoc omnem possibilem experientiam obtinendi dictam nostram intentionem ut profertur. Quando autem non possetis obtinere intentionem nostram predictam, quia omnino vellet habere ipsum locum Lustize, sumus contenti, ne ob ipsum locum Lustize deficiat quin veniatis ad pacem et concordiam, et damus vobis libertatem cum dictis nostris consiliis, quod possitis promittere castrum Budue cum suis iuribus et pertinentiis ac confinibus suis, et cum his salinis, quas tenebat prefatus condam dominus Balsa, et ducatos mille sibi annuatim ut supra solvendos, et ipsum locum Lustize, ut cum gratia dei veniatis ad bonam conclusionem pacis et concordie.

Circa partem autem Andree Humoie cum centum domibus, ut supra in capitulo continetur, volumus, quod debeatis cum illis verbis et rationibus, que vobis videbuntur, in totum et per totum lutanare et retrahere vos a tali pratica, faciendo omnem possibilem experientiam concludendi iuxta deliberationem nostram superius declaratam, pacem et concordium sine dicto capitulo, quia sumus informati, quod tale capitulum non faceret pro nostro dominio, et posset esse per tempora valde damnosum loco nostro Scutari. Quando autem facta omni possibili experientia non possetis obtinere intentionem nostram predictam, et videretis ob hoc restare pacem, ob carentiam cuius veniretis dubitare de galeis et gentibus nostris, quia essent expirate treugue, et timeretis posse claudi, seu iam videretis vos clausum ex fortiliciis et stricturis factis per gentes inimicas, et non posse descendere sine periculo; in hoc casu, quia super omnia diligimus securitatem galearum et gentium vobis commissarum, relinquimus in libertate vestra condescendendi etiam ad capitulum predictum, faciens mentionem de Andrea Humoie, cum illis centum domibus,

prout continetur in illo, habendo semper in omni casu bonam et diligentem advertentiam, prout de fidelitate vestra plene confidimus, faciendi et concludendi iuxta hanc nostram deliberationem per illum modum, qui pro bono status nostri vobis melior et utilior apparebit. Nec revocamus propterea, quando ad pacem et concordium non veniretis, libertatem per alias nostras litteras vobis missam veniendi ad treuguas, quam vobis mittimus his inclusam.

Et quia videmus tempus fore breve respectu termini treuguarum, volumus, quod esse debeatis cum domino Georgio, et petere prorogationem treuguarum usque ad adventum nobilis viri ser Marci Barbadico provisoris nostri Catari, ut ipso applicato illuc, possitis ambo simul exequi suprascriptum nostrum mandatum, quem ser Marcum debeatis advisare, ut fuerit opportunum. Quando vero nollet ipsas prorogare, vel esset aliqua alia causa, ex qua videretur vobis non differre, relinquimus in libertate vestra, quod intretis ad faciendum executionem dicte pacis, prout vobis videbitur, secundum quod superius continetur. De parte 63.

Ser Bartholomeus Donato sapiens consilii. — Vult partem contrascriptam per totum, sed in primo capitulo ubi est similiter ☩, vult, quod dicantur sequentia verba, videlicet: qui habeat libertatem seu habeant ab ipso, de qua debeatis vos certificare antequam aperiatis vos circa infrascriptam nostram intentionem. Scribimus et mandamus cum nostris consiliis rogatorum et addicione, quatenus debeatis experimentare veniendi ad conclusionem pacis iuxta ultimum mandatum nostrum vobis factum per literas nostras ad vos missas terciodecimo iulii presentis, copiam cuius ultimi mandati nostri predicti vobis mittimus his inclusam. Et si per dictum modum nequiretis ad conclusionem dicte pacis pervenire, sumus contenti et damus vobis libertatem cum dictis nostris consiliis, quod ultra ducatos II mille vobis concessoš iuxta continentiam predicti ultimi nostri mandati posse promittere, possitis ad partem ad partem, prout vobis videbitur, promittere alios ducatos a quingentis usque mille annuatim, ita quod in totum possitis promittere usque ad summam ducatorum trium millium in anno de introitibus Scutari et aliorum locorum nostrorum de inde, tenendo quamlibet partium terras et fortilicia, quas et que tenent ad presens, cum districtibus et confinibus ipsarum terrarum et locorum, que tenent. Si vero ad concordiam et pacem adhuc per hos modos pervenire non possetis, et possetis cum medio pecunie venire ad longas treuguas, damus vobis libertatem, quod possendo obtinere et habere treuguas pro annis quinque et ab inde supra, possitis promittere singulo anno tempore dictarum treuguarum dicto domino despoto ad partem ad partem a ducatis mille usque ad summam ducatorum duorum millium, prout vobis videbitur; declarando in dictis treuguis, sicut est vobis commissum, quod tenentes terras et fortilicia, teneant districtus et confinia terrarum et locorum que tenent. Et si facta omni possibili experientia videretis per aliquem ex suprascriptis modis non posse ad pacem et concordiam nec ad treuguas pervenire, in hoc casu sumus contenti et damus vobis libertatem et cet. De parte 9.

Ser Marcus Dandulo sapiens terrarum de novo aquisitarum. Vult, quod scribatur, quod audivimus et plene intelleximus omnia, que nobis

scripsistis super tractata pacis, que habuistis cum domino Georgio de Volcho, et intelleximus petitiones suas et cet. Ad quas vobis respondemus, quod istis diebus elapsis ad plenum vobis scripsimus et libertatem dedimus veniendi ad pacem cum domino despoto vel deputatis ab eo, et etiam veniendi ad longas treuguas. Et propterea cum nostris consiliis rogatorum et addicione scribimus et mandamus, quatenus dictam pacem vel treuguas tractare et praticare debeatis per illum modum et formam, qui et que continentur in aliis nostris mandatis vobis factis. Et si ad pacem vel treuguas secundum libertatem vobis concessam devenire poteritis, bene quidem; quando autem ad dictam pacem sive treuguas devenire non possetis, et videretis non posse ibi stare cum galeis et gentibus nostris propter clausuram, que fieret per dictum Georgium ad locum Scale, debeatis, non possendo ibi stare sine manifesto periculo, ita quod transitus non esset vobis liber possendi ire sursum et deorsum, vos levare cum omnibus gentibus nostris et destruere bastitas, scribendo rectoribus nostris Scutari, quod habeant bonam custodiam dicte civitatis, et considerent, quod gentes inimice non poterunt tempore yhemali ibi stare, et nos, dispositi saluti illius civitatis, interim faciemus illas provisiones, quas videbimus esse necessarias per omnem viam nostro dominio possibilem. Et si vobis superhabundarent aliqui denarii nostri communis, illos dictis rectoribus Scutari mittere debeatis; et si vos et gentes nostras levabitis vos de inde, debeatis gentes nostras equestres et pedestres mittere Venetias, et presto scribere nobis omnia, que feceritis pro nostra informatione, providendo ad custodiam et securitatem locorum nostrorum Dulcigni et Budue, sicut sapientie vestre videbitur. Et si videretur vobis de retinendo aliquas ex dictis gentibus equestribus in Dulcigno vel aliis nostris locis, illas retinere debeatis, sicut vobis melius videbitur. Et si ad pacem deveniretis, debeatis in Scutaro dimittere equites quinquaginta sub uno sufficienti capitaneo, et illos pedites, qui vobis et comiti nostro Scutari videbuntur, alias autem gentes nostras equestres et pedestres Venetias mittere debeatis. De parte 15, de non 5, non sinceri 13.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. c. 120, u mlet. arkivu.

God. 1423. 6. kolovoza, u Mletcih.

Naputak poslaniku idućemu k vojvodi Sandalu.

1423. 6 augusti. Cum die mensis iulii elapsi captum fuerit in isto consilio, quod mitti deberet ad presentiam magnifici domini Sandali unus noster ambassiator, qui etiam, si esset necesse, iret ad dominum despotum Rassie, et electus fuerit nobilis vir ser Johannes Georgio, et sit necessarium (mittere) dictum nostrum ambassiatorem pro veniendo ad bonam conclusionem cum dicto domino Sandali pro bono et quiete civitatis Catari; vadit pars, quod fiat commissio nobili viro ser Johanni Georgio ambassiatori nostro in hac forma:

Nos Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi nobili viro Johanni Georgio dilecto civi et fideli nostro, quod ire

debeas noster ambassiator ad magnificum dominum Sandali, cui presentatis nostris litteris credulitatis et facta fraterna et amicabili salutatione et oblatione cum verbis pertinentibus et necessariis prout honori suo et nostro videbis convenire, debeas sue magnificentie dicere et exponere, quod sicut sua magnificentia scit, fuisti ad presentiam suam de nostro mandato; scit etiam praticas, quas secum habuisti super factis civitatis nostre Catari, et ideo te misimus ad presentiam suam pro veniendo et ponendo bonam conclusionem his, que inter magnificentiam suam et te nostro nomine praticata sunt; et tetigisti, quod dictus dominus Sandali erat contentus, quod caravane possent venire ad civitatem nostram Catari, videlicet, quod esset in libertate earum veniendi Catarum et eundi ad alias terras, sicut eis placeret. Sumus contenti, sicut alias tibi dedimus in mandatis, quod dicte carovane sint in libertate sua possendi ire quo volent, et quod itinera de inde veniendi ad civitatem Catari sint aperta et secura quibuscumque volentibus ad dictam civitatem venire; et ob istam causam damus tibi libertatem possendi promittere singulo anno de introitibus salis camere nostre Catari ducatos sexcentos, de qua quantitate ducatorum sexcentorum retulisti eundem dominum Sandali remansisse contentum, sed volebat, quod adderetur in concordio fiendo, quod si serenissimus dominus suus rex Bossine vel dominus Turchorum dicto Sandali committeret, quod iret vel mitteret gentes suas in subsidium domini despoti cognati sui contra nostrum dominium et terras nostras Albanie, quod hoc facere posset, remanente civitate Catari in pace secundum formam concordii, quod fecisset, et habente eo provisionem suam secundum formam concordii, quia non faciet nec permittet facere aliquam novitatem civitati Catari predicte. Propterea si de tali additione ponenda in concordio, quod faceres, tibi faceret mentionem, et velet, quod poneretur in dicto concordio, debeas respondere et dicere, quod hoc non esset iustum nec conveniens, quod in partibus Albanie esset inimicus noster et guerizaret cum nostro dominio, et in partibus Sclavonie amicaretur nobis; et ista non conveniunt, quod sit amicus et inimiçus in uno eodem tempore, et insta, quod a tali petitione se removeat cum illis pertinentibus verbis et rationibus, que tue sapientie videbuntur. Et si hoc obtinere poteris, bene quidem, quando autem non, damus tibi libertatem condescendendi secundum conditionem suprascriptam, et faciendi quomodo melius poteris.

Et quia dictus dominus Sandali requisivit, ut dignaremur eidem concedere certas suas domos, quas habet in Cataro et in Jadra, que alias sibi fuerunt donate, de quibus domibus contentus erat stare gratie nostri dominii; si dictus dominus Sandali tibi similem requisitionem faceret, debeas respondere, quod sicut sue magnificentie notum est, dicte domus sunt ruinate et nullius utilitatis, et quod propterea velit sua magnificentia a tali requisitione desistere. Et si pur staret constans, placet nobis, quod condescendas, quod sumus contenti, quod habeat suam domum in Cataro, que alias sibi donata fuit.

Insuper sicut scis dictus dominus Sandali habet et tenet captivos quatuor cives Catarinos, quos habet et tenet captivos placeat liberare et sue libertati restituere. Et circa liberationem dictorum quatuor civium

Catari debeas instare et solicitare cum illis pertinentibus modis, verbis et rationibus, que tue sapientie videbuntur, quia iniustum esset, quod esset nobiscum in pace, et teneret dictos cives Catarinos captivos. Et si, facta per te illa instantia, que fuerit possibilis pro liberatione predictorum, intentionem nostram poteris obtinere, bene quidem; quando autem illos relaxare nec liberare vellet, si de aliis tibi commissis eris in concordio, non restes propter hoc de veniendo secum ad conclusionem.

Insuper quia nobilis vir ser Fantinus Maripetro habere debet, ut nobis exposuit, certam quantitatem denariorum a domino rege Bossine predecessore regis presentis, et si casus daret, quod te reperires ubi esset dominus rex, debeas procurare penes dictum dominum regem, quod idem ser Fantinus habeat illud, quod habere debet. Et si non reperires te ubi esset dominus rex, debeas rogare dominum Sandali, quod velit esse propitius et favorabilis penes dominum regem Bossine, quod dictus ser Fantinus possit ad recuperationem suorum denariorum pervenire. De parte 49, de non 27, non sinceri 10.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 121, u mlet. arkivu.

God. 1423. 12 kolovoza, u taboru kod sv. Srgija.

Pogodba mira sklopljena medju mlet. republikom i srbskim despotom.

Instrumentum pacis confectum inter ducale dominium Venetiarum et illustrem dominum despotum Stefanum ducem Rassie et magnificum dominum Georgium quondam Vulchi etc.

In Christi nomine, amen. A nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo vigesimo tercio, indictione prima, die duodecimo mensis augusti, in castris magnifici domini Georgii quondam Vulchi infrascripti contra Bastiani sancti Sergii serenissimi ducalis dominii Venetiarum etc. sub papione eiusdem dominii Georgii, presentibus magnificis et generosis viris vayvoda Voyn Juga, vayvoda Scian, vayvoda Aliasbeg, vayvoda Novach, vayvoda Hrebelan; nec non nobilibus viris ser Matteo Leon de Venetiis, ser Jacobo Abramo, Johane de Caprino, Franceschino de Grossa, Morello de Montio et Antonio de Fontana, omnibus testibus vocatis et rogatis etc.

Cum iam diu guerre et guerrarum turbines ac discordie in partibus Albanie Dalmatieque atrociter insurexerint ac viguerint inter serenissimum et excelentissimum principem et dominum Franciscum Foscari dei gratia ducem Venetiarum etc. eiusque illustrissimum ducale dominium ac colligatos, adherentes, recomendatos, fautores, complices, sequaces, fideles et subditos suos ex una parte, et illustrem et excelsum dominum despotum Stephanum eadem gratia ducem Rassie etc., et suprascriptum magnificum dominum dominum Georgium ac colligatos, adherentes, recomandatos, fautores, complices, sequaces, fideles atque subditos et vassalos suos ex parte altera, pro quibus quidem differentiis, guerris, rixis et guerrarum turbinibus et discordiis sedandis ac pace, amore, concordio et treugis seu indutiis et substentamentis, tam in perpetuum quam ad tempus inter ipsas partes celebrandis, perficiendis et confirmandis, ante-

fatus illustrissimus princeps et excelentissimus dominus dominus Franciscus Foscari inclitus dux Venetiarum etc. et eius excelentissimum ducale dominium una cum suis consiliis ad sonum campane more solito congregatis, omni modo, iure, via, causa et forma, quibus melius, fortius et efficatius potuerunt et possunt, fecerunt, constituerunt, creaverunt et ordinaverunt magnificum et generosum militem dominum Franciscum Bembo pro eodem ducali dominio Venetiarum capitaneum generalem culphi etc. licet absentem suum sindicum et procuratorem generalem et specialem, et specialiter ad tractandam pacem et concludendum perpetuum concordium, amorem et treuguas seu inducias et substentamenta tam in perpetuum quam ad tempus cum prefato illustri domino domino dispote Stephano duce Rassie etc. et ips› magnifico domino domino Georgio suis propriis nominibus et nomine et vice heredum et successorum suorum, nec non omnium et singulorum colligatorum, adherentium, recomendatorum, fautorum, complicum, fidelium, sequatium et subditorum ac vassalium suorum, prout et sicut de dicto sindicatu constat publico instrumento scripto et roborato manu providi et discreti viri ser Constantini de Constantinis quondam ser Bartholomei publici imperiali auctoritate notarii et iudicis ordinarii nec non ducatus Venetiarum scribe sub presentibus millesimo et indictione, die autem secundo mensis iulii, et bullato bulla plumbea prelibati domini domini ducis et excelsi ducalis dominii Venetiarum pendente. Ibique antefatus magnificus et generosus miles dominus Franciscus Bembo capitaneus generalis culphi etc. pro antefato inclito ducali dominio Venetiarum etc dicto sindicario et procuratorio nomine ex parte una, et prefatus magnificus dominus dominus Georgius quondam Vulchi, habens similiter plenissimam commissionem auctoritatem et bayliam ut supra a prelibato illustri et excelso domino domino dispoto Stefano Rassie duce etc. ut patet per literas eiusdem illustris domini domini dispoti in literis sclavis ad ipsum dominum dominum Georgium delatis eiusdem illustris domini domini despoti sigilli impensione munitis. Considerantes bene ac diligenter, quanto tempore inter ipsos principes et duces prealegatos eorum predecessores sine vi sine fraude et sine aliquali livore sed cum omni prorsus sincera caritate et perfecta extitit amicicia et pax amena, quia pace in humanis rebus nil principibus delectabilius, nil melius, nil tranquilla pace suave, nil civibus atque subditis optabilius. Volentes itaque prelibati magnificus miles dominus Franciscus Bembo capitaneus generalis culphi etc. nomine quo supra, et magnificus dominus dominus Georgius quondam Vulchi prealegatus nomine quo supra pristinas et tam dulcissimas amicitias renovare et indissolubili catena connectere et firmare, presentesque differentias et guerras, rixas et guerrarum turbines et discordias sedare et totaliter removere, in eterni creatoris nomine venerando omnium bonorum amplissimi largitoris, omni modo, via, iure et forma, quibus melius et efficatius potuerunt et debuerunt, ac possunt et debent, devenerunt ad bonum concordium, firmam unionem ac amicitiam et perpetuam pacem, pactis, modis et conventionibus et conditionibus in capitulis intrascriptis distinctis et annotatis. Quorum capitulorum tenor talis est, videlicet:

Primo, che la serenissima et excelentissima regal signoria de Veniexia habia, tegna e posseza la cità de Scutari cum tutto el suo destreto de fora Scutari et de soto Scutari, vescovado, confini, territorii, raxon et pertinentie, excepto che Andrea Humoe remagna de una terza persona, zoe de vayvoda Radosavo vayvoda de Drivasto cum cento case de vilani al ditto Andrea suso el monte, el qual vayvoda Radosavo recolga le frue de tute raxon del dito Andrea Humoe, e questo perfina a tanto, che l'inclita dogal signoria de Veniexia determinera et rescrivera al rezimento de Scutari, se la vuol far cambio col dito signor Zorzi, et accetar altretante del districto de Drivasto in luogo de le case predicte del detto Andrea, et in quanto che la prefata serenissima ducal signoria de Veniexia non volesse far el cambio predicto, che tunc et in eo casu el dito signor Zorzi nomine quo supra diebia restituir liberamente el terreno e le intrade cum le possession e case predicte del dito Andrea ala prefata inclita ducal signoria de Veniexia, Dulcigno cum el suo destreto, Cataro cum el suo destreto, chomo ha habudo e tegnudo al tempo del signor Zorzi Stracimir e del suo fiol misser Balsa, franchamente siano de la prefata inclita signoria de Veniexia, li quali la antefata inclita ducal signoria de Veniexia tegna e poseza quieta e pacificamente iure proprietario perpetuo et in perpetuum, senza alguna novitade, impazo ne molestia da esserli fata per algun modo, via, forma, raxone, cum casone da li predicti signori dispoto e signor Zorzi ne de alguno suo adherente, subdito, complice, seguace, recomendado ne vassallo. E ali signori predicti remagna Drivasto, Antivari, e per lo simile diebiano esser messi in possession del castel de Budua e de le saline, che fu del signor Balsa e cum tuti suo confini, raxion e pertinentie, le quale aveva et ha habudo soto el tempo de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia. E tuto quelo haveva habudo e possedudo el signor Zorzi Strazimir, el suo fiol misser Balsa, excepto le dite citade cum li soi confini, vescovadi, territorii, raxon e pertinentie, cum questo modo e condition, chel dito signor Zorzi nomine quo supra non habia a fare alguna cosa, ne habia alguna iurisdicion over razon in el fiume over in laqua de la Boiana, ne possa per algun modo, via, forma e raxon over caxion fabricar apresso el dito fiume, ne fare over lassare fabricar forteza alguna over castello apresso a la riva del dito per un mio infra terra, intendendo questo da bocha del fiume zoe da bocha del lago per fina in la marina, segondo come va el dito fiume de la Boiana. El qual fiume remagna libero e francho cum tute sue raxon e pertinentie de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia. Item chel prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra sia tegnudo e debia desfar e brusar le bastie fate suso la riva del dito fiume de la Boiana ala scalla over al stretto. E per lo simele lo prefato misser lo capitaneo diebia fare desfare e spianar la bastida fata per mezo la bastia de santo Sergi da laltro ladi de la Boiana Item perche el prefato signor misser Zorzi domanda per soi subditi i Pastrovichi, i quali el prefato misser lo capitaneo non ha libertade de darli etc. sono stati e de presente sono de pien concordio i prefati signori, che i Pastrovichi remagnano in determination de la prefata serenissima ducal signoria de Veniexia e del prefato illustre principe de despoto. Item che tuti i pre-

soni, che sono stati presi si per l'una parte chomo l' altra dal principio de le predicte discordie e novitade sono state inter la prefata inclita signoria de Veniexia e li signori predicti, tuti per unà parte e per l'altra siano lassadi, de presente de Thomaso Schiavo, el qual za fo menato per prixone in Schiavonia. El prefato magnifico signor Zorzi promette sopra la fede sua de far iuxta sua possa, chel sia lassado.

Item che per algun muodo, via, forma, raxon over caxon tanto la prefata inclita ducal signoria de Veniexia e li soi oficiali quanto i prediti signori et li soi oficiali et etiamdio li soi adherenti, complici, seguaci, subditi, recomandadi e vassalli de le parte predite non possano tuorse luna parte a laltra pian, ne recevere alguna citade, luogo ne forteza per tradimento ne per alguno altro muodo ne insegno soto fede de sacramento e de la pena sotoscrita.

Item che concio sia cosa che Nicha Herman di Pamaliotti, subdito de la prefata inclita signoria ducal de Veniexia, durando el termene de le presente triegue, ogni altro fallo e tradimento posponudo, habia assassinado e amazado tre homeni del signor Zorzi contra i pati de la triegua e contra el sacramento e la fede data per lo prefato misser lo capitaneo e per lo magnifico misser Marco Barbarigo honorevole provededor de Cataro; attento el predito delito perpetrado si etiamdio a petition del prefato magnifico signor misser Zorzi romaxe de acordo de le parte predicte, chel dito Nicha Herman non debia stare ne habitare apresso a Scutari a cento megia per fina a tanto, che la prefata inclita ducal signoria non seria fato sententia sovra el dito vayvoda Nicha. Item se caso fosse et intravegnesse, che alguno homo de che condicion e mainiera se sia ferisse over amazasse, involasse over robasse o altro delito facesse, e fosse homo de la signoria o de li diti signori, li officiali de luna parte e de laltra insieme iustamente debiano cognoscer et sententiare.

Item che i diti signori per lor o li suo heredi et successori habiano mille ducati d'oro over tante monede ogni ano da la prefata inclita ducal signoria de Veniexia de le intrade de Scutari in el zorno de la festa de la nostra dona d'agosto. E che per neguno special debito ne casone non siano sequestradi intraditi ni ritegnudi li diti ducati over denari. Item che tuti i cittadini tanto queli de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, quanto de i diti illustre signor dispoto et magnifico signor Zorzi e tuti i altri complici e seguaci e adherenti e recomandati, subditi e vassalli de una parte e de l' altra possano andare et usare per i luogi e cita e tenute si de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia como de i diti illustre signor dispoto e magnifico signor Zorzi stare, mercantare, vendere, comprare ogni mercantia, che a lor piaqua, si chomo vendere et compare posson tuti i citadini, complice, seguace e adherenti, subditi e vassalli, e recomandadi de lo prefato signore in le terre de le signorie senza alguna contradicione ne molestia de alguna de le parte predicte. Item, se caso fosse, che ai predicti illustri signori despoto e magnifico signor misser Zorzi besognasse o piacesse a lor e li soi homeni, de que condicion se sia, de passar con zente o senza per le citade e luogi de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, che liberamente possano passare per le citade e luogi de

la antefata excelentissima ducal signoria de Veniexia, et possano andare in ogni luogo e citade, dove a i diti signori over a i soi homeni parera e piasera senza contradicion ne novitade de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia ne de li soi officiali. Item se alcuno homo de que mainiera e condicion se sia per ogni muodo o caxone che se voia scampasse e fucisse da i luogi e terre de la prefata inclita signoria de Veniexia intro i luogi e terre de li prefati illustre principe despoto e magnifico signor Zorzi, i prefati signor e soi officiali siano tegnudi di restituirli a la prefata inclita signoria de Veniexia cum ogni aver e roba, che havesse portada via, e versa vice la prefata inclita signoria de Veniexia cum li soi rectori et officiali el simele debiano fare a li prefati signori e ali soi officiali e rectori. Item che tuti i citadini de la prefata signoria de Veniexia et altri homeni de que maniera e condicion se siano, i quali ano possession personali o materiali o compre o dote, case, vigne e campi et ogni altre possession dentro dai luogi, confini et citade de li diti signori, liberamente possano haver, tegnir, golder e posseder le dite lor possession pagando el dreto de li prefati signori E versa vice li homeni de i diti signori possano fare entro i luogi, citade e tenimenti de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia. Item domanda el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, che si per caso li bisognasse andar per mar contro i Turchi o altri soi inimisi, che la prefata inclita ducal signoria de Veniexia li conceda de speciali gratia per fina a sie galie, le qual galie i diti signori possano armar a tute sue proprie spese dentro de Veniexia over in altro luogo, unde si fossero assegnade per tanto tempo e tante volte parera esser licito a la prefata ducal signoria de Veniexia. E questo domanda de don e gratia speciale; alla quale domanda el prefato magnifico messer lo capitaneo se offerse a tuta sua possa de fare si, che la prefata serenissima ducal signoria quelo concedera, non dubitando, che questo non sia ben concesso da essa ducal signoria de Veniexia. Item domanda el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, che per l' antefata inclita ducal signoria de Veniexia debiano esser ratificati e confermadi tuti i privilegi fatti da essa ducal signoria si al padre e l' illustre signor despoto, chomo al padre desso magnifico signor Zorzi per lor e per li soi heredi e successori.

Quam pacem, unionem et concordium ac omnia et singula suprascripta et contenta in capitulis suprascriptis prefatus magnificus dominus dominus Georgius per se et suos heredes ac nominibus quibus supra ex parte una, et prefatus magnificus miles dominus Franciscus Bembo capitaneus prealegatus nomine quo supra ex parte altera iuraverunt ad sancta dei evangelia supra anchonam et figuram domini nostri Iesu Christi crucifixi manutactis, quod semper et omni tempore firma et rata pariter atque grata habebunt et tenebunt omnia et singula suprascripta, ac ipsa attendent et observabunt, ac attendi et observari facient perpetuo et in perpetuum sub vinculo sacramenti suprascripti et sub pena ducatorum centum millium solvendorum per partem non attendentem parti attendenti et observare volenti; qua pena semel vel pluries commissa vel non et soluta vel non, tamen omnia et singula suprascripta semper et omni tempore in sua permanebunt roboris firmitate.

Ego Nicolaus de Arcilupis de Kataro imperiali auctoritate iudex ordinarius et publicus notarius, et prelibati illustris et excellentissimi principis et domini domini despoti Stefani Rassie ducis et prefati magnifici et excelsi domini domini Georgii scriba, quia omnibus et singulis suprascriptis una cum prenominatis testibus interfui rogatus, ideo scripsi et publicavi, et in hac forma publica redegi, signo quoque et nomine meis solitis et consuetis una cum prefati magnifici domini Georgii impensione sigilli roboravi.

Commemorialium lib. XI. c. 112, u mlet. arkivu.

God. 1423. 11. rujna, u Mletcih.

Nalaže se načelnikom Zadra, neka dozvole gradjanom Pirana izvažati živež iz Zadra uz obične daće.

Franciscus Fuscari dei gracia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Johanni Corrario de suo mandato provisori et Vito de Canali capitaneo Jadre etc. Ad instantiam Anthonii Dominici de Pirano nomine etiam Piranensium habentium libertatem vigore cuiusdam veteris concessionis extrahendi grassam de terris et locis Dalmacie venete „vobis scribimus et mandamus, quod ex quo idem Anthonius in Jadra pro dicto caseo per eum extracto solvit dacia consueta, dictam plezariam per eum prestita debeatis facere cancelari; permittentes omnino in futurum ipsos Piranenses vigore dicte sue gracie extrahere grassam de Jadra pro conducendo Piranum, dummodo per eos dacia pro ipsa grassa debite persolvantur.“

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 13, u zadarskom arkivu.

God. 1423. 7. listopada, u Mletcih.

Zabranjeno židovom nepokretnine kupovati, a kad bi jih imali, da jih za dvie godine prodadu.

Franciscus Fuscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Johanni Corrario de suo mandato provisori et Vito de Canali capitaneo Jadre et successoribus etc. scribit, quod die 26 septembris capta fuit pars contra Ebreos huius tenoris: „quod de cetero nullus Judeus vel Judea possit emere vel acquirere in aliqua terra vel loco nostro aliquam possessionem vel domum alicuius maneriei vel sortis vel aliquod aliud stabile sub pena perdendi dictam possessionem, domum vel aliud stabile sic emptum vel aliter acquisitum, quod veniat in nostrum comune“; possessiones vero, quas haberent, debeant vendidisse infra biennium in pena ammissionis omnium stabilium, que non alienassent. Data in nostro ducali palatio die 7 octubris, indictione secunda, MCCCCXXIII.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 29, u zadarskom arkivu.

God. 1423. 19. prosinca, u Mletcih.

Hvale se načelnici Zadarski, što su spasili Novigrad od izdajničke ruke, te se ovlašćuju nastojati o predobiću Ostrovice, akoprem primirje traje.

1423. die 19 decembris. Quod scribatur comiti et capitaneo Jadre in ista forma: Duas literas vestras recepimus, primam datam die septimo, secunda XIII presentis mensis decembris, quibus nobis significastis singulariter et distincte descensum equitum nonaginta de partibus Tenini et Ostrovice ad villam Carini apud Novigradum per milliaria duo pro habendo per tractatum castrum nostrum predictum Novigradi, quem tractatum ducebat ille nequa Vivianus Sala olim in eodem castellanus per medium Nicolai Falcon marangoni et murarii in dicto loco, quem Nicolaum habetis retentum et cet., sicut in dictis literis, quas diligenter intelleximus, seriose cavetur, et ad ipsas presentibus respondemus. Et primo laudantes virtutem et modos servatos per vos circa bonas provisiones factas et faciendas, ut scribitis, ad conservationem dicti loci Novigradi, vos inducimus quantum possumus et expresse mandamus, quod et ad ipsum locum Novigradi et alia loca nostra bonam et vigilem custodiam et diligentiam habere debeatis, et haberi facere, sicut habemus de vobis plenam fidem, ita quod divina prestante clementia, et optimis vestris provisionibus et vigilia, omnia nostra loca subiecta vestro regimini conserventur illesa ad honorem et bonum statum nostri dominii, et contra dictum Nicolaum Falcon retentum et alios, quos reperietis complices dicti tractatus, debeatis procedere sicut secundum deum, iusticiam et honorem nostri dominii videbitis opus esse. Secundo ad declarationem, quam petitis, si possendo accipi facere predictum Vivianum, qui se reperit ad Obrovacium locum comitis Thomasii, de mente nostra est, et procedit, quod faciatis de hoc experientiam possibilem, quam speratis executioni mandare, respondemus, quod sumus contenti et placet nobis, quod hoc facere debeatis, tamen cum quam maiori securitate nostrarum gentium et locorum facere poteritis et sine periculo manifesto. Et in casu quo ipsum per talem viam et modum habere non possetis, vobis concedimus, quod possitis expendere usque ducatos quingentos, expendendo tamen quantum minus poteritis, sicut de vobis plene confidimus, pro habendo ipsum per illas vias et modos secretos, quos bene servare poteritis et scietis, et non per viam talie, quia per illam viam ipsum difficillime et forte non habere possetis. Tertio ad declarationem quam petitis de modis servandis per vos, et quomodo vivere debeatis cum circavicimus nostris, qui tempore treuguarum proditorie quesiverunt fortilicia nostra suripere, respondemus, quod volumus, quod cum eis simuletis, et quantum in vobis est vivatis pacifice durantibus treuguis. Sed postquam ipsi taliter fecerunt, et fidem suam fregerunt, contenti sumus et vobis licentiam impartimur, quod si casus daret, quod possetis habere per tractatum vel alium modum sine manifesto periculo castrum Ostrovice, ipsum accipere debeatis etiam tempore treuguarum ipsarum. Ad factum autem quinquaginta pagarum, quas requiritis vobis mitti sub duabus bonis et fidis capitibus, et etiam pecuniarum, quas requiritis, tam pro refusura hominum galee nuper reverse quam pro subventione

stipendiariorum nostrorum de inde, respondemus vobis, quod stipendiarii et conduci faciemus et presto dicta quinquaginta pagas, et vobis ipsas mittemus sicut requisivistis sub duobus bonis capitibus, quibus applicatis debeatis cassare duos de illis capitibus minus sufficientibus et totidem pagas inutiles, ne augeatur expensa. Et insuper per galeam Pasqualigam, quam sumus expedituri de brevi, mittimus vobis ducatos III mille et plures, si plures poterimus, ita quod habebitis omnem bonam causam procurandi et faciendi honorem nostri dominii, sicut semper fecistis. De parte 108, de non 0, non sinceri 3.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. c. 135, u mlet. arkivu.

God. 1424. 5. siečnja, u Mletcih.

Načelnici Zadarski pozvani, da odprave one vojnike, koji imaju žene ili priložnice iz onih krajeva.

Franciscus Fuscari dei gracia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Fantino de Pesaro de suo mandato comiti et Vito de Canali capitaneo Jadre et successoribus etc. de cambio dando stipendiariis Laurane et None, cassando illos, qui haberent uxores vel concubinas illarum partium; „de castro autem Novigradus, cum nuperime secutus sit casus vobis notus, volumus similiter, quod omnes habentes uxores vel concubinas de partibus illis, cassare debeatis.“ Data in nostro ducali palatio die 5 ianuarii, indictione secunda, MCCCCXXIII.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 29, u zadarskom arkivu.

God. 1424. 1. veljače, u Mletcih.

Obnova povelje za vojvodu Sandalja kao plemića mletačkoga.

Privilegium magnifici et potentis domini Sandali magni voyvode Bossine de dignitate maioris consilii refectum.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam presentibus quam futuris, presentem paginam inspecturis salutem et sincere dilectionis affectum. Expositum et supplicatum est nostro dominio pro parte magnifici et potentis domini Sandali magni vayvode regni Bossine etc., quod cum alias tempore felicis recordationis illustris domini Michaelis Steno Venetiarum etc. ducis, eidem magnifico domino Sandali concessum fuit privilegium de dignitate nostri maioris consilii, ad quam eundem magnificum dominum et suos legitimos filios in numero ceterorum nobilium nostri maioris consilii constat solenniter aggregatum, et privilegium predictum casualiter sit amissum, dignaremur illud in ea forma, qua alias ipsi domino fuit elargitum, sibi facere punctaliter innovari. Nos autem suplicationem eiusdem domini parte porrectam iustam esse cernentes, visis libris cancellarie nostre, in quibus forma dicti privilegii est notata, mandavimus ipsum privilegium de novo refici in subsequenti forma, prout eidem domino fuerat alias elargitum, et bulla nostra aurea communiri in evidentiam premissorum; cuius quidem privilegii tenor per omnia talis est:

Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus etc., prout in presenti libro ad cartam centum sexaginta octo. — Refectum autem et innovatum anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo vigesimo tertio, mensis februarii die primo, indictione secunda.

Liber privilegiorum primus c. 199, u mlet. arkivu.

God. 1424. 13. veljače, u Mletcih.

Povelja, kojom se podieljuje mletačko plemstvo knezovom Vokcu i Vuku braći kneza Sandala, te i Stjepanu sinu pomenutog Vokca.

Privilegium magnificorum dominorum comitis Vocaç et comitis Volchi fratrum, et fratrum suprascripti domini Sandali, ac comitis Stephani filii dicti comitis Vocaç et nepotis eiusdem domini Sandali de domo Cosaçe, ad honorem maioris consilii.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam presentibus quam futuris, presentem paginam inspecturis salutem et dilectionis affectum. Ducalis excellentia in liberalitatis operibus solita celeberime conversari, tanto amplius personas magnificas et dignitatis honore conspicuas prevenire studet honoribus, et dotalibus ampliare favoribus, quanto ducatui nostro devotiores fide et operibus se ostendunt. Unde cum magnifici et potentes domini comes Vocaç et comes Volchus fratres et filii quondam magnifici et potentis domini Chragne olim magni comitis regni Bossine, fratresque magnifici et potentis domini Sandali magni vayvode regni Bossine, ac magnificus comes Stephanus eiusdem magnifici comitis Vocaç filius et prelibati magnifici domini Sandali nepos, omnes de progenie et domo Cosaçe, semper fuerint et sint dilectissimi et perfectissimi amici nostri dominii, sicut ostenderunt et ostendere dispositi sunt laudabilium et notabilium operum per effectus. Notum fieri volumus unicuique, quod omni iuris, consiliorum et ordinamentorum nostrorum necessaria solemnitate servata, prefatos magnificos et potentes dominos comitem Vocaç et comitem Volchum atque comitem Stephanum Cosaçe cum eorum et unius cuiusque eorum heredibus ad numerum et numero nobilium nostri maioris consilii recepimus atque recipimus, et de nostro maiori consilio fecimus et facimus, atque pro nobilibus et de numero nobilium nostri maioris consilii in Venetiis et extra ubilibet esse volumus et tractari; ipsos et eorum quemlibet sincere benivolentie brachiis amplexantes, et firmiter statuentes, quod eisdem libertatibus, beneficiis, honoribus et immunitatibus, quibus alii cives et nobiles nostri de nostro maiori consilio gaudere dignoscuntur, prefati magnifici et potentes domini comes Volchus, comes Vocaç et comes Staphanus ac quilibet eorum et ipsorum et unius cuiusque eorum heredes in Venetiis et extra ubique locorum plenissime gaudeant perpetuo et utantur. Nobis quoque idem magnifici domini comes Vocaç, comes Volchus et comes Stephanus per suum procuratorem legitimum ad evangelia sancta dei solenniter fidelitatis debitum prestiterunt iuramentum. Ad quorum omnium fidem et evidentiam pleniorem

presens privilegium fieri iussimus, et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo vigesimo tertio, mensis februarii die tercio decimo, indictione secunda.

Liber privilegiorum I. c. 199, u mlet. arkivu.

God. 1424. 16. veljače (1423. 1. studen.), u Mletcih.

Pogodba mira medj Mletčani i vojvodom Sandaljem.

Privilegium magnifico domino Sandali concessum, continens pacem et concordium cum eo factum per spectabilem et egregium virum dominum Johannem Georgio ambassiatorem dominii ad ipsum dominum; et insuper decem capitula porrecta dominio per ambassiatorem ipsius domini, et responsiones ad ipsa capitula.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam presentibus quam futuris presens privilegium inspecturis salutem et sincere dilectionis affectum etc.

Principum magnificentie decus aspicit, promissis per ipsos vel eorum ambassiatores, nuntios, sindicos vel procuratores non solum assentire, sed etiam illa confirmare, et valida cautione roborare. Cum itaque nuperime ad nostram comparens presentiam vir spectabilis comes Pribislaus Pochqualich, ambassiator magnifici et potentis domini Sandali magni vaivode Bossine, intimi amici nostri dominii, nobis porrexerit decem capitula, et per ipsorum nonum, sicut in illo inferius cavetur, nobis suplicaverit, ut dignemur ipsa capitula et responsiones nostras nec non privilegium sive contractum concordii et pacis, celebrati inter nos et magnificentiam suam per medium viri nobilis Johannis Georgio ambassiatoris nostri in uno eodem nostro privilegio bulla nostra bullato facere annotari. Nos, etsi ex innata nostro dominio fide non solum privilegia sed queque oretenus etiam, que in scriptis minime apparent, promissa inviolabiliter attendamus et observamus, ob quod dictum privilegium fieri facere necesse non foret, attamen ipsius magnifici domini precibus et supplicationibus annuentes, presens privilegium fieri iussimus, primo de verbo ad verbum in eo inseri facientes tenorem privilegii, concordii et pacis cum eodem magnifico domino Sandali facte, et subsequenter predicta decem capitula et responsiones nostras ad eadem capitula fecimus annotari. Tenor namque dicti privilegii, concordii et pacis per omnia sequitur, et est talis:

Nos Johannes Georgio ambassiator illustrissimi et excellentissimi domini Francisci Foscari dei gratia incliti ducis Venetiarum etc. et comunis Venetiarum. Universis et singulis has presentes literas inspecturis notum facimus, ut amor, dilectio, unio, amicicia et bona pax sit inter dictum serenissimum et excellentissimum dominum ducem et comune Venetiarum et magnificum et potentem dominum Sandali Bossine magnum voyvodam, fratres suos et domum suam, que hec sunt, que habuimus et obtinuimus ac fecimus cum predicto magnifico vayvoda Sandali nomine et vice dicti domini ducis et comunis Venetiarum pro comoditate civitatis

Catari et pro aliis contentis in infrascriptis literis, quas literas fieri fecimus per duas manus, unam per manum circumspecti viri Johanis de Bonisio cancellarii nostri literali sermone, alteram manu prudentis viri Bogati Radosalich cancellarii dicti magnifici vayvode Sandali in idiomate Sclavonico, uniusmet tenoris et substantie. Quas literas pro maiori firmitate et evidentia pleniori bulla sancti Marci bullari fecimus. Tenor autem literarum talis est:

Nos Sandali Bossine magnus vayvoda, cupientes sicut semper fuit nostre mentis et propositi et in futurum multomagis demonstraturi dispositi, quod amor, unio, amicicia, concordium atque pax sit inter nos, magnificos fratres nostros et dominium nostrum, et excellentissimum et serenissimum principem dominum Franciscum Foscari dei gratia inclitum ducem Venetiarum etc. et comune Venetiarum. Reducentes ad memoriam, quod vester spectabilis et egregius dominus Johannes Georgio honorabilis ambassiator prefati domini ducis et comunis Venetiarum anno preterito ter se contulit ad presentiam nostram, et sub literis credentialibus post salutationes et oblationes nobis factas circa ammissionem, quam fecimus de civitate Catari, que pervenit ad manus prelibati domini ducis et comunis Venetiarum, nobis explicavit, quod prefatus serenissimus dominus dux et comune Venetiarum dictam civitatem Catari non accepit causa habendi maius dominium, sed moti compassione propter guerras et novitates, quas eidem faciebat quondam Balsa Stracimir, qui erat inimicus dicti domini ducis et comunis Venetiarum, et pro multis aliis de causis nobis sapienter per dictum ambassiatorem explicatis, intromissionem dicte civitatis fecerunt, nos rogando, quatenus nobis placeret ex contemplatione prefati serenissimi domini ducis et comunis Venetiarum facere bonam vicinantiam dicte civitati Catari, subditis et fidelibus eiusdem et territoriis suis, et tenere modum cum effectu, quod caravane irent per rectam viam ad civitatem Catari et non Ragusium, et quod quatuor Catarinos, quos habebamus in obsides a comunitate Catari, ob contemplationem ipsius domini ducis et comunis Venetiarum relaxaremus, promittendo nobis, quod ipse prelibatus dominus dux et comune Venetiarum daret et dari faceret nobis singulo anno de introitibus camere salis Catari ducatos sexcentos auri. Circa que per partes multa dicta fuerint et illo tunc concordium aliquod adinvicem haberi non potuit. Nunc autem quia de novo et in presenti dictus dominus Johannes Georgio ambassiator prefati serenissimi domini ducis et comunitatis Venetiarum pervenit ad nostram presentiam cum literis credentialibus ipsius domini ducis et comunis Venetiarum, qui post salutationes et oblationes nobis factas, nobis omnia predicta et multa alia sapienter replicavit, nos rogando, quatenus nobis placeret condescendere et annuere voluntati dicti domini ducis et comunis Venetiarum modo et promissione superius expresso, promittendo nobis ultra sexcentos ducatos predictos, domum quam habebamus in civitate Catari libere et expedite per modum, quod ipsam et de ipsa facere poterimus libitum nostrum. Et quamvis videamus et cognoscamus hoc esse cum dedecore et incommodo nostre magnificentie, tamen volventes in mente nostra, quantum prompti sumus et in futurum multo magis dispositi facere de rebus, que sint

grate prefato serenissimo domino duci et comuni Venetiarum, nec non considerantes labores habitos et passos per dictum dominum Johannem Giorgio ambassiatorem, qui diversis temporibus multotiens fuit ad presentiam nostram, multipliciter nos inducerit ad faciendum, que nobis explicavit, et ad removendum de mente nostra ammissionem Catari. Quapropter tenore nostrarum presentium patentium literarum promittimus in dei nomine dicto domino Johanni Georgio ambassiatori prefati serenissimi domini ducis et comunis Venetiarum, quod nos magnificus vayvoda Sandali Bossine et magnifici fratres nostri et domus nostra cum toto nostro dominio volumus amorem, unionem, amiciciam et bonam pacem hic cum prefato serenissimo et excellentissimo principe domino domino Francisco Foscari dei gratia inclito duce Venetiarum ac comune Venetiarum, ac promittimus et volumus, quod caravane et turme Bossine et omnes alie caravane sint in sua libertate et ire valeant Catarum et alibi, quo velint, pro sua commoditate, sicut primo faciebant; et quod nullatenus modo vel forma per nos nec per aliquos nostros ipsas impediemus in nostro dominio, sed potius ipsas in libertate, cum quibuscumque suis bonis, eundo, stando et redeundo ad civitatem Catari et alibi, quo velint, dimittemus et dimitti omnino faciemus, solventibus ipsis karavanis et turmis carinas et tergovinas, que solvuntur presentialiter per alias in nostro dominio. Et ut omnes illud sciant, notitiam dari faciemus per totum nostrum dominium, quod ipse caravane et turme possunt ire Catarum et alibi quo velint, sicut primo faciebant pro sua commoditate, cum quibuscumque suis bonis et mercantiis modo predicto; et quod faciemus bonam vicinantiam civitati Catari, et omnibus terris et locis dicti domini ducis et comunis Venetiarum, ac omnibus subditis, civibus, et fidelibus suis venientibus in nostro dominio, et etiam jus et justitiam ministrabimus et ministrari faciemus cum ęffectu, ipsis requirentibus. Pro quibus quidem predictis, predictus spectabilis et egregius vir dominus Johannes Georgio ambassator prefati domini ducis et comunis Venetiarum, auctoritate sibi attributa a predicto domino duce et comune Venetiarum nobis magnifico vayvode Sandali promittit, quod ipse dominus dux et comune Venetiarum dabit et dari faciet nostre magnificentie annuatim in Cataro de introitibus camere salis Catari ducatos sexcentos auri vel in aliis terris Dalmatie ipsis domini ducis et comunis Venetiarum, ubi valeamus mittere nostrum servitorem ad accipiendum dictos ducatos, et inde extrahere et libere portare, si eisdem domino duci et comuni Venetiarum videbitur et placuerit, et si eisdem non placuerit, nobis dabit et dari faciet in civitate Catari annuatim dictos ducatos sexcentos modo predicto, ac domum, quam primo habebamus in Cataro, ut ipsam et de ipsa disponere et facere valeamus libitum nostrum.

Promittitque nobis dictus dominus Johannes Georgio ambassiator, quod nobis et fratribus nostris et heredibus nostris in quibuscumque terris et locis ipsius domini ducis et comunis Venetiarum contra nostros servitores ministrabitur ius et debitum. Illos autem quatuor Chatarinos, quos habemus in obsides, licet nobis infidelitatem fecerunt, propter quam deberent luere omnem penam, tamen ut prefatus serenissimus dominus dux et comune Venetiarum videant et cognoscant nostram liberalitatem et

*

nostrum bonum propositum erga ipsos, sumus contenti ob reverentiam dei et ob contemplationem ipsius domini ducis et comunis Venetiarum et ob requisitiones nobis multas factas per dictum dominum Johannem Georgio, eorundem ambassiatorem, libere relaxare et dare dicto ambassiatori, ut illos consignet nostri parte prelibato serenissimo domino duci et comuni Venetiarum et eisdem nos et fratres nostros et domum nostram offerat et recommendet. Et ut melius et validius predicta servari possint, juravimus ambe partes ad sancta dei evangelia omnia predicta observare et inviolabiliter per partes observari facere. In fidem quorum premissorum, ut dictum est, jussimus has presentes literas fieri facere et bulla sancti Marci apprehensione muniri. Datum sub castro Blagaj die primo novembris 1423, indictione prima.

Tenor autem dictorum decem capitulorum et responsionum nostrarum ad ipsa factarum per omnia sequitur, et est talis, videlicet:

Primo, quod dignemur facere, quod ducati sexcenti, nominati in suprascripto privilegio, solummodo pro ipso magnifico domino Sandali, dicant: pro magnificentia sua et suis heredibus. Et insuper quia idem dominus Sandali scit, quid et quantum importat ad bonum et conservationem pacis quod dicta provisio se extendat in coniunctos et afines suos, considerato quod ipse magnificus dominus Sandali tam de factis Catari quam de aliis sibi petitis per virum nobilem Johannem Georgio ambasciatorem nostrum illari animo et liberaliter condescendit ad voluntatem nostram, et in omnibus se confirmavit, et sic in futurum amplius est dispositus, dignemur extendere munificentiam nostram non in maiori quantitate pecunie, sed tantummodo quod dicta provisio ducatorum sexcentorum se extendat etiam ad magnificos dominos comites Vocaz et Volchum fratres suos et comitem Stephanum nepotem ipsius domini Sandali ac filium dicti comitis Vocaz et heredes eorum et omnes de progenie ipsius domini Sandali appellata Cosaze.

Secundo: quod domus, quam sua magnificentia habet in Cataro, nominata in privilegio infrascripto pro sua magnificentia solummodo, dicat et confirmetur ipsi domino et suis heredibus ac suprascriptis eius fratribus et nepoti ac eorum heredibus et omnibus de dicta eorum progenie Cosaze; et ulterius quod dignemur propter optimam dispositionem, quam habent ad bonum servitium, quod facere disponunt, semper dari facere extra Catarum tantum terrenum, quantum placeat nostro dominio, cum condictione domus predicte et provisionis antescripte. Insuper quod domus, quam habet in Jadra idem dominus, licet per dictum ambassatorem non fuerit promissa, eidem domino et suis heredibus confirmetur, sicut alias fuit confirmata, vel detur per nos concambium condignum in civitate nostra Venetiarum, quod sit ad condictionem provisionis et domus de Cataro antescriptarum. Et quando hoc nobis non appareret, dignaremur saltem confirmare ipsam domum de Jadra per modum, qui supra dictum est de domo de Cataro, concedendo similiter de territoriis extra Jadram illa, que nobis videntur concedenda ipsi domino, fratribus et heredibus suis, ut supra.

Ad contenta in suprascriptis primo et secundo capitulis respondemus, quod quamquam iuxta formam pactorum pacis et concordii celebrati

inter nos et magnificentiam suam per medium ambassiatoris nostri predicti non teneamur dari predictos ducatos sexcentos et domum Catari nisi magnificentie sue, attamen in eius complacentiam, et ut clare cognoscat bonam intentionem et dispositionem nostram erga magnificentiam suam et magnificos fratres suos et eorum heredes, sumus contenti, quod dicta domus de Cataro et similiter alia de Jadra sint ipsius domini Sandali, dominorum comitum Vocaz et Volchi fratrum et comitis Stephani nepotum suorum et suorum heredum. Et insuper, quod sicut habere debet predictus dominus Sandali annuatim ducatos sexcentos, dicta provisio se extendat ad fratres, nepotem et heredes suos, ipsis tenentibus loca et dominium, que ipse dominus Sandali tenet ad presens, et observantibus id, quod vigore pactorum idem magnificus dominus Sandali observare debet. De territoriis autem de extra dicimus, quod ipsa territoria sunt fidelium nostrorum ipsorum locorum, a quibus ipsa iuridice vel honeste accipere non possemus. Itaque merito nos habeat sua magnificentia excusatos.

Tertio: quod essent aliqui non fideles ipsi magnifico domino Sandali, qui se ab eo absentarent, reducendo se ad loca et terras nostri dominii, nostra dominatio non det eis vel eorum alicui favorem aut auxilium contra ipsum magnificum dominum Sandali aut contra dominationem suam. Et quod nullo tempore aliquis rebellis seu infidelis dicti domini possit portare aliquod suum vel alienum havere in terris aut locis nostris, neque etiam aliqui dictorum infidelium seu rebellium predictorum cum eorum castris, villis vel territoriis in manibus et sub protectione vel potentia nostrii dominii possint acceptari.

Ad contenta in dicto tercio capitulo respondemus, quod intendentes pacem et concordiam inviolabiliter observare, sumus contenti, et ita mandabimus per nostros observari debere pro bona amicitia et vicinantia observanda, quod subditis et fidelibus suis, qui a sua magnificentia se absentarent, et ad loca nostra se reducerent, vel eorum alicui non dentur contra magnificentiam suam auxilium, consilium vel favores, eodem domino Sandali observante similiter erga nos et nostrum dominium.

Quarto: si turmis et caravanis civium subditorum et fidelium nostrorum aliqua violentia in Bossina vel in dominio ipsius magnifici domini Sandali fieret, idem dominus non vult propter hoc aliquid solvere, sed bene est contentus omni modo sibi possibili adiuvare et facere, quod illi, qui passi fuerint damna et sinistra, ista de causa reducantur ad satisfactionem.

Quinto: quod idem magnificus dominus non vult perdere aliquid de contentis in privilegio, salvo quod si faceret rem, que foret contra dominium et comune Venetiarum.

Ad ipsa quartum et quintum capitula respondemus, quod visis capitulis privilegii concordii nuperime celebrati per medium dicti ambassiatoris nostri inter nos et magnificentiam suam, que honestissima nobis videntur, sumus dispositi illa omnino observare, et rogamus magnificentiam suam, licet opus fore non credamus, quod ita ex parte sua facere velit.

Sexto: quod dominatio nostra ipsi magnifico dommino confirmare dignetur omnia privilegia eidem domino concessa per tempora retroacta.

Ad istum sextum respondemus, quod de ipsis privilegiis preteritis nullam notitiam habemus, sed noviter pervenimus cum ipso domino ad novum concordium et compositionem per medium ambassiatoris nostri predicti, quam compositionem sive concordium intendimus effectualiter observare.

Septimo: quod ut habeant spem ipse magnificus dominus, eius heredes, fratres et eorum descendentes, personas suas, terras, castra, possessiones, res et bona ac omnem eorum dicionem quam tenent presentialiter, quocumque et obicumque bene tenendi et possidendi, dignemur sibi facere bonum cor et animum, quod sicut boni cives nostri habebuntur, recipientur et tractabuntur in omni casu.

Ad hoc septimum respondemus, quod singularem magnificentie sue et fratribus atque nepoti suis gerentes amorem et caritatem, viso ipso capitulo, sumus contenti facere, prout petitur.

Octavo: quod si aliquod sfortium gentium alicuius partis oprimeret vel invaderet dictum dominum vel eius fratres et descendentes seu eorum ditiones et loca, dominatio nostra illos adiuvet et defendat sicut est licitum.

Respondemus ad hoc octavum, quod sumus certissimi, quod magnificentia sua et frates sui atque nepos, qui sapientissimi sunt, providebunt ad conservationem status eorum, et nos a parte nostra erimus contenti, prompti et parati concordium per nos cum ipso magnifico domino factum inviolabiliter observare.

Nono: quod dignemur concedere eidem magnifico domino Sandali, quod privilegium obtentum cum ipso magnifico domino per iamdictum Johannem Georgio ambassiatorem nostrum, cum omnibus, que nunc petita sunt per ipsum spectabilem comitem Pribislaum eiusdem domini Sandali ambassiatorem, contineantur omnia in uno grivilegio cum bulla nostra aurea pendente, quod habebit idem dominus ad gloriam et honorem suum; et quod vellet etiam simile privilegium cum simili bulla in lingua sclava conscriptum.

Ad nonum respondeamus: quod licet opus non foret privilegium contentum per nobilem virum Johannem Georgio oratorem nostrum in presenti privilegio refici facere, quoniam illud intendimus effectualiter observare; attamen in magnificentie sue complacentiam sumus contenti illud una cum suprascriptis capitulis et responsionibus in uno eodem privilegio, nostra bulla aurea communito, facere anotari; aliud autem simile in lingua sclava non valemus scribi facere, quod non habemus notarios illam linguam scientes. Itaque placeat habere nos merito excusatos, nam intendimus, ut dictum est, prout semper nostre fuit consuetudinis, ipsas responsiones et privilegia nostra observare.

Postremo supplicatum extitit pro parte ipsius magnifici vaivode et magnificorum fratrum suorum, comitum Vocaz et Volchi ac magnifici comitis Stephani nepotis ipsius magnifici domini Sandali et filii ipsius magnifici comitis Vocaz, quod dignemur eosdem, magnificum dominum Sandali, fratres suos atque nepotem et ipsorum filios et heredes facere de numero nobilium nostrorum civitatis ac maioris consilii Venetiarum, concedendo eisdem privilegium dicte nobilitatis bullatum bulla aurea,

quamvis idem magnificus dominus Sandali fuerit alias factus de numero nostrorum nobilium predictorum, sed propter guerras proxime lapsas suum privilegium casualiter sit ammissum.

Ad istud ultimum respondemus, quod in complacentiam ipsius domini Sandali sub nomine et bulla nostra refici faciemus privilegium dignitatis maioris consilii sue magnificentie alias concessum in ea propria forma, quam habuit; et ut videant ipsi magnificus dominus ac prelibati magnifici fratres et nepos sui, quod eos sincera caritate complectimus, et in cunctis possibilibus libenter complacemus eisdem, sumus contenti cum debitis solemnitatibus et ordinibus nostris assumere et facere ipsos magnificos fratres suos atque nepotem ad numerum et de numero aliorum nobilium nostri maioris consilii, et quemadmodum est magnificus dominus Sandali predictus.

In premissorum autem fidem et evidentiam pleniorem iuxta requisitionem eiusdem comitis Pribislavi ambassiatoris dicti domini Sandali presens privilegium fieri iussimus, et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo vigesimo tertio, die sextodecimo februarii; indictione secunda.

Commemorialium, lib. XI. c. 97, u mlet. arkivu.

God. 1424. 11. ožujka, u Mletcih.

Naputak za vrhovnoga pomorskoga kapetana.

1424. die 11 martii. Nos Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Committimus tibi nobili viro Petro Lauredano dilecto civi et fideli nostro, capitaneo nostro generali maris, quod cum nomine Yhesu Christi et in bona gratia cum presentibus galeis nostris tibi commissis debeas cras recedere de Venetiis, et cum bona solicitudine visitare quantum prestius poteris loca nostra Dalmatie, et ire primo Jadram, essendo, cum illuc applicueris, cum nostris comite et capitaneo dicti loci, quibus debeas consignare ducatos IIII mille, quos fecimus tibi dari sibi presentandos, videlicet ducatos II mille VI centum in monetis ad soldos centum pro ducato, et ducatos millequadringentos in auro, de quibus ducati mille pro fabrica citadele fiende, et ducati duo mille pro armamento galee ibi existentis, et ita ipsis nostris rectoribus scribimus per literas nostras tibi datas eis consignandas; quibus quidem nostris comiti et capitaneo Jadre dicere debeas, et precipere parte nostri dominii stricte quantum poteris, quod dictos ducatos mille eis missos pro fabrica citadelle predicte non debeant expendere in alio ullo modo, et quod faciant fieri et sequi celeriter et cum bona solicitudine citadellam predictam, solicitando semper cum omni diligenti cura fabricam et executionem ipsius quousque fuerit completa. Dictis insuper rectoribus nostris Jadre presentabis alias literas nostras tibi datas, per quas inter cetera eis mandamus, quod debeant armare galeam nostram ibi existentem, pro cuius armamento sibi misimus suprascriptos ducatos duosmille, ut dictum est, et quam iuxta mandatum nostrum eis destinatum debent habere in

ordine et paratam, et dabis ordinem cum ipsis nostris rectoribus, quod dictam galeam, subito armandam post tuum recessum abinde, debeant, cum eam armaverint, mittere solicite ad inveniendum et sequendum te celeriter; procurando etiam te absque perditione temporis, quod mittantur per dictos rectores Jadre presto nostro dominio rationes quarumcunque introituum et expensis dicte civitatis Jadre, et id in quo est debitrix camera nostra deinde, ut informati particulariter de illis, providere possimus, prout nobis videbitur expedire, expediendo te de Jadra cum omni celeritate quanto prestius erit possibile. Verum volumus, quod applicato te cum galeis predictis in Istria, et facta circa, debeas expedire et mittere unam galeam velociorem quam habebis per viam Apulee ad partes Sicilie ad persenciendum de novis et progressibus tam armate Januensis quam aliorum quorumcumque, committendo sibi, quod debeat presentire, si vicerex erit in illis partibus a marina; et si ibidem fuerit, debeat ei dare noticiam de molestia, novitate et violentia illata per Ferandum de Aszona castellanum Malte in detinendo unam nostram cocham patronizatam per Jacobum Rosso et homines eius cum carico in illa existente iuxta recordationem tibi datam per nobilem virum Franciscum Lauredano, dicendo, qualiter factum predictum habemus tediosum et molestissimum quantum dici posset, prout merito haberi debet, et requirendo eundem parte nostri dominii, quatenus habita consideratione ad esse, et qualitatem facti predicti, ei placeat omne bono respectu presto providere et precipere dicto castellano Malte, quod dictam cocham et homines ac caricum debeat subito relaxare, et in propria libertate ponere, prout est iustum, mittendo secum aliquem suum nuntium pro votiva et presta executione dicte intentionis, ut sine tarditate fiat dicta deliberatio coche, hominum et carici eius ut dictum est. Et si dictus vicerex fecerit iuxta requisitionem predictam, prout certi reddimur ipsum fore facturum, debeat ire Maltam ad obtinendum intentionem predictam. Si vero ipse vicerex non esst in partibus illis a marina, debeat accedere Maltam ad exequendum continentiam commissionis tibi date adimplendam per dictum supracomitum, prout continetur in illa. In accessu autem suo Maltam debeat primo ire Siracusiam, et petere regimini ipsius terre Siracusie satisfationem damni illati in pecunia ablata de super quadam nostra navi patronizata per Jacobum Formento de ratione nobilium virorum Nicolai Caucho et Ludovici Storlato, ac providi viri Johannis de Gauro per deputatum ad gubernationem Siracusie, sicut per querelam superinde factam apparet, cuius copiam fecimus tibi dari assignanda supracomito nostro predicto; et debeat etiam petere res restantes restitui iuxta recordationem tibi assignatam dandam eidem supracomito, dicendo eidem regimini, quod in reversione sua caricari et recipi faciet super eius galea dictas res assignandas, ut dictum est, et ita in reversione sua a loco Malte exequi et facere debeat, dimittendo duas sclavas et unum sclavum existentes in manibus nostrorum ut dicitur in manibus suis; committendo eis, quod per primum passaggium dictas testas debeant Venetias destinare consignandas illis, quorum sunt. Verum si dicte teste forent in manibus aliorum, debeat petere et procurare habere illas, consignando eas in manibus nostratum, committendo

eis ut supra, quod per primum passagium ipsas mittant Venetias consignandas his quorum sunt, et postea veniat ad inveniendum te prout ordinaveris, informando nostrum dominium de omnibus, que sequentur, distincte et ordinate. Tu vero in tuo recessu de Jadra debeas solicitare viam tuam versus Sibenicum, et cum illuc applicueris, debeas esse cum comite nostro dicti loci Sibenici, assignando ei pecuniam tibi datam ei assignandam, que est ducatorum quinque centum pro fabrica dicti loci, et secum videre et examinare castrum loci predicti, dando ordinem, quod ipsi castro detur et fiat introitus a parte maris per modum, quod in omni casu possit semper per nostrum dominium subveniri, providendo et faciendo, quod nostro dominio mittantur presto introitus et expensas loci predicti Sibenici, expediendo te ab inde quanto celerius poteris. Et expedito te de Sibenico, debeas ire Tragurium, et esse cum comite nostro dicti loci, cui dare debeas pecuniam sibi dandam per te hic tibi assignatam, que est pro subventione stipendiariorum ducati mille, et pro fabrica ducati v centum, pro qua quidem fabrica dedimus etiam dicto comiti in suo recessu de hinc ducatos ducentos. Cum dicto autem comite nostro Tragurii debeas videre et examinare de faciendo et reducendo in fortitudine illum locum, sicut vobis ambobus videbitur, faciendo poni et reduci dictum locum in fortilicium ita securum ab illis de intus terram, quod in omnem eventum dictum fortilicium possit omni tempore per nostrum dominium opportune subveniri, dando ordinem cum effectu, quod dictum fortilicium reducatur et debite reformetur per modum predictum, ponendo et poni faciendo pro executione dicte intentionis ad opus predictum de comitatinis dicti regiminis et aliarum insularum deinde, ut ibi videbitur et fuerit opportunum. Expedito vero te de Tragurio, debeas ire Spalatum; et quia secundum opiniones quorumdam dicitur, castrum dicti loci non bene stare, et quod maneret melius alibi, debeas una cum comite nostro dicti loci videre et examinare castrum predictum, et si a parte maris potest succurri; persenciendo ab eo de opinionibus et contrariis, que dicuntur superinde. Qua informatione habita, et facta diligenti examinatione, ac etiam habita matura consideratione circa factum predictum, debeas de omnibus, que habueris, et tibi ac dicto nostro comiti videbuntur superinde, per tuas literas nostrum dominium avisare distincte et ordinate, ut informati particulariter de omnibus, disponere et ordinare possimus, prout nobis videbitur opus esse. Et recedendo de Spalato debeas cum bona solicitudine prosequi iter tuum versus Catarum, et inde Dulcignum, et postea intrare Boianam, eundo ad visitationem dictorum locorum pro comodo et bono hortamine nostrorum fidelium deinde, prosequendo viam tuam usque sanctum Sergium, et cum ibi fueris, debeas mittere comiti et capitaneo nostro Scutari ducatos septingentos, e t g r o s s o s d e C a t a r o m i l l e d u c e n t o s e t i n m o n e t i s d e S c u t a r o g r o s s o s s e p t e m m i l l i a o c t i n g e n t o s v i g i n t i tibi assignatos, consignandos comiti et capitaneo nostro Scutari, non possendo stare in Sancto Sergio ultra duos dies. Qua quidem visitatione facta, debeas prosequi, et dirigere viam tuam usque Corphoy, reducendo et nutriendo te postea in aquis intra culphum nostrum, ubi tibi videbitur fore magis necesse ad debitam conservationem

et navium, navigiorum et haveris nostratum quousque habueris alius mandatum nostri dominii.

Et debeas dicto tempore de biscoto necessario fulcire te et alias galeas de biscoto Dulcigni existente. Ceterum dum eris in sancto Sergio, debeas presentire et te informare a comite et capitaneo nostro Scutari, qualiter est fulcitus sale, dicendo ei parte nostri dominii, quod debeat continue procurare stare bene fulcitum sale, et mittere de tempore in tempus Corphoy acceptum de illo, sic quod non deficiat sibi sal ullo modo, sed de illo habeat habundanter pro bono nostri dominii. Cum autem eris Corphoy, debeas etiam dicere regimini nostro Corphoy parte nostri dominii, quod solicitent mittere salem Scutarum ita copiose et continue, quod nunquam deficiat ibi sal, sed de illo in dicto loco Scutari habeatur semper abundantia pro bono et utili nostri dominii.

Preterea debeas esse bene vigil et studiosus denotare continue de loco in locum et de tempore in tempus per tuas literas nostro dominio omnia, que fuerint nobis significanda tam nova quam alia, que senties et occurret, tam te armata Januense quam de aliis quibuscunque, que forent digna significari, mittendo dictas literas tuas nostro dominio per omnem viam tibi habilem et possibilem pro nostra informatione. De parte tota omnes.

Positum ad consilium post commissionem captam. Insuper ut dominatio nostra non gravetur in totum de omnibus expensis fiendis pro fortificationibus et fortiliciis suprascriptis, et quod aleviemur in ea parte dictarum expensarum, que est possibilis, volumus, quod provideatur per te et rectores locorum nostrorum, prout est de more fieri, quando contingit similia ordinari et fieri, faciendi poni pro bono nostri dominii per publicas vel alias angarias illos operarios, qui habiliter poterunt poni, prout vobis apparebit. Et ita scripsimus rectoribus nostris Sibenici et Tragurii per literas nostras, quas tibi fecimus assignari. Comiti autem et capitaneo nostris Jadre fecimus mandatum, quod ipsi provideant ibidem etiam in facto predicto prout est iustum pro bono nostro.

Cum in commissione danda supracomito ituro Maltam contineatur, quod supracomitus predictus non debeat nec permittat descendere aliquem in terram, detur libertas collegio domini, consiliariorum, capitum et sapientum mittendi cum presentibus galeis unam personam sufficientem, que in partibus Malte possit exequi viva voce ut et si fuerit opportunum ea, que sunt commissa predicto supracomito, prout dicto collegio apparebit.

Ser Marcus Dandulo sapiens terrarum de novo aquisitarum. Cum porrectum fuerit nostro dominio per aliquos volentes ponere partem de faciendo unum murum ad transversum civitatis Jadre de versus terram firmam, incipiendo a porta citadelle, longe a muro terre passus xxxi, et ante domum capitanei sit longe a muro terre passus xxviii, et ire debeat dictus murus apud ecclesiam sancti Stefani post chunam ipsius ecclesie, ubi sit longe a muro passus xvii, et veniat ad transversum ipsius civitatis apud Arsenatum, ubi sit longe a predicto muro civitatis passus xxiii; vadit pars, quod mandetur comiti et capitaneo Jadre, quatenus caute et secrete videre et examinare debeatis diligenter, et

nostrum dominium per suas literas advisare, que domus occasione predicti muri destruerentur, et cuius valoris sunt ad denarios contatos, ut habita eorum informatione, provideri possit Et de citadella nichil fieri facere debeant rectores predicti, quousque aliud per istud consilium non fuerit terminatum. De parte 24.

(in margine.) Nota, quod primo fuit ballotata sola particula huius commissionis, ubi fit mentio de mandato fiendo comiti. et capitaneo Jadre, quod faciant fieri citadellam sequendo ad fabricam illius, quousque fuerit percompleta etc., prout continetur in illa, cum una alia parte posita per ser Marcum Dandulo sapiens terrarum de novo aquisitarum super facto dicte citadelle. De parte 48, de parte ser Marci Dandulo 24, de non 3, non sinceri 4.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. c. 145 tergo, u mlet. arkivu.

God. 1424. 30. ožujka, u Mletcih.

Knez Senjski moli zajam od 20.000 dukata, a nudja u zalog Krk i Senj.

1424. die xxx martii. Cum pridie captum fuerit in isto consilio ad requisitionem nobis factam per ambaxatores magnifici comitis Segne, ut dignemur dicto comiti mutuare ducatos xx mille, offerentes dare pro nostra securitate insulam Vegle et Segnam vel earum introitus, quod dictis ambassiatoribus deputarentur auditores pro videndo si plus ultra illud, quod obtulerant, facere velent. Et dicti nostri auditores fuerint cum dictis ambaxiatoribus, a quibus habuerunt, quod pro mutuo predicto nullam aliam libertatem habent nisi dandi pro securitate nostra Segnam et insulam Vegle. Et videntes auditores predicti nichil aliud habere posse, dictis ambaxiatoribus responderunt, quod essent cum nostro dominio, et postea eis fiet responsio. Et necessarium sit dictis ambaxiatoribus facere responsionem; vadit pars, quod dictis ambaxiatoribus respondeatur, quod audivimus et intelleximus requisitionem quam fecerunt nostro dominio, ut nobis placeat dicto domino comiti mutuare ducatos xx mille pro possendo illos simul cum aliis suis mutuare domino regi Hungarie, qui offert dare dicto comiti banatum Crovacie et alia castra per eos nominata. Et respondemus, quod cognoscimus clare amplam et bonam intentionem dicti domini comitis quam habet erga nostrum dominium, et ob istam causam quia eundem paterne diligimus, contenti essemus, quod in manibus suis essent castra et loca predicta. Sed considerantes bonum et comodum sui status et etiam nostri, videmus, quod multum faceret pro dicto domino comite, quod castra Tenini, Ostrovize et Varclichi potius essent in manibus nostris quam suis, ut dictus dominus rex non posset dicto domino comiti aliquid mandare, quod posset esse in damnum et sinistrum locorum nostrorum Dalmatie. Et propterea si sua magnificentia contenta est ponere in manibus nostris dicta castra Tenini, Ostrovize et Varcilichi cum introitibus, confinibus et pertinentiis suis, que sunt citra montaneam, sumus contenti eidem domino comiti mutuare dicta xx mille duc. habitis in potestate et manibus nostris castris predictis, et quod reliqua castra et residuum dicti banatus remaneant dicto domino comiti. De parte 73, 79.

Ser Vitus de Canali consiliarius. Vult, quod respondeatur istis ambaxatoribus domini comitis Segne, quod audivimus et diligenter notavimus requisitionem quam fecerunt super facto mutui requisiti occasionibus per eos expressis, et respondemus, quod si dicti ambaxiatores volunt nobis dare castra Tenini, Ostrovize et Verchichi super facto dicti mutui, faciemus illam responsionem, que nobis videbitur rationabilis et honesta. Et si dicti ambassiatores responderent, quod essent contenti ponere in manibus nostri dominii castra predicta, et petunt intentionem nostram super facto mutui predicti ex nunc detur libertas collegio faciendi praticari cum dictis ambaxiatoribus de mutuando domino comiti Segne usque ad dictam quantitatem ducatorum xx mille, non possendo tamen concludere sine deliberatione istius consilii. De parte 16; de non 50, 59; non sinceri 13, 11.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. c. 147 tergo, u mlet. arkivu.

God. 1424. 30. ožujka, u Mletcih.

Primaju se uvjeti postavljeni od njekoga, koj je predlagao, da će ubiti gusara Dekana.

1424. die penultimo martii. Cum comes noster Arbi exponi fecerit nostro dominio, quod habet pro manibus quendam Jacobum Dobuanich, qui se offert interficere Decanum piratam, sed petit ultra taleam ipsi Decano datam posse venire ad habitandum in insula Arbi, et pasculare pecudes suas v centum libere et sine solutione aliqua in pasculis nostris, et pro honore nostro faciat omnibus modis et viis possibilibus vigilare ad persecutionem predicti Decani; vadit pars, quod detur libertas auctoritate huius consilii comiti nostro predicto Arbi promittendi predicto Jacobo ultra taleam per nos datam Decano predicto, quod possit venire ad habitandum in insula Arbi, et tenere pecudes v centum libere et sine aliqua solutione pasculi in pasculis nostris existentibus in insula nostra Arbi. De parte 102, de non 2, non sinceri 4.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. c. 147 tergo, u mlet. arkivu.

God. 1424. 1. travnja, u Mletcih.

O izvažanju pažke soli.

Franciscus Fuscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Fantino de cha da Pesaro de nostro mandato comiti, et Vito de Canali capitaneo Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Recepimus literas vestras, quas vos et ser Johannes Venerio comes Pagi scripsistis nostro dominio super facto salis, qui extrahitur de Pago et conducitur ad partes Segne, per quas audivimus et intelleximus damnum non parvum, quod sequitur nostrum comune nominibus et causis in dictis vestris literis anotatis. Et volentes super hoc debite providere, fidelitati vestre cum nostris consiliis rogatorum et additionis scribimus et mandamus, quod ordines salis extrahendi per

viam Marchie et Narente observare integraliter debeatis, quia volumus dictos pro dictis locis firmos et validos remanere. De sale non extrahendo de Pago pro Segnia, Flumine et Vegla volumus, quod de cetero solvi debeant ducatos triginta pro quolibet centenario modiorum. Verum quia posuimus precium ducatorum XLVIII pro sale, qui extrahitur de cameris nostris Jadre et Scibinici, relinquimus in libertate vestra intelligendi vos presto cum aliis rectoribus nostris Dalmacie reducendi precium dicti salis de comuni concordio a ducatis XL usque ad XLVIII, sicut vobis et ipsis melius et utilius apparebit, ut precium salis in cameris nostris sit equale. Et de hoc informentur rectores nostri predicti. Preterea literas nostras presentibus alligatas mittere debeatis rectoribus, quibus diriguntur. Date in nostro ducali palacio die primo mensis aprilis, indictione secunda, MCCCCXXIIII.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 11, u zadarskom arkivu.

God. 1424. 4. travnja, u Mletcih.

Odgovori na molbe poslanika kneza Senjskoga.

1424. die 4 aprilis. Cum facta responsione ambassiatoribus magnifici comitis Segne dicti ambassiatores responderunt, quod in libertate domini sui non est possendi ponere in manibus nostris castra per nos requisita pro securitate mutui per eos requisiti, subiungentes, quod si mutuum ducatorum vigintimilium requisitorum a nostro dominio possent a specialibus personis hic Venetiis recuperare, placeat nostro dominio de dictis XX mille ducatis facere plezariam. Et si hoc non placeret nostro dominio, dante dicto domino suo nostro dominio tantam quantitatem auri et argenti, que sit pro valore dictorum XX mille ducatorum pro nostra securitate, placeat nostro dominio dictos XX mille ducatos eidem mutuare. Vadit pars, quod dictis ambassiatoribus respondeatur, quod audivimus requisitionem suam suprascriptam, et respondemus, quod nostra dominatio non est consueta huiusmodi plezarias facere, nec etiam est consueta pignera auri vel argenti accipere, et propterea rogamus magnificum dominum suum predictum, ut sibi placeat nos habere excusatos.

Ad aliam autem requisitionem suam, ut velimus assentire, quod navigia nostra habentia contra literas dicti domini, possint vina ad partes Segne conducere etc., respondemus, quod pro omni bono respectu intendimus, quod illud, quod alias deliberavimus super facto predicto, videlicet quod navigia habeant literas nostras, habeat effectum, et debeat observari

Ad aliam autem requisitionem suam de possendo extrahere animalia de locis suis, quia multum multiplicaverunt, et conducere per mare tam viva quam salita, respondemus, quod sumus contenti, quod dicta sua animalia possint extrahi de locis suis et conduci per mare ad loca, que sibi placebunt; sed eis declaramus, quod si cum dictis animalibus invenirentur res prohibitas, animalia et res habebimus pro contrabando, et erunt perdita. De parte omnes alii, de non 1, non sinceri 2.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 119, u mlet. arkivu.

God. 1424. 12. travnja, u Mletcih.

Odgovara se na listove načelnika zadarskih raznoga predmeta.

Franciscus Foscari dei gracia dux Veneciarium etc. nobilibus et sapientibus viris Fantino de cha da Pesaro de suo mandato comiti et Vito de Canali capitaneo Jadre et.. successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Plures literas vestras nuperime recepimus multa continentes, ad quas et maxime ad opportuna respondebimus pro presenti.

Ft primo ad factum prudentis fidelis nostri Manfredini Lugnano, quem et vos et capitaneus noster generalis maris recomisistis nobis pro castelano Aurane loco prudentis civis nostri Johannis Ziliolli conditionibus contentis in vestris literis, quas bene intelleximus, respondemus, quod confidentes de fide, legalitate et probitate predicti Manfredini Lugnani, et certi, quod non recordaretis eum nobis nisi veraciter et experimento ipsum cognosceretis, sumus contenti et placet nobis, sicque vobis mandamus, quod ipsum Manfredinum Lugnanum cum conducta sua pagarum xxxiiii^or. et lancee unius mittere debeatis ad custodiam Aurane loco Johannis de Ziliolo castelani predicti, quem volumus, quod licentietis, quod redire possit Venetias ad suum beneplacitum post applicationem dicti Manfredini Lugnani, cassando sex pagas, quas habet dictus Johannes Ziliolo, ac revocando adeo a castro Aurane Jadram tot pagas, quot cum dicto Lugnano mittetis, donec nobis videbitur aliter providere. Committendo dicto Manfredino, quod stare debeat ad bonam custodiam dicti castri Aurane, ita quod bene conservetur ad honorem nostri dominii, non dando tamen ei nisi soldum simplicem, quem usque nunc habuit, pro lancea et pagis suis. De ducatis vero quatuor mille, quos recepistis, et vobis misimus per capitaneum nostrum predictum pro armamento galee, pro complemento cittadelle et pro subventione stipendiariorum nostrorum, de quibus scribitis vos facturos et executuros nostra mandata, laudamus fidelitatem et dispositionem vestram, de novo vobis mandantes, quod sic exequi debeatis et non aliter ullo modo. Insuper laudamus, quod expediri facere debeatis stratas, que sunt apud muros civitatis nostre Jadre et maxime a parte terre, sicut per alias vobis scripsimus, ut semper et in omni casu et eventu expedite sint taliter, quod ad honorem nostri dominii illa civitas valeat deffensari. In aliis vero faciebus, que non sunt a parte terre, volumus, quod nullam novitatem faciatis, sed solum provideatis, quod non occupentur de cetero in locis, in quibus usque modo occupate non sunt Ad factum vero rationum nostrarum, quas scribitis esse bene et melius in ordine, quam fuerunt in preterito, respondemus vobis, quod si sic erunt, placebit nobis valde. Sed pur tantum dicemus, quod non fuit modus, quod videre potuerimus rationes nostras introituum et expensarum camere nostre Jadre, sicut commisimus capitaneo nostro predicto, et hoc, quia omnes ille scripture erant in cedulis et quaternulis. Propterea vos oneramus quantum possumus, et pro debito et honore vestro, quatenus debeatis, sicut tenemini, teneri facere ordinate nostras rationes et computa, et ipsas nobis presto in scriptis mittere, ut possimus scire et videre facta nostra.

Per Jacobum Columlinum patronum unius navis mittimus vobis saccos quingentos biscoti, sicut scribunt nobis provisores nostri bladi. Insuper remorum centum a galeis subtilibus. De tegulis vero, lapidibus coctis, magloriis et tulpis requisitis per vos, et de aliis, que nobis scripsistis, providebimus, sicut et quando habilitas nobis erit; mittemusque etiam vobis de alio biscoto, ita quod de dicto habebitis sufficienter. — Date Venetias in nostro ducali palatio die XII mensis aprilis, indictione IIª., MCCCCXXIIII.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 11—12, u zadarskom arkivu.

God. 1424. 26. travnja, u Mletcih.

U naputku poslanika odlazeća u Rim kaže se i to, neka nastoji, da porečki biskup bude u Trogir premješćen.

In commisione data die 26 aprilis 1424 notario Marco Sarafino misso ad presentiam domini pape additur:

„Insuper committatur Marco suprascripto ituro Romam, quod habita primo responsione ad ea, que sibi superius commisimus postea apud summum pontificem procurare debeat, quod reverendus pater dominus Fantinus Vallaresso episcopus parentinus promoveatur ad episcopatum Tragurii, sicut alias captum fuit in isto consilio, et quod dominus Marinellus promotus ad episcopatum Tragurii promoveatur ad episcopatum Tragurii (Parentii?)“

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. u mlet. arkivu.

God. 1424. 9. svibnja, u Mletcih.

Odgovor na nјeke izjave kneza senjskoga.

1424. die 9 maii. Quod ad ea, que dici et exponi fecit nostro dominio magnificus comes Segne per Zachariam de la Spiga, prout relatum est per serenissimum dominum ducem huic consilio debeat responderi in hac forma, videlicet:

Quod audivimus et intelleximus ea que sua magnificentia fecit significari et dici nostro dominio per prudentem virum Zachariam de la Spiga, et de significatione nobis facta ordinis dati per serenissimum dominum regem Romanorum et Hungarie faciendi poni in ordine et cohadunari de gentibus suis mittendis ad damna locorum nostrorum Dalmatie et Forojulii etc. Cognoscentes intimationem et informationem predictam procedere a vera perseverantia laudabilis dispositionis et optime intentionis, quam dictus dominus comes habuit continue et tenet firmissimam erga nostrum dominium, regratiamur abunde eidem magnificentie sue.

Ad partem autem ubi fecit fieri mentionem de equitibus mille etc., dicimus, quod stantibus rebus in terminis quibus manent, nos dispositi habere omnem honestatem a latere nostro, terminamus ex bonis et rationabilibus respectibus et causis a parte nostra aliquid non innovare, sed si quid novitatis contingeret, provideremus et cum sua magnifi-

centia, quam in omni casu necessario requireremus confidenter, et cum aliis quibuscumque qui nobis apparerent, prout videremus fore necesse. De parte 120, de non 0, non sinceri 0.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 154 tergo, u mlet. arkivu.

God. 1424. 17. svibnja, u Mletcih.

Vlada mletačka potvrdjuje pogodbu sklopljenu od njezinog vrhov. pomorskog kapetana sa Pastrovići.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus presentes literas inspecturis facimus manifestum, quod cum per virum nobilem Franciscum Bembo militem de nostro mandato capitaneum generalem culphi cum nobilibus Pastrovichis conventum fuerit ac perventum ad suprascripta capitula et conventiones, cum nostro se submiserunt dominio, et fidelitatis prestiterint sacramentum. Nos de ipsorum nobilium Pastrovichorum fidelitate quam plurimum informati, prelectis prius ac diligenter examinatis ipsis capitulis, nostrorum consiliorum solemnitate servata, eadem duximus tenore presentium ratificanda et approbanda. Quorum quidem tenor est ut supra. In quorum fidem et evidentiam pleniorem presentes fieri iussimus et bulla nostra argentea pendente muniri. Data in nostro ducali palatio die XVII maii millesimo quadringentesimo vigesimo quarto.

Commemorialium, lib. XI charta 112, u mlet. arkivu.

God. 1424. 19. svibnja, u Mletcih.

Nalaže se dalmatinskim knezovom, da odpuste sve vojnike, koji bi imali ženu iz Dalmacije ili iz Ugarske.

Franciscus Fuscari dei gratia dux Veneciarum etc. nobilibus et sapientibus viris Vito de Canali de suo mandato capitaneo Jadre et . . successoribus suis salutem et dilectionis affectum. Significamus vobis, quod in nostris consiliis rogatorum et additionis in MCCCCXXIIII, indictione II. die XI maii capta fuit pars infrascripti tenoris, videlicet: cum secundum ordines nostros nullus Sclavus possit habere in partibus nostris Dalmacie soldum, quod est benefactum; sed quia sunt multi habentes uxores Sclavas Dalmatinas et Ungaras, quibus mediantibus multa et infinita mala possent comitti; pur nuper discopertum est quoddam tractatum, quod facere volebat mediante una muliere de castro Novigradus Vivianus Salla rebellis et proditor noster, et bonum ymo necessarium sit superinde providere; vadit pars, quod mandetur auctoritate huius consilii capitaneo Jadre et aliis nostris rectoribus Dalmatie et successoribus suis, quatenus recepto presenti nostro mandato cassare debeatis omnes stipendiarios habentes uxores Sclavas Dalmatinas vel Ungaras; et iniungatur in eorum commissionibus, ut non permittant aliquem habentem uxorem Sclavam Dalmatinam vel Ungaram ullo modo in ipsis terris nostris sibi commissis stare ad stipendia nostra, ymo ipso facto, cum ad eorum noticiam pervenerit, ipsorum stipendiariorum aliquem habere

uxorem Sclavam vel Dalmatinam vel Ungaram, illum talem debeant cassare. Et insuper non permittant aliquem stipendiarium comorantem in aliquo fortiliciorum nostrorum tenere vel habere uxores vel concubinas Sclavas Dalmatinas vel Ungaras; et si haberent uxores Sclavas Dalmatinas vel Ungaras, cassentur ut dictum est. Si vero haberent concubinas Dalmatinas vel Ungaras, et ipsas dimittere voluerint, possint stare ad soldum in ipsis fortiliciis. Si autem ipsas dimittere noluerint, cassentur, et non permittantur stare nec habere soldum in ipsis nostris fortiliciis; habendo advertentiam circa cassationes predictas, qui si fuerint in magno numero, illos cassent ad partem cum securitate locorum nostrorum eis commissorum. Quare mandamus vobis cum dictis nostris consiliis, quatenus dictam partem prout iacet observare et observari facere inviolabiliter debeatis. — Date in nostro ducali palacio die XVIIII maii, indictione II^{a}., MCCCCXXIIII.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 12, u zadarskom arkivu.

God. 1424. 29. svibnja, u Mletcih.

Nalaže se kapetanu pomorskomu, da prodje sa galijami u Trogir, i brani primorske gradove.

1424. die 29 maii. Quod scribatur capitaneo nostro culphi in hac forma, videlicet: Cum nostris consiliis rogatorum et additionis fidelitati vestre scribimus et mandamus, quatenus receptis presentibus debeatis non obstante aliquo alio nostro mandato vobis facto, subito absque perditione temporis cum omnibus galeis nostris vobis commissis reducere vos Tragurium pro custodia et bona securitate loci predicti, habendo etiam diligentem advertentiam ad securitatem locorum nostrorum Spalati et Sibenici et aliorum locorum nostrorum Dalmatie. Et si haberetis fore necesse accedere vel mittere de galeis nostris pro custodia dictorum locorum vel alicuius eorum, debeatis accedere vel mittere de galeis nostris pro securitate sua, prout vobis videbitur. Et volumus, quod debeatis vos nutrire cum galeis nostris predictis in aquis Dalmatie, providendo ad securitatem locorum nostrorum ut dictum est quousque aliud a nobis habebitis in mandatis. Informando nos de tempore in tempus per literas vestras de omnibus, que sequentur pro avisamento nostri dominii. De parte omnes, de non 0, non sinceri 0.

Quod scribatur supracomitis nostris culphi una litera aperta in hac forma, videlicet: Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis nobilibus et sapientibus viris — de suo mandato supracomitis culphi presentes literas inspecturis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum. Mandamus vobis cum nostris consiliis rogatorum et additionis, quatenus si in receptione huius nostri mandati non essetis cum capitaneo nostro culphi, debeatis, non obstante aliquo alio mandato vobis facto, subito absque perditione temporis reducere vos Tragurium, pro custodia et bona securitate loci predicti, habendo etiam diligentem advertentiam ad securitatem locorum nostrorum Spalati et Sibenici, et aliorum locorum Dalmatie et providendo secundum exigentiam quam videbitis ad bonam securitatem dictorum locorum, et cuiuslibet eorum,

prout vobis apparebit fore necesse, quousque illus applicuerit capitaneus noster culphi, qui subito est illuc venturus, quo applicato debeatis esse ad eius obedientiam et mandatum, informando nos de tempore in tempus per literas vestras de omnibus, que sequentur, pro advisamento nostri dominii. Si vero in receptione huius nostri mandati essetis cum capitaneo nostro culphi, debeatis facere et exequi, prout vobis duxerit ordinandum. Et mittantur dicte litere per unam barcham armatam. De parte omnes alii, de non 0, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 156 tergo, u mlet. arkivu.

God. 1424. 2. lipnja, u Mletcih.

Daje se pripomoć Donatu Zadraninu zatočenu u Mletcih.

1424. die 2 iunii. Cum prudens vir Donatus de Casoto fidelis et subditus noster tragurinus per nobilem virum ser Lucam Truno tempore sui regiminis fuerit destinatus huc Venetiis ad presentiam nostri dominii, non deffectu, quod possit dici per ipsum Donatum quicquam fuisse commissum nec attentatum contra statum nostrum, sed solum quia idem ser Lucas rector noster ex quadam ymaginatione sua, habuit ipsum Donatum suspectum, quia venerat dictus Donatus ad pacem cum uno suo adversario nulla data noticia rectori nostro predicto. Et sic illo tunc dicto Donato in applicatione sua huc, mandatum fuerit per dominum, quod deberet stare Venetiis, quousque aliud diceretur eidem, et dictus Donatus ab eo tempore citra steterit Venetiis cum humili et bona pacientia; et secundum informationes habitas de eo, et factis suis reperiatur, et habeatur optima informatio, eundem Donatum, tam antequam esset subditus noster, quam a tempore quo fuit et est sub nostro dominio, semper extitisse fidelissimum et dovotissimum nostri dominii, sicut multis experientiis et effectibus manifestis clarissime visum et cognitum est. Verum quia idem Donatus stando hic non potest nec habet unde vivere, pium et iustum sit, quia hic manet de nostro mandato, ei subvenire pro tanto. Vadit pars consideratis considerandis superinde, quod dicto Donato dari debent de pecunia nostri comunis ducatos quinque in mense, prout dantur aliis Dalmatinis, qui manent hic de nostro mandato, et incipiat hec pars habere vigorem die primo instantis mensis iunii, et duret ad beneplacitum nostri domnii. De parte 81, de non 15, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 158 tergo, u mlet. arkivu.

God. 1424. 17. lipnja, u Mletcih.

Odgovara se na listove kralja bosanskoga glede Turčina i glede obećanjih.

1424. 17 iuni. Quod scribatur serenissimo domino regi Bossine in hac forma, videlicet: Accepimus nuper letanti animo et libenter audivimus literas vestre maiestatis, in quibus facta mentione de prava intentione Turchorum, significat vestra serenitas promissa hinc inde non fore postponenda ymo servanda. Quibus intellectis, respondemus, et primo ad

partem novitatis Turchorum, quod certe illam audivimus displicenter, nam de celsitudine et statu vestris optamus continue sentire et audire idmet, quod de nobis et statu nostro proprio videre et habere vellemus, sperantes duce domino excellentiam vestram sapientissimam pravitati eorum opportune providisse et ita in posterum sufficienter et bene provisuram. Ad partem autem de promissis servandis etcet. dicimus, quod accepta per antea quadam copia unius littere vestre celsitudinis misse per illam viro nobili Jacobo Georgio comiti nostro Tragurii, per quam serenitas vestra nobis notitiam prebuit, ob guerram et novitatem Turchorum nequivisse ad tempus statutum adimplere promissa, destitimus prosequi etiam nos dicta causa, et ad presens nobis non apparet tempus habile ad negotium predictum, parati letanter ad quecumque excellentie vestre grata et accepta et bono animo

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. ch. 158, u mlet. arkivu.

God. 1424. 7. srpnja, u Mletcih.

Poljičani napadaju spljetski kotar. Mletčani šalju konjaništvo, da jih odbije, i tuži jih Sandalu.

1424. die 7 iulii. Quoniam comes et comunitas nostra Spalati scribunt, quod Policienses quotidie invadunt et damnificant territoria et subditos nostros Spalati in personis et bonis suis, et nolunt se aliqualiter abstinere, et pro honore nostri dominii et quiete et comodo subditorum nostrorum sit omnino necessarium providere; vadit pars, quod mandetur rectoribus nostris Jadre, quod recepto presenti mandato mittere debeant Spalatum xxv equos ex gentibus nostris armigeris Jadre existentibus, qui debeant attendere et vigilare ad defensionem et conservationem territoriorum et subditorum nostrorum Spaleti et bonorum suorum contra dictos Policienses et alios, qui ipsos nostros subditos damnificare vel offendere vellent.

Et insuper scribatur per nostrum dominium domino vaivode Sandali in illa forma, que fuerit opportuna ad hoc, ut dicti Policenses se abstineant a damnis et offensionibus suprascriptis. De parte omnes alii, de non 0, non sinceri 1.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII. c. 161, u mlet. arkivu.

God. 1424. 11. srpnja, u Mletcih.

Odredjeno zatočiti šest do osam Spljećana, i sazidati ondje tvrdjavu.

1424. die 11 iulii. Cum comes noster Spaleti per suas literas, datas Spaleti die vigesimoquinto mensis iunii elapsi, scripserit et informaverit nostrum dominium de loco, ubi construi posset Castrum de novo fiendum et claram informationem dederit de situ et conditionibus dicti loci, sed in conclusione dictarum suarum literarum dictus comes subiungit, quod ad fortificationem dicti loci Spaleti esset bonum facere unum aliud castrum, quod castrum esset removere de dicta civitate Spaleti sex vel octo homines non fidos nostro dominio, et istud etiam

per alios diligentes statum nostrum fuerit nostro dominio denotatum, et utile sit ad securitatem dicte nostre civitatis providere; vadit pars, quod auctoritate huius consilii detur libertas collegio, extrahendi de dicta civitate Spaleti a sex usque octo ex quibus deinde qui dicto collegio videbuntur et per illum modum, et quando dicto collegio melius videbitur. Et ex nunc sit captum, quod in loco sancte Clare fieri debeat castrum de novo fiendum, secundum quod scribsit dictus comes Spaleti. De parte 109, de non 10, non sinceri 19.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 162, u mlet. arkivu.

God. 1424. 13. kolovoza, u Mletcih.

Iz Trogira odpravljaju se u Mletke njekoji sumljive viernosti.

1424. die 13 augusti. Cum sit habenda bona advertentia ad securitatem civitatis nostre Tragurii propter ea, que divulgantur, et etiam quia nos opportet galeas nostras culphi operari ad securitatem galearum nostrarum a mercato, propter quod dictas galeas ad custodiam terrarum nostrarum Dalmatie tenere non possumus, et omnino faciat ad hoc providere; vadit pars, quod collegium domini, consiliariorum, capitum et sapientum consilii terrarum de novo aquisitarum et ordinum habeat libertatem extrahendi de civitate Tragurii et faciendi venire Venetias usque octo ex civibus Tragurii, illi qui dicto collegio videbuntur. Et habeat dictum collegium libertatem scribendi tam capitaneo nostro culphi quam comiti Tragurii illud, quod videbitur necessarium super facto predicto. De parte 83, de non 14, non sinceri 18.

die 13 augusti capta in collegio.

Quod infrascripti cives Tragurii extrahantur de Tragurio, et committatur capitaneo culphi et comiti Tragurii, quod illos extrahere debeant de Tragurio et mittere Jadram, ut deinde mittantur Venetias.

Petrus Andree nepos domini Blasii; ser Simon Nicole de Siboto; Jacobus eius frater; dominus Blasius q. domini Luce Victuri militis; ser Nicola Pauli; ser Dragolinus Nicole; ser Buffalus de Doymo et presbiter Marinus archidiaconus Tragurii.

De parte 16, de non 1, non sinceri 0.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII. c. 168, u mlet. arkivu.

God. 1424. 14. kolovoza, u Mletcih.

Nalaže se načelnikom Zadarskim, neka strogo paze i kazne one Vlahe, koji robe.

Franciscus Fuscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Fantino de cha da Pesaro de suo mandato comiti et Laurentio Donato capitaneo Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Significamus vobis, quod in nostris consiliis rogatorum et additionis in presentibus millesimo, indictione et die capta fuit pars infrascripti tenoris, videlicet: per le diverse oppinione

deli nostri rectori, che per li tempi sono stati in Dalmacia, i Morlachi anno tanta audacia prexa, che continuo i vano furtivamente, e molti armata manu vano a involar, batendo e ferendo li subditi nostri, che voiano proveder de salvar li lor beni; la qual cossa ai fideli suditi nostri molto e molesta, e da lo honor dela nostra signoria danosa sia ben a proveder; l andera parte, che a tuti li nostri rectori de Dalmacia el sia commesso, che quando per li Morlachi over altre persone fosse fato nel teren a lui commesso algun furto, robaria, violentia, percusion offerida ad alguno del suo recimento a lui proposto, quel tal rector, soto el recimento del qual alguno dele predite cosse sia comesse, debia contra quelli tali operatori de tal mala operacion procedir in darli per la offesa quela pena, che meritano, e oltra la offessa siano condenadi a satisfacion del furto e robaria in dopio, el qual dopio sia per pena, dela qual la mitta sia del ofeso, l altra mitade del nostro comun; e tal condanaxon o suma sia mandada a tuti li nostri rectori de Dalmacia, ali quali sia comesso, che tal condanaxon e sume sia mandade ad execucion neli beni del malfator, se de quilli se poia aver, e non possendo de beni del principal aver, sia intromessi i beni del catonaro dela catona, dela qual sera el dito principal e malfator e de zascheduno altro dela catona fina ad integra satisfacion dela condanason over suma pecuniaria; comandando a tuti li rectori supra alegadi, che tal lege i debia observare in pena de ducati c. ne li soi proprii beni sui, e de refar el dano et interesse, che ali diti danificadi ocoresse; le qual cosse ali avogador de comun e ali sindici, che serano per li tempi siano comesse, habiando dali contrafacienti dele pene parte come dele altre a lor officii comesse, e in questo ordine se intenda tute some e condanason che fossero fate per tuti rectori fina al publicar dela dita parte. E perche molte fiade uno catonaro tansa l altro, ocultando li beni l uno del altro, azo che ali creditori non sia fata satisfacion, sia dechiarado, se algun se trovera tansare alguno de li prenominadi robatori etc., quelo tale tanxador sea istricto ne li proprii beni per satisfaction del debito; e questa leze sia proclamada in tute terre de Dalmatia e per le catone de li Morlachi, quando serano agli pascoli su li . . . . , azo che anchora a tuti loro sia manifesto. Quare mandamus vobis cum nostris consiliis, quatenus suprascriptam partem et contenta in ipsa in quantum ad vos spectat observare et observari facere inviolabiliter debeatis; facientes has nostras literas ad futurorum memoriam registrari.

Data in nostro ducali palatio die xiiii mensis augusti, indictione II, mccccxxiiii.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 30 r., u zadarskom arkivu.

God. 1424. 26. kolovoza, u Plani.

O pogodbi mira sklopljenoj medju Mletčani i srbskim despotom.

1424. 26 augusti. Questa si e la pratica havita sora la declaration di capitoli de la paxe pratica per magnifico signor Zorzi quondam Vulchi etc. e magnifico e generoxo misser Francisco Quirini per la ducal signoria

de Veniexia capitano a le parte d' Albania e special sora i capitoli sotoscriti, de li qual el tenor si e questo:

Item se contien in uno de li capitoli de la dita paxe, che se algun homo de que condicion e maynera se sia ferisse over amazzasse, involasse over robasse o altro delicto facesse, o fosse homo de la signoria o de li diti signori, li officiali de una parte e de laltra insiema instanter debiano conoscer et sententiar etc.

A questo el prefato magnifico signor per se et per nome del illustrissimo signor despoto si e contento, che sora dito capitolo sia declarado per quello modo parera a la prefata signoria de Veniexia et alli messi delli prefati signori, che andera a Veniexia.

Item che tuti i citadini tanto quelli de la prefata inclita signoria de Veniexia quanto de li diti illustre signor despoto et magnifico signor Zorzi et tuti altri complici e seguaci e recomandati subditi e vassali de una parte e de laltra possano andare e usare per i luogi e citate e tenute si de la prefata inclita signoria de Veniexia como de i diti illustri signori despoto et magnifico signor Zorzi, stare, mercantizare, vendere, comprare ogni mercadatia, che a lor piaxera, si chomo vendere et comprare pono tuti i citadini complici, seguaci et adherenti, subditi et recomendadi et vassali de le prefate signorie in le terre de le lor signorie senza alguna condicion ni molestia de alguna de le parte predicte; declarato per le sovra dite parte, che non s' intenda per li publici traditori, i quali sarano dati in nota per una parte et per l'altra.

Item che tuti i citadini de la prefata signoria de Veniexia et altri homeni de che mainiera et condicion se siano, i quali ano possession paternali e maternali, compre o dote, case o vigne e campi et ogni altra possession dentro dai luogi, confini et citade de li diti signori, liberamente possano haver et tegnir, golder et possieder le dite lor possession pagando el dredo de li diti signori. Et versa vice li homini de li diti signori possano fare entro i luogi, citade et tegnimenti de la prefata inclita signoria de Veniexia. Declarato fo el capitolo per le parte sovrascrite, che questo capitolo non habia luogo per li publici traditori, i quali saranno dati in nota per una parte per l' altra. Et per fermeza de zo fo soto sigilladi de li sigilli de le sora dite parte. Data in Plana die XXVI mensis augusti, millesimo quadringentesimo vigesimo quarto.

Commemorialium lib. XI. ch. 113, u mlet. arkivu.

God. 1424. 1. rujna, u Mletcih.

Na predlog njekoga gledaju Mletčani, da njeko mjesto predobiju.

1424 die primo septembris. Cum sit quedam persona fide digna, que offert ponere in manibus nostri dominii certum locum valde proficuum civitatibus et locis nostris Dalmatie, qui locus esset clausura terrarum et locorum predictorum, et alias fuerit optatum valde, de habendo locum predictum pro tanto; vadit pars, quod auctoritate huius consilii detur libertas collegio domini, consiliariorum, capitum et sapientum consilii terrarum aquisitarum de novo et ordinum, sicut alias captum fuit, pos-

sendi expendere pro dicta causa usque ducatos quinque millia, faciendo dictam expensam, et providendo circa executionem dicte intentionis per illos modos, qui dicto collegio apparebunt, et expendendo de quantitate predicta illam minorem summam pecunie fieri poterit usque ad dictum numerum ducatorum quinque millium. De parte 91, de non 10, non sinceri 6.

Secreta consilii rogatorum, lib. VIII c. 171, u mlet. arkivu.

God. 1424. 6. rujna, u Mletcih.

Obećaje se 1000 dukata onomu, koj bi živa ili mrtva izručio oblasti Mikačia Trogiranina.

1424. 6 septembris. Cum pro honore nostro faciat vigilare ad destructionem Michatii Victuri rebellis nostri, et habeatur pro manibus quidam, qui se offert ipsum Michatium interficere, sed vult ducatos duos mille, vadit pars, quod collegium habeat libertatem possendi expendere tam pro habendo ipsum Michatium vivum quam pro ipsum interfici faciendo usque ad summam ducatorum millium predictam de pecunia nostri comunis. De parte 71 — 2 — 8.

Secreta consilii rogatorum, vol. VIII., u mlet. arkivu.

God. 1424. 10. rujna, u Mletcih.

Stavlja se ucicna na glave Degana i Marka Grosija, gusara.

Franciscus Fuscari dei gracia dux Veneciarum etc. Nobilibus et sapientibus viris Fantino de cha da Pesaro de suo mandato comiti et Laurentio Donato capitaneo Jadre et . . successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Significamus vobis, quod in nostris consiliis rogatorum et additionis die XXII mensis augusti proxime decursi capta fuit pars infrascripti tenoris, videlicet: habiando provezudo per diverse vie ala ruina del Degan e a Marco Grossia pirati e latrocinii, per le qual promission i ditti Degan e Marco non resta de danizar li subditi e fideli nostri, moltiplicando ala zornada in più numero la campagna soa de latrocinii et corseri, el sia ben e honor dela nostra signoria a proveder, che li diti Degan e Marco siano distructi. L'anderà parte, che el sia comesso a tuti li nostri rectori de Dalmacia e del Istria, che publicamente fazano proclamare ogni mese la taya ali predicti Degan e Marco e li soi sequazi dada con questa addicion, che zascadun, che anciderà o farà anzider el dito Degan e Marco in zascaduno luogo chel fosse morto, abia libertade de cavar de bando dele terre nostre de Dalmacia o del Istria un bandizado sia per che cason se voia in bando, e a quello sia restituito el valor de quei, e se algun dela fameya over compagnia del dicto Degan e Marco aloidisse alguno de queli, siali dado la taia proclamada in dopio, e oltra la dita taya habia libertà di cavar de bando uno per lo mudo dicto. E se lui fosse bandizado, sia ancora assolto del bando. E per più efficaze expedicion de tal nostro mandato l' anderà parte, che ali nostri rectori de Dalmacia

el sia dado libertade de armar barche e altre provision fare, come a loro parerà a spexe de nostro comun. E se l'ocoresse, che per alguna dele dite barche nostre el dito Degan e Marco fosse preso o per i homeni de quelle algun dei diti fosse morto, abia quelli medemi dele dicte barche, che alciderà algun dei diti, over colui che de quelle alciderà algun de diti Degan e Marco, abia la taya cum la addicion prenominada, non obstante che dal nostro comun quelli tal avesse soldo. E se dele terre nostre el volesse algun o pluxor fideli nostri procurar de adimplir la supradicta intencion nostra, siali dado barche fornide e arme a spexe del nostro comun, e oltra le dicte el pan el vin pro suo uso; declarando ali diti, che zaschadun, che prendesse over anzidesse alguno de diti Degan e Marco over algun deli soi seguazi corsari e latrocinii. abia dala nostra signoria la taya a queli dada come è dito, e oltra le taia predicte seage compiasesto de ogni gracia iusta i volesse domandar dala nostra signoria E per autoritate de questo coi seyo sia dado libertade ali nostri rectori de Zara, Scibenico, Tragura e Spalato, Pago, Arbe, Cherso e Ossero de poder secretamente e palexemente tractar la morte deli prenominati Degan e Marco Grossia e sui sequazi, promitendo de beni de nostro comun a zascaduno, che se proterisse de alzider o far alcider algun dei diti tute le cose contegnude in la taia antedicta. Et oltra abia libertà de spender de i beni del nostro comun per zascaduno dei predicti principal libre cinque millia, dechiarado, che quello avesse promesso uno di rectori nostri, el successor suo debia a complimento observar le promesse per tal cason fate e per zascuno dei seguazi dei diti possa oltra le taie alor dade prometer e a lor dare libre mille per zascaduna testa, che fosse distructa over in le sue man conducta. E perchè el poria ocorrer, che dei nostri subditi al exterminio dei diti doi principal corsari se offereria de vegnir ali predicti nostri rectori sia dado libertade de prometter a zascaduno che a tal fato prometesse de vieiar, che adimplendo la intention nostra sopradicta, che a lor possa prometter deli ben del nostro comun anual provision in sua vita fina libre cinquecento. E questa medema libertà sia dada a capitani de Raspurch, azochè le predicte cose i possa tractar cum quelli de Albona e de Flanona e altri, i qual a queli parerà. Quare mandamus vobis cum dictis nostris consiliis, quatenus suprascriptam partem, in quantum ad vos attinet, debeatis observare et facere inviolabiliter observari. — Date in nostro ducali palacio die x°· septembris, indictione IIIª· MCCCCXXIIII.

Ducali e terminazioni, lib. I. c. 11, u zadarskom arkivu.

God 1424. 16. listopada, u Mletcih.

Potvrdjuje se milost podjeljena Radiću Sisgoriću Šibeničaninu.

Confirmatio gratie Radichio Sisgorich facte a dominio. — Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. nobilibus et sapientibus viris Jacobo de ca da Pesaro de suo mandato comiti Sibenici et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Habita vera et

optime cognita ex vera experientia optima fidelitate et diligentia in comodis, honoribus et statu nostri fidelissimi civis nostri Sibenici Radichi Sisgorich, que apud nostrum dominium notissime sunt, cum nostris consiliis minori, quadraginta et maiori die xv presentis fecimus eidem gratiam, quod filii eius masculi legitimi habeant post mortem sui patris illam provisionem, quam presentialiter habet a nostro dominio dictus noster fidelis pater suus et etiam ipsi fideles filii sui gratium nostri dominii sentiant et degustent. Quare cum dictis nostris consiliis vestre fidelitati scribimus et mandamus, quatenus dictam gratiam et contenta in ea debeatis observare et facere inviolabiliter observari, facientes has nostras litteras in actis vestris ad futurorum memoriam registrari. — Data in nostro ducali palatio, die xvi octobris, indictione II^a. MCCCCXXIV.

Diplomatarium Sibenicense, u dvor. knjižnici bečkoj, rukopis 13.461, njegda 541, list 96.

Index personarum et locorum.